This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TH 50/9

SANCTI BONAVENTURÆ

S.R.E. EPISCOPI CARD. ALBANENSIS

OPERA OMNIA

TOMUS NONUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTI BONAVENTURÆ

EX ORDINE MINORUM

S. R. E. EPISCOPI CARD. ALBANENSIS

EXIMII ECCLESIÆ DOCTORIS

OPERA

SIXTI V. PONT. MAX.

JUSSU DILIGENTISSIME EMENDATA,

Et in hac nova Editione tres in Partes tributa;
quarum una Certa; altera Dubia;
Suppoſititia tertia complectitur.

TOMUS NONUS.

TH

VENETIIS CIↃ·IↃ·CC·LV·

EX TYPOGRAPHIA JOAN. BAPTISTÆ ALBRITII HIER. F.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ S. R. E. CARDINALIS, EPISCOPI ALBANENSIS.

SENTENTIÆ SENTENTIARUM, CARMINE DIGESTÆ.

Sententiæ Sententiarum opuſculum hoc inſcribitur, vel quia brevibus Sententiis carmine digeſtis, quæ in quatuor Magiſtri Sententiarum libris continentur, S. Bonaventura exponit, vel ob excellentiam opuſculi, vel ob Auctoris ingenium, quod in eo elucet. Carmina autem in ſingulos Sententiarum libros juxta diſtinctiones Magiſtri diſtincta ſunt. Magiſtri vero Sententia, quam conſenſus Scholæ communis non approbat, verſibus minime exprimitur. Proœmium quoque ab Auctore præmittitur, carmine itidem compoſitum: ubi quatuor animalibus libros quatuor Sententiarum comparans, quid in unoquoque tractetur, miro artificio comprehendit.

PROOEMIUM.

O Fons ſplendoris, vas dulcoris, ſed amoris A
Nexus, ſpes floris, dos roris, dogma ſaporis.
Verum. vita, via, mihi da, quod philoſophia.
Tradit, ſanctorum votis præſtare tuorum.

Liber primus.

Quid contineat, & cui aſſimiletur.

IN primis aquilæ primus liber aſſimilatur.
Quo de divina natura notificatur.
Et de perſonis diſtincte clarificatur.

Liber Secundus.

De quo differat, cuive ſimilis ſit.

HUmana ſpecie reliquus liber effigiatur.
Quo cœlum terra, cunctorum forma creatur.
Hinc homo plaſmatur, cui totum ſubiiciatur.
Ejuſdem lapſus, & peccatum replicatur.

Liber tertius.

Quid tractet, cujuſque gerat ſimili-
tudinem.

TErtius in vitulo perpulchre ſigni-
ficatur.
Cujus conſperſus homo ſanguine vi-
vificatur.
Sumpſit ob hoc carnem, diſponens,
quod patiatur.
Ut genus humanum lapſum, per eum
redimatur.
Præcipit, & donat, beat, ornat,
gratificatur.

Liber Quartus.

De quibus agat, cuique ſit ſimilis:

ADvenit in quarto, leo de Juda
dominatur.
Per ſacramenta ſibi mundus reconci-
liatur.
Et ſervis ejus mundus ſervire para-
tur.
Quæ fuerat cœca jam dudum, gens
oculatur.
Ejus rugitu mundus *trepidus* agita-
tur.
Defuncti ſurgunt, & judicium cele-
bratur.
Inde coronatur juſtus, reus igne cre-
matur.
Gloria ſeu pœna per ſæcula perpe-
tuatur.

LIBRI PRIMI

SENTENTIARUM

DISTINCTIO I.

Veteris ac novæ legis continentiam, &c.

IN res & ſigna doctrinam crede
ſecari.
Et dic per ſigna, nobis res ſi-
ficari.
Signum dicatur, per quod res ſigni-
ficatur,
Res nil ſignabit, ſignum rem ſigni-
ficabit.
Factis uteris, ſummo factore frueris.
A Nunc in ſpe fruimur, ſed re plene-
que fruemur.
Cum requiem ſummam guſtantes ex-
periemur.
Dic, quod non homine, ſic nec vir-
tute fruendum.
Eſt tamen utendum: ſic creditur eſſe
tenendum.
Utitur ipſe Deus nobis, propria bo-
nitate.
Utitur & nobis, pro noſtra commo-
ditate.
Sed non credatur, quod nobis ipſe
fruatur.

DISTINCT. II.

De myſterio Trinitatis, & unitatis.

B *Hoc itaque vera, ac pia fide tenendum
eſt, &c.*

LEx nova cum veteri probat iſta,
jubetque teneri.
Quod tres perſonæ, Deus eſt unus,
ratione.

DISTINCT. III.

Incipit oſtendere quomodo per creata
poterit creator cognoſci.

Apoſtolus namque ait, &c.

SUmmus plaſmator partim per plaſ-
ma videtur:
In quo cunctipotens, bonus, ſapiens
perhibetur.
C Sunt etenim res, quæ pondus reti-
nent ſpecieſque.
Ergo creatura, licet imperfecta fi-
gura.
Lumen divinum, docet unum crede-
re trinum.
Mens meminit, ſcit, amat, trinum-
que per hæc tria clamat.

DISTINCT. IV.

Hic quæritur, utrum concedendum,
ſit, quod Deus ſe genuerit.

Hic oritur quæſtio, ſatis neceſſaria, &c.

QUod Deus ipſe Deum genuit,
ſane teneamus.
Sed, quod genuit aliumve Deum,
reprobamus.
A patre filius eſt alter, ſi diſcutietur,
Aſt

Digitized by Google

Aſt a Patre Deo genitus non alter A
habetur.
Sunt tres perſonæ, Deus unicus: &
Deus unus
Eſt tres perſonæ, ſic credas ex ratione.
Patrem non alium genuiſſe Deum,
referamus.
Perſonam genuit aliam, non hoc dubitamus.

DISTINCT. V.

Hic quæritur, an Pater genuit divinam eſſentiam, vel ipſa Filium; an eſſentia eſſentiam genuit, vel ipſa nec genuit, nec genita eſt.

Poſt hæc quæritur, utrum concedendum B *ſit, &c.*

Eſſentiam divinam Patrem genuiſſe negamus.
Et quod, d, natum genuit, vel ſe,
reprobamus.
Per, d, divinam naturam ſignificamus.

DISTINCT. VI.

Utrum Pater genuerit voluntate Filium, an neceſſitate: & an volens, vel nolens ſit Deus.

Præterea quæri ſolet, utrum Pater genuerit, &c.

Dic genuiſſe Patrem, nullo ſibi
vim faciente.
Nec præeunte tamen ſibi velle, vel C
adveniente.

DISTINCT. VII.

Hic quæritur: an Pater potuerit, vel noluerit gignere Filium.

Hic quæri ſolet a quibuſdam, &c.

Et voluit Pater, & potuit natum
generare.
Nec voluit ſed nec potuit natus generare
Altera proprietas: ſic & unica parque poteſtas,
Qua generare poteſt Pater & natus
generatus.
Nec Pater hoc major, natuſve minor referatur.

DISTINC. VIII.

De veritate, & proprietate, & incommutabilitate, & ſimplicitate divinæ eſſentiæ.

Nunc de veritate, ſive proprietate, &c.

A Per ſe ſtando, Deus eſt ſubſtantia vere.
Non a ſubſtando, cum nullo poſſit
egere.
Non permiſcetur, hinc ſumme verus
habetur.
Cum nec mutetur, immobilis eſſe
probetur.
Simplicitas ſumma ſoli ſummo proprietur.
De quo non proprie dicentur cathegoriæ.
Temporibus, Verbi duratio ſignificatur,
Quæ non incœpit, & ſemper continuatur.
Nam ſimplex eſt, ſic idem quod habet, quod & hoc eſt.
Nec Pater Filius fertur, ad Patrem
vero refertur.

DISTINCT. IX.

De diſtinctione trium perſonarum, &c.

Nunc ad diſtinctionem perſonarum, &c.

Eſt alius flatus, alius pater, &
generatus.
Sed ſi dicetur aliud pater, hoc reprobetur.
Per neutrum, natura tribus communis habetur:
Per neutrumque genus, eſſentia ſignificatur.
Quodque coæternæ ſint perſonæ referetur.
Filius eſt natus ſemper, cum perficiatur. *id eſt perfectus ſit.
Naſcitur, & ſemper, quoniam durare probatur.

Digitized by Google

DISTINCT. X.

Hic de Spiritu ſancto agitur: & prius quod ſit amor, Patris, & Filii dicitur.

Nunc vero poſt filii æternitatem, &c.

UT proprie natus, ſapientia ſumma vocatur.
Ingenito ſimul, & genito communis habetur
Spiritus, hinc merito dilectio ſumma vocetur.

DISTINCT. XI.

Quod Spiritus ſanctus procedit a Patre, & Filio.

Hic dicendum Spiritum ſanctum, &c.

FLamen ab ingenito procedere non dubitetur.
Et ſimul a genito, licet a Græcis reprobetur.

DISTINCT. XII.

Utrum Spiritus ſanctus prius, vel plenius procedat a Patre, quam a Filio.

Item quæritur cum Spiritus ſanctus procedat, &c.

NE prius a Patre, procedente Pneuma putetur.
Quam primogenito, ſeu plenus, hoc removetur,
Tempore, vel cauſa, vel origine. Suſcipietur
Hac in parte prius aliter: Pater auctor habetur.
Æque pneuma quoque ſit procedens ab utroque.

DISTINCT. XIII.

Quare ſpiritus ſanctus, cum ſit de ſubſtantia Patris, non dicatur genitus, vel Filius, ſed tantum procedere.

Poſt hæc conſiderandum eſt, quantum, &c.

INgenitum flatum non dices, aut generatum,
A Nam Patrem geminum faceres, natum quoque binum.
Et non eſt natus, procedens a Patre flatus:
Nam ſi ſic eſſet, amborum Filius eſſet.
Et ſi ſic fieret, Patrem, matremque teneret,
Spiritus ingenitus, quia non genitus referatur,
Et privative pure tunc accipiatur.
Omne, vel ingenitum, vel factum, vel generatum
De facto nato diſtinguas, atque renato,
Et de non nato, non facto, mente notato.

DISTINCT. XIV.

B Quod gemina eſt proceſſio Spiritus ſancti.

Præterea diligenter notandum eſt, &c.

SAcri pneumatis, hic proceſſus congeminatur,
Æternus prior eſt, reliquo pia mens habitatur,
Tempore ſpiratur, cum juſtus ſanctificatur,
Pneuma ſacrumve dare ſancti nunquam potuere.
Sed dare dicetur, faciens id, per quod habetur.

DISTINCT. XV.

C Utrum Spiritus ſanctus a ſeipſo detur.

Hic conſiderandum eſt, cum Spiritus ſanctus detur, &c.

SPiritus ut Deus eſt, ſe dat, donumque vocatur.
Ex hoc donatur, a ſe prodire feratur.
A ſe pneuma datur, a ſe mittique probatur.
Hoc concedatur de nato, ſeu referatur.
Et miſſus natus, ſemel in terris generatus.
Mitti dicatur, cum menti notificatur.
Sed quod mittatur generans non adſtipulatur.
Quamvis credatur, quod menti notificatur.

Di-

DISTINCT. XVI.

De miſſione Spiritus ſancti, quæ fit duobus modis, viſibiliter, & inviſibiliter.

Nunc de Spiritu ſancto videndum eſt præter illam, &c.

MIſſio ſignetur, tibi flaminis, & geminetur.
Una videtur, & hæc perhibetur in igne, columba.
Altera ſignetur cum mente notificetur.
Per primam vero tibi poſtea ſignificetur.
Filius in carne, Patre ſeque minorificatur,
Unio cauſa datur, a Pneumate, quod retrahatur.

DISTINCT. XVII.

De miſſione Spiritus ſancti, qua inviſibiliter mittitur.

Jam nunc accedamus, ad aſſignandum, &c.

DIcas quod pneuma ſit amor, quo frater amatur.
Et Deus a nobis, hoc a pleriſque negatur.
Mitti dicatur in nos, cum ſic operatur,
Quod Deus a nobis, & in ipſo frater amatur.
Nobis augetur, non in ſe, nec variatur.
Si quo diligimus, formaliter accipiatur.
Et animi motus, nec non in mente creatur.
Informans habitus animam, quo frater amatur.
Ipſe magiſter in hoc nunc defeciſſe probatur.
Si ſic ſumatur, amor augeri referatur.
Sed non dicatur proprie, quod diminuatur.

DISTINCT. XVIII.

An concedendum ſit, quod per donum dentur dona.

Hic quæritur, cum Spiritus ſancti, &c.

DOno dona dari, dicas donumque vocari.
A Pneuma ſimulque datum, donum tamen eſto vocatum.
Æterne flatum, donatum tempore gratum.
Donum dicatur, quoniam donabilis eſſe,
Non genitove Patri, ſed nobis eſſe probatur.
Filius, ut donum procedit, & ut generatus.
Ut donum flatus procedit, non generatus,
Naſcendo natus accepit, & ut generatus.
Et ſubſtantia ſit, ut donum Pneuma ſacrum ſit.
Et ſubſtantia ſit, hoc procedendo recepit.
B Ut donum ſimul adque Patrem natumque feratur.
Utque datum ſimul ad dantem quibus & tribuatur.
Sic impendentis dicetur, & accipientis.
Ut datus eſt natus noſter, ut non generatus.
Et ſic eſt noſter, quaſi panis, non quaſi natus.

DISTINCT. XIX.

Hic quæſtio non ſolvitur, ſed differtur in ſequentibus. Hic de qualitate trium perſonarum.

Nunc poſtquam coæternitatem trium, &c.

IN verbo totus Pater eſt, ac in Patre totus
Filius, æquales ſumme ſunt: nam
C Deitatis,
Et majeſtatis ejuſdem ſic teneatis.
Pars, & materia, genus, & ſpecies retrahuntur
Hic a divinis: nec in eis inveniuntur.
Trinus dicetur Deus; & triplex reticetur.

DISTINCT. XX.

Oſtenſo, quod aliqua perſonarum aliam non ſuperat magnitudine, nunc oſtendit, quod non excedit aliam potentia.

Nunc oſtendere reſtat quomodo, &c.

SUnt tres perſonæ veraciter æquipotentes.
Hinc Maximini falſi ſunt, falſa loquentes.

Digitized by Google

DISTINCT. XXI.

Quæritur, quo modo poſſit dici ſolus Pater, vel ſolus Filius, vel ſolus Spiritus ſanctus, cum ſint inſeparabiles.

Hic oritur quæſtio trahens originem, &c.

DIcas, quod ſolus Pater eſt a proprietate.
Sed numquam ſolus Pater eſt patria poteſtate.

DISTINCT. XXII.

De nominum differentia, quibus utimur loquentes de Deo,

Poſt prædicta nobis diſſerendum, &c.

IN ſex ſcinduntur partes, quæ de Deitate.
Nomina dicuntur, ſervata proprietate.
Quæ ſigillatim perſonis appropriantur,
Illa relativa, non ſubſtantiva vocantur.
Sed ſubſtantivum nomen recte referatur,
Per quod natura communis ſignificatur.
Non tamen in ſumma pluraliter accipiatur.
Nam ſi dicatur: Sunt tres ſummi, reprobatur.

DISTINCT. XXIII.

De hoc nomine, quod eſt perſona, quod cum ſecundum ſubſtantiam dicatur, tantum pluraliter non ſingulariter in ſumma accipitur.

Prædictis tamen adiiciendum eſt, &c.

QUamquam perſona ſubſtantivum ſimilatur.
In ſumma ſemper pluraliter accipiatur.
Ut dignoſcamus ad quid tres, quid referamus.
Perſonas ſemper in ſumma plurificamus.
Lex prohibet vere, tres eſſe Deos perhibere.
Ut non diverſum, ſed ſimplex eſſe ſciatur.
Uſias dici tres, a ſanctis reprobatur.

DISTINCT. XXIV.

Quid ſignificetur his hominibus, unus, duo, vel duæ, tres, vel tria, trinus, vel trinitas, plures, vel pluralitas, diſtinctio, vel diſtincte, cur his utimur, de Deo loquentes.

Hic diligenter inquiri oportet, &c.

CUm de divinis unus, duo, tres referemus.
Nil tunc ponentes excludimus, & removemus.
Hoc confirmatum, verbis auctoris habemus.
Nunc privative non ponas, ſed poſitive.
Simpliciter numerus a divinis removetur.
Sed perſonarum numerus bene ſuſcipietur.

DISTINCT. XXV.

Quid ſignificetur cum dicitur pluraliter tres perſonæ, vel duæ perſonæ.

Præterea conſiderandum eſt.

SI diſcernatur, perſonæ voce notatur.
Eſſentia, proprietas, hypoſtaſis, aſſociatur.
Dictum poſterius, uſu potiore probatur.

DISTINCT. XXVI.

De proprietatibus perſonarum, ſed prius de hoc nomine hypoſtaſis.

Nunc de proprietatibus perſonarum, &c.

VEre res fore tres dicas hypoſtaſeos tres.
Eſt proprium Patris generare; velut generari.
Nati: ſpirari, dic Spiritui propriari.
Notio proprietas eſt, atque relatio, quare.
Si convertatur, poteris ſic eſſe probare.
Aut ſubſtantive pia nomina ſuſcipiantur.
Sive relative, quæ divinis propriantur.
Unus natura genitus ſit, munere plures.
Sint vel factura, dubium ſic ſolvere cures.
Spiritui ſancto donum nunc appropria-

Digitized by Google

priatur.

Spiritus & ſanctus, genitor, genituſque vocatur,

Et ſubſtantive, ſed de flatu referatur.

DISTINCT. XXVII.

An Pater, vel Filius, vel Trinitas ipſa, poſſit dici Spiritus ſanctus.

Hic quæri poteſt, utrum proprietates, &c.

SAcri doctores eadem ſunt approſpriantes.

In re perſonis, ratione modi variantes.

Si concretive ſumas, ſubſtant, refeſruntur.

Ab abſtractive ſubſiſtunt, non referuntur.

In patre ſignare prædicta, paterquenitate.

Ut pater, & natus: genitor ſic, & generatus.

Propria ſignantur perſonis, & referantur.

Verbum filius eſt, & patris imago vocatur.

Aſt eſſentia ſit ſapientia, nec referatur.

Ut Deus & lumen ſapientia coniiciuntur.

Quæ pro perſonis perſæpius accipiuntur.

Sine relativis, nec ob hoc proprie referuntur.

DISTINCT. XXVIII.

Quod non tantum tres proprietates prædictæ ſunt in perſonis, ſed etiam aliæ, quæ aliis ſignantur nominibus, ut ingenitus.

Præterea conſiderari oportet, &c.

INgenitus proprie patri dic appropriari.

Verum non genitus dic, ſacrum pneuma vocari.

Voce, ſed ingeniti, non vult Ambroſius uti. *Amb. l. de Incar. Domin. myſt. 8 c. 4*

Hinc genitor ſit idem cum nato, non tamen idem,

Cum verbum patris, ſapientia nata vocatur.

Nata refert, eſſentia ſub ſapiente notatur.

Eſſentiam divinam ſapientia ſignificabit.

Porro perſonam ſupponit, & appropriabit,

Improprie, d, nunc hoc nomen imago notabit.

DISTINCT. XXIX.

De principio, quod relative dicitur, & multiplicem notat relationem.

Eſt præterea aliud & nomen, &c.

PRincipium geniti, pater, & fons, eſſe probatur.

Principium geniti fontale, pater perhibetur.

Pneumatis ambo ſunt, nec principium geminetur.

Unum principium ſunt, una proprietate.

Principiumque rei tantum ſit pneuma creatæ.

DISTINCT. XXX.

De his, quæ temporaliter de Deo dicuntur, & relative ſecundum accidens, quod non Deo, ſed creaturis accidit.

Sunt enim quædam, quæ ex tempore, &c.

EX ævo quædam referuntur de Deitate.

Eſt Dominus Deus abſque ſui mutabilitate,

Et cum pneuma datur, ſumens, non dans, variatur.

DISTINCT. XXXI.

Quo modo dicatur Filius æqualis Patri, an ſecundum ſubſtantiam, an ſecundum relationem; ita & ſimilis.

Præterea conſiderari oportet, &c.

AEqualis, ſimilis, in divinis poſitive.

Atque relative ſumuntur, & inveniuntur.

Ut ſubſtantive, cauſaliter hicque loquuntur.

Una facit forma perſonis æquiparari.

Æternum ſpecies, debent uſuſque notari.

Hil. l. 2 de Trin. non longe a prin. *Aug. l. 1 de Doct. Chr. c. 5 tom 3*

Hæc ait Hilarius perſonis appropriari. A
Aſt Auguſtinus patri dat monaditatem.
Nexum Spiritui ſancto, genito paritatem.

DISTINCT. XXXII.

Utrum pater, vel Filius Spiritu ſancto ſe diligant, cum diligere Deo, idem ſit quod eſſe.

Hic oritur quæſtio ex prædictis, &c.

PNeumate ſe pater, & genitus dicuntur amare,
Notionaliter hoc debetis amare, locare.
Quod ſapiens genita, pater eſt, propono negare.
Per ſe, non a ſe, dicis genitum ſapientem. B
Sic ipſum per ſe non a ſe, dicis agentem.
Una patris tantum ſapientia connumeratur.
Una dicta modo non eſt amor hic ſociatur.

DISTINCT. XXXIII.

Utrum proprietates perſonarum, ſint ipſæ perſonæ, & Deus, id eſt, divina eſſentia.

Poſt ſupradicta ulterius conſiderari, &c.

PRoprietates, dic in perſonis reſidere.
Quæ ſunt perſonæ nec non eſſentia vere. C
Hæretici nolunt hoc pura mente tenere.

DISTINCT. XXXIV.

Opinio quorumdam aſſerentium, non idem eſſe perſonam, & eſſentiam, & eamdem non poſſe eſſe Patris & Filii, & Spiritus ſancti, ſine perſonarum confuſione.

Prædictis adiiciendum eſt, quod quidam, &c.

ESſe ſciamus idem perſonas cum Deitate.
Arguis hinc hæreſim, de ſtulta ſimplicitate.
Ut tres perſonas, unius non recitamus.
Unum ſicque trium perſonarum caveamus.
Poſſe Patri, ſcire genito, velut appropriamus.
Sancto Spiritui bonitatem ſic tribuamus.
Iſtud nomen homouſion bene ſuſcipiamus.
Ad divina pie, quædam tranſlata ſciamus.

DISTINCT. XXXV.

De quibuſdam, quæ ſecundum ſubſtantiam de Deo dicuntur, quæ ſpecialem efflagitant tractatum, ſcilicet de ſcientia, & præſentia, providentia, & diſpoſitione, prædeſtinatione, & voluntate, & potentia.

Cumque ſupra differuerimus, &c.

SCit Deus, & præſcit, quæcumque fuere videnda.
Porro diſponit, quæ tantum ſunt facienda.
Sed prædeſtinat, hæc quæ ſunt ad ſumma trahenda.
Nomina prædicta ſubſtant, & ſunt referenda,
Sicque creatio, ſive creator ſunt capienda.
Præſcius nullius non eſſet, quando futura.
Nulla forent, ſed & hæc caute diſtinguere cura.
Actu præterita, præſentia, ſive futura.
Æternus novit, in quo ſunt omnia cura.

DISTINCT. XXXVI.

Utrum concedendum ſit, omnia eſſe in Dei eſſentia, vel in Deo per eſſentiam, ut omnia dicantur in Dei cognitione, vel præſcientia.

Solet hic quæri, cum omnia dicantur eſſe, &c.

OMnia ſunt in eo ſemper, velut ipſa ſciente.
Nec non ſunt in eo, velut ipſa creare potente.
Nec probat ipſe mala, nec in ipſo ſunt ut agente.
Ex ipſo, ſic per ipſum, res ſunt, & in ipſo.
Omne quod ex ipſo, fore non dicitur ipſo.
De præit, ex ſequitur, converti non reperitur.

DI

DISTINCT. XXXVII.

Quibus modis dicatur Deus eſſe in rebus.

Et quoniam demonſtratum eſt ex parte, &c.

TRipliciter Deus eſt in cunctis. Aſt habitare,
Dicitur in ſanctis, quos novit gratificare.
Cum ſit ubique Deus, nequit a rebus maculari,
Cuncta movet ſtabilis, locat, & nequit ipſe locari.
Quodam ſcito modo, naturas ſpirituales,
Circumſcriptibiles, nec non has eſſe locales.
Tempore mutantur, affectu non variantur.

DISTINCT. XXXVIII.

Hic redit ad propoſitum, repetens ſuperius dicta, ut addat alia.

Nunc ergo ad propoſitum reverten. tes, &c.

HInc præſcire Dei, proprie non eſſe futuræ.
Cauſam, ſcito, rei, tibi ſit convertere curæ.
Scit bona laudando, mala præſcit, ſed reprobando,
Eſt impoſſibile præſcire Dei variari.
Junctim dic verum, diviſim falſificari.

DISTINCT. XXXIX.

Utrum Dei ſcientia poſſit augeri, vel minui, vel alio modo mutari, utrumque videtur poſſe probari.

Præterea ſolet quæri, utrum ſcientia Dei, &c.

SCire Dei, minui nequit, augeri, variari:
Sed res præſcita, minui quit, & evacuari,
Plura poteſt ſcire, quam ſcit, ſi diſcutiatur,
Quod præſcire modis, a ſanctis accipiatur,

A Non tamen ipſe ſciens, ſed quod ſcitur, variatur.
Curam de brutis habet ipſe Deus generalem,
De rationali curam retinet ſpecialem.
Cunctorumque ſimul rationem ſcit numeralem.
Hos quos elegit, ipſos prædeſque tinavit.
Porro præſcivit reliquos, hoc eſt reprobavit.

DISTINCT. XL.

An aliquis prædeſtinatorum poſſit damnari, vel reproborum ſalvari.

B *Prædeſtinatio vero eſt de bonis, &c.*

UT præſcitorum nullus quit glorificari:
Sic electorum, nemo poterit reprobari.
Junctim dic verum, disiunctim falſificari:
Eſt indurare, parvum non gratificare:

DISTINCT. XLI.

Utrum aliquod ſit meritum obdurationis, vel miſericordiæ.

Si autem quærimus meritum obdurationis, &c.

NOn cadit in merito prædeſtinat, aut reprobare,
C Si vis ſimpliciter, ſignatum conſiderare,
Ceſſat præſcire præſentia, non ea ſcire.

DISTINCT. XLII.

De omnipotentia Dei, ubi prius conſideratur, quare dicatur omnipotens.

Nunc autem de omnipotentia Dei, &c.

OMnipotens Deus eſt, quia cuncta poteſt operari

DI-

DISTINCT. XLIII.

Error quorumdam dicentium, Deum nil poſſe, niſi quod facit.

Quidam tamen de ſuo ſenſu glorian-tes, &c.

SUmmum nil poſſe, niſi quod facit, aſſeruerunt
Quidam: ſed ſancti bene verum diſſeruerunt,
Et quod plura poteſt, quam vult, vel agit, poſuerunt.

DISTINCT. XLIV.

An Deus poſſit facere aliquid melius, quam fecit.

Nunc illud reſtat diſcutiendum &c.

QUæ fecit facere meliora Deus potuiſſet,
Et melius concernendo rem, ſi voluiſſet,
Quodque ſemel potuit, hoc ſemper poſſe negatur.
Ipſe magiſter in hoc non conſentire probatur.
Et quod mutatur in ſe Deus adſtipulatur.

DISTINCT. XLV.

De voluntate Dei, quæ eſſentia Dei dicitur, quod una ſit, & æterna, & de ſignis ejus.

Jam de voluntate Dei, aliquid pro-ſenſus, &c.

VElle Dei Deus eſt, ſed, quæ vult, eſſe negatur.
Cum fers: Vult Deus hoc, eſſentia reſque notatur.
Eſſe Dei velle, cunctorum cauſa probatur.
Inde voluntatis ejus nec cauſa petatur.
Signa voluntatis divinæ ſunt prohibere,
Conſulit, atque jubet, permittit, junge placere.

A

DISTINCT. XLVI.

Illi ſententiæ, qua dictum eſt, Dei voluntatem, non poſſe caſſari, quæ ipſe eſt, quidam videntur obviare.

Hic oritur quæſtio: dictum eſt enim, &c.

VElle bene placiti, quod ſemper perficiatur.
Nullus ſalvatur, ab eo niſi ſuſcipiatur.
Quod mala vult fieri culpæ, ratione negatur.
Eſſe bonum, fieri mala ſimpliciter reprobatur.
B Sed concedatur, ſi junxeris eliciatur,
Præcipit & prohibet, permittit, conſulit, implet,
Quodque mali pœnæ, Deus eſt auctor, referatur.
Et quod permittit fieri mala ſuſtineatur.

DISTINCT. XLVII.

Quod voluntas Dei ſemper impletur de homine quocumque ſe vertat.

Voluntas quippe Dei, ſemper efficax eſt, &c.

VErtat placitum vere, cum poſſis ſigna movere,
Signa voluntatis abſolute ſituantur.
C Conditionalis mutari ſigna probantur.

DISTINC. XLVIII.

Quod aliquando homo bona voluntate aliud vult, quam Deus: & aliquando etiam mala, idem quod Deus bona voluntate vult.

Sciendum quoque eſt, quod aliquando, &c.

NOn vult ſæpe Deus, quod homo bene velle probatur.
Vivere cum patrem vult quis: Deus, ut moriatur.
Quodque Deus bene vult, aliquis male velle putatur.
Recta voluntas eſt, ſi recto fine regatur.
Quod bene vult ſæpe Deus, implet

vel.

Digitized by Google

velle malorum,
Hoc in morte Jeſu patet, & factis reproborum.
Velle pati Chriſtum, quod mundus, eo redimatur,
Approbo: ſed reprobo, cum quis vult ut moriatur,
Sanctum velle pati, quod ſanctus glorificetur,
Vel quod ſacra fides, per eum magis amplificetur,
Comprobo: ſed reprobo, cum quis ut crucietur.

LIBRI SECUNDI

SENTENTIARUM

DISTINCTIO I.

Creationem rerum, &c.

Hic nequit errare, dans unum cuncta creare.
De nihilo facere quid, dicas eſſe creare.
Eſt ergo facere de materia præeunte.
Sed creat ipſe Deus, non materia ſubeunte.
Pro facio clare reperitur, ſæpe creare.
Condo, creo, facio, vel ago, diverſificantur,
Actio diſplicuit, paſſio grata fuit,
Quando creatori, vel nobis, aſſociantur.
Eſt Domino facere, quod res nova prodit ineſſe,
Cuncta creata rate ſunt divina bonitate,
Nec non condita ſunt ipſorum commoditate.
Uniri voluit animas Deus, ut referetur
Unio, qua Domino mens in cælis ſocietur.
Corporibus dantur etiam, quod plus mereantur.
Angelici caſus ipſis etiam reparantur,
Eſt homo factus ob hoc, ut rege Deo frueretur.
Cui ſi ſerviret, ſibi mundus ſubiiceretur.

DISTINCT. II.

Quæ conſideranda ſint de Angelis.

De angelica itaque natura, &c.

Angelus, empyreum, tempuſque coæva fuerunt,
Ut Beda teſtatur: hyle dictis ſociatur.
Tu teneas vere, ſimul iſta coæva manere,
Angelus, empyreum cælum, ſic tempus, & hyle. *Bed. in Hexaem. non longè a princ. tom. 4*
Empyreo cælo, tunc Lucifer ipſe creatus
Eſt depravatus, ſed mox cecidit reprobatus.
Eſt Domini paritas cælum, quod Lucifer optas.

DISTINCT. III.

Quales facti fuerint angeli: & quod quatuor eis attributa ſunt in ipſo initio ſuæ conditionis.

Ecce oſtenſum eſt, ubi angeli fuerint, &c.

Eſt rationalis, perſonaliſque creatus
Angelus & ſimplex, ſed libertate probatus:
Spiritus Angelicus bonus a dominante creatus,
Poſt depravatus, ſtatim cecidit reprobatus.
Qui permanſerunt, confirmari meruerunt.
Cum quibus, aut a quo ſint facti, ſeque ſciebant.
Naturalis amor inerat; reliquoque carebant:
Idcirco meritis nullis tunc proficiebant.

DISTINCT. IV.

An perfectos, & beatos creavit Deus angelos: an miſeros, & imperfectos.

Poſt hæc videndum eſt, utrum perfectos, &c.

Cæleſtes vigiles, non crede fuiſſe creatos
Ex toto miſeros, aut omni parte beatos.

Si-

Sicut nec miſera, ſic nec perfecte beata
Dicitur angelica natura fuiſſe creata.
Tempore perfecti, non naturaque fuerunt:
Atque ſuum caſum prænoſcere non potuerunt,
Nec præſciverunt ſtantes, quod poſt habuerunt.

DISTINCT. V.

De confirmatione, & converſione ſtantium: & averſione, & lapſu cadentium.

Poſt hæc conſideratio adducit inquirere, &c.

AVerſi quidam, mox de cælo ceciderunt;
Converſi vero, confirmari meruerunt.
Libertate ſua diſcernere, ſic voluerunt.
Qui confirmantur, ſtantes in amore beantur.
Multi teſtantur, quod nunc illud mereantur.
Quidam dixerunt, quod tunc ſimul hoc meruerunt.

DISTINCT. VI.

Quod de majoribus, & minoribus quidam ceciderunt, inter quos unus fuit celſior, ſcilicet Lucifer.

Præterea ſciri oportet, quoniam ſicut, &c.

INter majores, multi cecidere minores.
Dicas quam plures ab utroque gradu cecidiſſe.
Luciferum tunc præcipuum pariterque ruiſſe.
Aere nimboſo nunc ſunt: ſed poſt tenebroſo
Carcere claudentur, ubi perpetuo patientur,
Præſunt majores, ut minent inferiores.
Quidam deſcendunt, ubi Lucifer eſſe putatur
Vinctus, ut inferius ab eis reus afficiatur.
Lucifer in finem gentes tentare ſinetur,

A Nutu divino; tentare modo prohibetur.
Illum non iterum dæmon tentare probabit
De vitio, de quo, qui tentatur, ſuperabit.

DISTINCT. VII.

Quod boni angeli adeo ſunt confirmati per gratiam; ut peccare non poſſint: & mali ita obdurati in malo, ut bene vivere nequeant.

Supra dictum eſt, quod Angeli, &c.

UT nequeunt ruere, qui firmari meruerunt,
Surgere ſic nequeunt, qui de cælo ceciderunt:
B Arbitrio tamen hi proprio numquam caruerunt.
Antiqui quia ſunt & ſubtiles, operantur
Magica perverſi: gentes ut decipiantur,
Permittit Dominus, ut juſti plus mereantur.
Juſti ſive mali de ſemine materiali,
Plura queunt facere, nequeunt tamen ipſa creare.
Magorum ſpecies, poſſunt hæc ſignificare.
Multo majora facerent, & deteriora
Pravi, ſi ſineret Deus, aut hos non cohiberet.

C

DISTINCT. VIII.

Utrum omnes Angeli corporei ſint, quod quibuſdam viſum eſt: quibus Auguſt. conſentire videtur dicens Angelos omnes ante caſum habuiſſe corpora tenuia, & ſpiritualia, ſed immutata in deterius malorum corpora, ut in eis poſſint pati. *Aug. lib. 3 de Gen. ad lit. lib. 3 ca. 10 to. 3*

Solet etiam in quæſtione verſari, &c.

COrporei non ſunt, formare tamen ſibi poſſunt
Corpora, quæ rurſus deponent, & removebunt,
Quando complebunt, Dominum quæ velle videbunt:
Quamvis non poſſit, in ſe Deus ipſe videri,

Hunc

Hunc tamen in ſpecie ſancti potuere tueri.
Non animam poterit intrare quis, aut habitare,
Excepto ſummo, qui cuncta poteſt penetrare.

DISTINCT. IX.

De ordinum diſtinctione, & quot ſint, & qui.

Poſt prædicta, ſupereſt cognoſcere, &c.

ORdo ſpirituum juſtorum, ter triplicatur.
Unus plus alio, dono proprio phaleratur.
Quilibet a dono, quo præeminet, intitulatur.
Aſcendunt homines ad ſedes, quas habuiſſent.
Dejecti vigiles, niſi per culpam cecidiſſent.

DISTINCT. X.

Utrum omnes ſpiritus cæleſtes mittantur, & ponit duas opiniones, & auctoritates quibus innituntur.

Hoc etiam inveſtigandum eſt, &c.

MItti majores dicuntur ad interiora.
Ac alii mitti dicuntur ad exteriora.
Raro majores mittuntur, ſæpe minores.
Nomen naturæ, ſit ſpecies officiantis.
Angelus hoc nomen, a cauſa participantis.

DISTINCT. XI.

Quod quæque anima, Angelum bonum ad ſui cuſtodiam, delegatum habet, & malum ad exercitium:

Illud quoque ſciendum eſt, quod Angeli, &c.

EST homini duplex datus angelus, unus iniqua
Suggerit. ac alius monet aliud ad ſectanda pudica.
Uſque diem finis, plus noſcunt pluſque merentur
Cives cæleſtes, quod plures noſſe videntur.

A Multi myſterium crucis a ſanctis dicerunt,
Cujus notitia plena primo caruerunt.

DISTINCT. XII.

Poſt cognitionem de Angelis habitam, agitur de aliarum rerum creatione, & præcipue de opere & ſex dierum diſtinctione.

Hæc de angelicæ naturæ conditione, &c.

SPiritus angelicus, per cælum ſignificatur.
Hyle per terram velut in ſpecioſa notatur.
B Et quia confuſa per abyſſum notificatur.
Cum ſit poſſibilis, ad formas nuda vocatur,
Quæ tunc ante dies, quaſi non formata creatur,
Aer obſcurus, tenebræ quandoque vocatur.
In forma non diſpoſita ſunt cuncta creata,
Primo ſimul, ſed poſt diſtincte ſunt phalerata.
Nunc ubi conſiſtit fuit hyle primo creata.
Omnia per verbum divinum crede patrata.
Verbo diſpoſuit, ſed in hyle cuncta creavit.
C Diſtinxit ſpecies, vim ſeminibus ſociavit.

DISTINCT. XIII.

Quæ fuit prima diſtinctionis operatio.

Prima autem diſtinctionis operatio fuit, &c.

LUx cum formatur, mox a tenebris ſeparatur.
Tunc tenebræ, nox: luxque dies, profecto vocatur.
Lux corporalis fertur, vel ſpiritualis.
Facta fuit lux, nunc ubi Sol lucere probatur.
Nec mirum ſi lux in aquis lucere putatur.
Diverſiſque modis præſcripta dies habeatur.

Pri-

Prima dies ſola ſine mane fuiſſe probatur.
Si vis ipſa dies moraliter accipiatur,
Utrum de luce ſit ſol factus dubitamus.
Solem cum ſtellis factum de luce putamus.
Dixit, id eſt, verbum pater æternus, generavit.
In quo vel per quem, velut auctor cuncta creavit.

DISTINCT. XIV.

De opere ſecundæ diei, qua factum eſt firmamentum.

Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum, &c.

FIt firmamentum, de aquis factum reputatur.
Tunc aqua ſubterior ab aqua ſumma ſeparatur.
Quæ velut glacies ſeu cryſtallus ſolidatur.
Inter aquas illas firmamentum ſituatur.
Tertia jungit aquas, herbiſque ſolum reparatur.
Cælum luminibus, quartaque die renovatur.
Quinta dedit piſces, aer avibus populatur.

DISTINCT. XV.

De opere ſextæ diei, quando creata ſunt animalia, & reptilia terræ.

Sequitur: Dixit Deus: Producant aquæ, &c.

SExta dies animal cunctum produxit in eſſe.
Hinc fit homo, cunctis debens de jure præeſſe.
Qui niſi peccaſſet, animal ſibi non nocuiſſet,
Sed ſibi ſubiectum divina lege fuiſſet.
Septima nempe dies eſt recte ſanctificata,
Qua, conſummata vidit Deus ipſa creata.
In qua pſalmator, vidit bene cuncta patrata.

A

DISTINCT. XVI.

De hominis creatione. Ubi conſiderandum eſt, quare creatus ſit homo, & qualiter ſit inſtitutus, quæ duo ſupra tractata ſunt: & qualiter lapſus, poſtremo quo modo ſit reparatus, quæ diſcutienda ſunt.

His excuſſis, quæ ſupra de hominis, &c.

SIc homo plaſmatur, ut imago Dei referatur,
Et vultu recto cæleſtia contueatur.

DISTINCT. XVII.

B

Utrum anima de aliquo facta ſit, vel non, & quando facta, & quam gratiam habuit in creatione.

Hic de origine animæ plura quæri ſolent, &c.

DE limo corpus Adæ Deus ipſe paravit.
Cui cura ætatem provectam mox cumulavit.
Ac inſufflavit animam ſibi, ſive creavit.
Hunc in terreſtri Paradiſo, poſtquam locavit:
Quam Deus uſque globum Lunæ plantando levavit.

C

Ligno notitiæ, vitæ lignum ſolidavit.
Et duplici ligno, duo tunc præcepta ligavit.
Duplex præceptum ligno duplici ſociavit.

DISTINCT. XVIII.

De formatione mulieris.

In eodem quoque paradiſo, mulierem, &c.

SIcut principium Deus, unde cuncta creavit:
Unus ſic Adam cunctos homines generavit.
Ne minor, aut major Adæ, ſed par videatur,
Evam de latere ſumi, ratione probatur.

Nos

Nos Chriſti latere redimendos ſignificatur.
Eva fit ex coſta ſola, ſed multiplicatur.
Non fic natura, ſi diſcernas operatur.
Vere dic, animas ex traduce non generari,
Immo corporibus, ſimul infundendo creari.

DISTINCT. XIX.

De primo hominis ſtatu ante peccatum, ſcilicet qualis fuerit ſecundum corpus, & ſecundum animam.

Solent quæri plura de hominis ſtatu, &c.

FActus Adam ſic eſt in prima conditione,
Ut vitare queat mortem propria ratione.
Sed pomo vetito mulieris voce potito,
Per nullam ſortem potuit compeſcere mortem.
Quando reſurgemus, vitam ſine morte ſciemus.

DISTINCT. XX.

De modo procreationis filiorum, ſi non peccaſſent primi parentes, & quales naſcerentur filii.

Poſt hoc videndum eſt, qualiter primi, &c.

SI non peccaſſent, coitu licito generaſſent.
Ut nunc ſtatura parvos natos genuiſſent,
Hinc profeciſſent, paulatim cognitione.
Hos ignorantes, non dicimus hac ratione.
Atque cibos vellent, naturæ conditione.
Cum peccaverunt, mox expelli meruerunt,
Ac in terreſtri Paradiſo, non coierunt.
Poſt ſine morte Deus hos duceret ad meliora.
Si ſimul hoc fieret, aut qua, neſcitur, in hora.

A

DISTINCT. XXI.

De invidia diaboli, quæ ad hominem tentandum acceſſit.

Videns igitur diabolus hominem, &c.

INvidus ille Satan hominis de proſperitate
Tentat. Evam, ſuperat ſerpentis calliditate
Exterius, non interius primus ſtimulatur.
Et quia ſuccumbit, culpa majore ligatur.
Sed quoniam cecidit ipſo ſatana ſtimulante,
Ad veniam potuit tranſire, Deo mediante,

B

Per ſe deiicitur ſatanas, ideo reprobatur.
Ut numquam ſurgat, nec jam veniam mereatur.
Ut numquam ſurgat, nec ſurgere promereatur.
Ut numquam ſurgat, ſed perpetuo patiatur.
Evæ mandatum, per Adam dic eſſe relatum.
Conſtat ob hoc vere, quod poſſint verba referre.

DISTINCT. XXII.

De origine illius peccati, & quodnam fuerit.

C

Hic videtur diligenter inveſtigandum eſſe, &c.

EVa virum tentat, Domino vult æquiparari.
Peccatum fore, ſcit, præceptum prævaricari.
Debet ob hoc, ejus crimen majus reputari.
Evæ conſenſit Adam credens veniale,
Seu leve peccatum, quod erat morti ſociale.
Qui potuit, ſed non voluit rem ſcire, videtur,
Quod ſit ignorans, peccati lege ligetur.
Qui vult, nec potuit immunis talis habetur.
Qui quaſi ſimpliciter neſcit, mortem patietur.

Digitized by Google

Sic excuſari nullatenus Eva me-A
retur.
Primum peccatum non eſt ſine velle patratum.

DISTINCT. XXIII.

Quare Deus permiſit hominem tentari, ſciens eum caſurum.

Præterea quæri ſolet, cur Deus hominem, &c.

TEntari patitur hominem Deus, ut mereatur.
Fit malus hoc ipſo, juſtis meritum cumulatur.
Quare permiſit Deus, a nobis dubitatur.
Contulit huic Dominus præclaram B cognitionem.
Sed caſus propriis neſcivit conditionem.

DISTINCT. XXIV.

De gratia hominis, & potentia ante caſum.

Nunc diligenter inveſtigare oportet, &c.

STare per arbitrium proprium, primus potuiſſet.
Sed vitando malum, tunc quidquam non meruiſſet,
Nam quid ad hoc traheret, pro certo non habuiſſet.
Cum nunc tenteris, mala nunc vi-C
tando mereris.
Infima pars animæ, nobis ſerpente notatur.
Altera ſit mulier, ſed vir ſuprema vocatur.
Triplex pars animæ tribus his tibi ſignificatur.
Scito quod tribus peccatum perficiatur.
Serpens delectat, mulier vult, vir vitiatur.

DISTINCT. XXV.

Reddit ad liberi arbitrii conſiderationem, & ponitur diffinitio liberi arbitrii.

Jam vero ad propoſitum redeamus, &c.

PRavis, ſive bonis, vos arbitrium teneatis.
Eſſe voluntatis conſenſum, ſeu rationis.
De contingenti ſolum ſit & advenienti.
Non de præſenti, vel præterito remanenti.
Factus homo cecidit, reparatur, glorificatur,
Ex his arbitrium, diſtincte quadruplicatur.
Atque modis aliis, ſi diſcernas, variatur.
Sed per peccatum valide modo debilitatur.
Ad mala quotidie cum pronior efficiatur.

DISTINCT. XXVI.

De gratia operante, & cooperante.

Hæc eſt gratia operans, & cooperans, &c.

GRatia præveniens in te bene velle lucratur.
Dat, quæ ſubſequitur, volitum quod perficiatur.
Sic noſtrum velle divino rore rigatur.
Velle quod in nobis, ad velle bonum moveatur.
Gratis prima datur, gratum facit, illa vocatur.
Qua formata fides in nobis inveniatur.
Quod præit, & ſequitur, unum donum reputatur.
Sed duplex actus duplici ſub voce notatur.
Eſſe bonum, magnum, minimum, mediumque ſciatur.
Sub medio vero, libertas contineatur.

DISTINCT. XXVII.

Quid ſit virtus, & quid ſit actus, vel opus.

Hic conſiderandum eſt, cum prædictum ſit, &c.

VIrtus informat animam, Deus hanc operatur,
Et juvat arbitrium, bonus actus, ut eliciatur.
Ex quibus adiunctis, bonus effectus generatur.

Gra-

Gratia non meritum fertur, licet A
hac generetur.
Nemo fide, fidei tamen actu quiſque meretur,
A multis virtus, animi motus perhibetur.

DISTINCT. XXVIII.

Prædicta repetit, ut alia addat, definitivam aſſignationem ponens, de gratia & libero arbitrio, contra Pelagianos,

Id vero inconcuſſe, & incunctanter, &c.

GRatia non propriis meritis datur, aut adhibetur,
Quæ niſi præcedat, nullus pro poſſe B meretur.

DISTINCT. XXIX.

Utrum homo ante peccatum eguerit gratia operante, & cooperante.

Poſt hæc conſiderandum eſt utrum homo, &c.

GRatia ſi deſit, nec Adam quidquam meruiſſet,
An ſuum lapſum ~~cum virtutes habuiſſet~~;
Hic ubi peccavit, virtutibus expoliatur.
Et mox de dulcis Paradiſi ſede fugatur.
Hujus in introitu, Cherubin gla- C diuſque locatur,
His amor, & præſens tribulatio ſignificetur,
Abſque quibus quiſquam requiem non ingredietur.
Uſi ſi ligno vitæ perſæpe fuiſſent,
Viribus, & vita longæva plus viguiſſent,
Rato ſumpſerunt, citiuſque mori potuerunt.

DISTINCT. XXX.

Quod per Adam peccatum & pœna, tranſit in poſteros.

In ſuperioribus inſinuatum eſt, licet, &c.

ADæ peccato genus humanum maculatur.
Culpaque dicatur, lex carnis, & ipſa vocatur.
Illa reſurget, & in cælis caro glorificatur,
Quæ nobis ab Adam ſolum transfuſa probatur.
Non quæ quotidie refluit, fluit & vegetatur.
Hoc tamen a multis recta ratione negatur:
De nutrimento transfuſæ quid ſolidatur.

DISTINCT. XXXI.

Quo modo peccatum originale a parentibus tranſeat ad filios, an ſecundum animam, an ſecundum utrumque.

Nunc ſupereſt inveſtigare qualiter illud, &c.

PEr coitum caro non licitum profuſus generatur.
Adveniens anima, carnis vitio viciatur.
Sic in vaſe malo, vinum purum maculatur.
Per baptiſma patrum, proles non mundificatur.

DISTINCT. XXXII.

Quomodo originale peccatum dimittatur in baptiſmo, cum & poſt ſit illa concupiſcentia, quæ dicitur originale peccatum.

Quoniam ſupradictum eſt originale, &c.

CUm baptizatur homo, fomes debilitatur,
Spiritus interior a culpa mundificatur.
Eſt fomes pœna, cujus Deus auctor habetur.

Auctor , ut eſt culpa , dæmon , vel homo retinetur.
Ipſe Deus animas mundas creat & pretioſas.
Per carnis libitum, ſeſe reddunt vitioſas.
Dic alias aliis natura plus ſpecioſas.

DISTINCT. XXXIII.

An peccatum omnium præcedentium parentum tranſeat ad filios originaliter.

Prædictis adiiciendum videtur, &c.

SI ſine baptiſmo, quis parvulus hic morietur.
Pro ſolius Adæ vitio, leviter patietur.
In lumbis Adæ corruptis prorſus eramus.
Ejus ob hoc maſſam corruptam participamus.
Facta patris prava, ſi filius ipſe ſequetur,
Pro patre tunc merito puniri nempe meretur.
Tempore punitur quis pro patre, ſic reperitur.

DISTINCT. XXXIV.

Quæ de peccato actuali animadvertenda ſint.

Poſt prædicta de peccato actuali, &c.

RES bona cauſa fuit, radix, & origo malorum.
Prava voluntas eſt nunc cauſa ſequens vitiorum.
In re nempe bona, concedo malum ſituari.
Verum philoſophi credunt hæc evacuari.
Eſt natura bonum, corruptio vero probatur
Eſſe malum, qua quis pravus, quandoque vocatur.

DISTINCT. XXXV.

Exponit, quid ſit peccatum, per ejus notificationes.

Poſt hæc videndum, quid ſit peccatum, &c.

SIt tibi peccare, legem Domini violare.
A Ut malus interior actus ſcelus eſſe probatur:
Sic malus exterior actus primo ſociatur.
Si modus ac actus ſapienter diſcutiatur,
Actus laudatur, modus in facto reprobatur.
Non locus a primo diſtare facit ſcelus, immo
Cui ſit diſſimilis, quando ſit crimine vilis,
Dic nihil eſſe malum, ſi per ſe conſideratur.
Porro ſubtrati ratione quid eſſe probatur.
Hoc animæ facies vitiatur, & obtenebratur.
B Peccatum privat, effectus pœna vocatur.

DISTINCT. XXXVI.

Quod quædam ſimul ſunt peccata, & pœna peccati, quædam peccata & cauſa peccati, alia vero peccata, cauſa, & pœna peccati.

Sciendum eſt tamen quædam ſic eſſe, &c.

SUnt quædam ſcelera, ſcelus & pœna reputanda.
Ut timor, invidia, quis plura ſunt ſocianda.
Sunt peccatorum cauſæ, peccata locanda,
C Et peccatorum pœnæ peccata notanda.
Deformans pœna, vel deficiens removetur.
A Domino, quæ ponit, & ordinat, huic tribuetur.
Vitas mortale, vitare nequis veniale.
Quæ bona ſunt genere, per finem diſcutiuntur.
Quæ bona ſimpliciter, bona ſimpliciter metiuntur.

DI-

DISTINCT. XXXVII.

Aliorum ponit ſententiam, qui dicunt, malos actus, nullo modo eſſe a Deo, nec eſſe bonos, ſive in eo quod ſunt, ſive alio modo.

Sunt autem, & alii plurimi longe aliter, &c.

ESſe malum duplex, culpæ pœnæ, quæ notetur
Pœnæ, non culpæ; vere Deus actor habetur.
Mortem non fecit Deus, hoc ſic accipiatur,
Culpam non fecit, qua mors inflicta probatur.

DISTINCT. XXXVIII.

De voluntate, & ejus fine, ex quo ipſa judicatur.

Poſt prædicta de voluntate, ejuſque fine, &c.

IN cunctis factis finis Deus inſtituatur,
Velle voluntatis, hoc vere rectificatur,
Præcepti finis amor eſt, ſi continuatur.
Velle voluntatem, finem, volitumque notabit.
Nunc hoc, nunc illud, intentio ſignificabit.
Propter quid volo quid, intentio notificabit;
Atque voluntates in finem rectificabit.
Has, ut ſint una, finis ratione ligabit.

DISTINCT. XXXIX.

Cum voluntas ſit de his, quæ naturaliter homo poteſt: quare peccatum fore dicatur, cum nullum aliud naturale peccatum ſit.

Hic oritur quæſtio ſatis neceſſaria, &c.

VIs naturalis, motus malus eſſe videtur
Peccatum: ſed vis in ſe bona ſemper habetur.

A Quidam de motu dixerunt, quod geminatur.
Unus laudatur, alter vero reprobatur.
Gratia præveniens juvat hunc, aliuſque fugatur.
Utrum ſint unus motus tantum, dubitatur.
Synderesis nequit extingui, licet impediatur.

DISTINCT. XL.

An ex fine omnes actus penſari debeant, ut ſimpliciter boni, vel mali dicantur.

Poſt hæc de actibus adiiciendum videtur, &c.

B QUidam laudantur actus, alii reprobantur.
Simpliciter: quidam duplici facie variantur.
Affectus ſine directus, opus pretioſum
Reddit: ſi deſit unum, fiet vitioſum.
Abſque bonis, fieri mala plures inficiantur.
Porro nequaquam bona ſunt, quamquam videantur.

DISTINCT. XLI.

An omnis intentio, & actio, quæ fide carent ſint mala.

C *Cumque intentio, ſupradictum eſt bonum, &c.*

ABſque fide; bona non fieri, quidam poſuerunt.
Aſt alii fieri bona, non bene diſſeruerunt.
Diſtingunt alii bona, quam plures operari.
Abſque fide nequeunt, cum ipſis regna lucrari.
Abſque voluntate quemquam peccacare negato.
Ipſa voluntas eſt, qua vitam rectificamus.
Et qua peccamus, ſi legem diſcutiamus.

Digitized by Google

A

DISTINCT. XLII.

An voluntas, & actio mala, in eodem homine, & circa eamdem rem, ſint unum peccatum, vel plura.

Cum autem voluntas mala, & operatio, &c.

PRava voluntas cum facto, duplex reputatur.
Crimen, & ab aliis unum nunc eſſe probatur
Si ſcelus eſt actu, conſtat ſcelus eſſe reatu.
Si doleas actu tranſit, remanetque reatu.
Nunc duplicem pœnam, nunc culpam ſume reatu.
Multiplices ſpecies, peccatorum numerentur.
Inter quæ, ſeptem capitalia commemorentur.
Mortem mortale parit, & veniam veniale.
Eſt accuſandum, damnandum, crique minale.
Pellico dum pecco, delinquo, recta relinquo.
Fons eſt cunctorum tumor, atque cupido malorum.

B

DISTINCT. XLIII.

De peccato in Spiritum ſanctum, quod dicitur etiam, peccatum ad mortem.

Eſt præterea quoddam peccati genus, &c.

SAnctus Spiritus eſt amor, in quem quiſquis amorem
Peccat, committit culpam, culpis graviorem.
Ut qui deſperat, aut induratus oberrat.
Vix ſunt contriti, vix hinc ſibi credo remitti.
De nullo tamen, ob hoc deſperare velimus,
Nam pius eſt Dominus, velut exemplis reperimus.

DISTINCT. XLIV.

De potentia peccandi, an ſit homini, vel diabolo data a Deo.

Poſt prædicta conſideratione dignum, &c.

A Summo Rege fluit omnis vera poteſtas,
Sed cum peccare, privatio ſit, vel egeſtas,
Poſſe Deo detur, privatio ſubripietur.
Si quid præcipiat princeps, non præcipiendum.
Per quod præceptum Domini ſit tranſgrediendum,
Quod jubet illicite, conſtet non eſſe tenendum.
Quod jus dictabit licite, ſibi nemo negabit.

LIBRI TERTII SENTENTIARUM

DISTINCTIO I.

De incarnatione verbi.

Cum venit igitur plenitudo temporis, &c.

C

COnſtat, quod gratum tempus, tunc exoriatur.
Cum verbum patris, carnem veſtire, probatur.
Mitti dicatur de virgine cum generatur.
Eſt incarnatum, ſolum verbum generatum,
Ut nomen geniti ſibi ſoli ſit propriatum:
Nam per quem fecit Deus omnia, jure refecit.
Quamquam perfecte, pariter tres operantur.
Non ſe, ſed genitum, carne veſtire, probantur.
Dicas quod pariter incarnari potuerunt:
Sed tamen in verbo concorditer hoc voluerunt.

Digitized by Google

A

DISTINCT. II.

Quare totam humanam naturam acceperit, & quid nomine humanitatis, vel humanæ naturæ intelligendum ſit.

Et quia in homine tota humana natura, &c.

ÆTernum verbum ſibi tota conſociavit.
Noſtram naturam, ſapienter & hanc reparavit.
Hanc ſimul aſſumpſit, ſimul & ſibi conciliavit.
Concipiatur, capitur, mox unitur caro verbo,
Sic ſimul inſeritur, homo verbo, nec mora ſcitur.

DISTINCT. III.

De carne, quam Verbum aſſumpſit, qualis ante fuerit: & qualis aſſumpta ſit.

Quæritur etiam de carne Verbi, &c.

QUam verbum patris ſumpſit, caro ſanctificata,
Et mundata fuit culpæ prius, obque ligata.
Mater mundatur, fomes tunc evacuatur.
Et miro more, per eam verbum generatur.
Adam peccante, ſumus omnes commaculati.
Sunt Abraham dante decimas, nati decimati.
Nam coitu carnis omnes fuimus generati.
Nequaquam legi tali Chriſtus generatur.
Ergo nec in patribus peccavit, nec decimatur.
Mox cum concipitur, Deus ac homo mox reperitur.
Corpus majori poſt quantitate potitur:
Aſſumpſit gratis pœnam, culpam moveatis.

DISTINCT. IV.

Quare tribuatur incarnatio Spiritui ſancto, quæ eſt opus totius Trinitatis, & de ipſo etiam conceptus, & natus dicatur.

Cum vero incarnatio verbi, &c.

PNeumate divina dilectio ſignificatur.
Cauſa movens fuit hæc, quod homo verbo ſociatur.
Pneumate Chriſtus ob hoc conceptus commemoratur.
Hac ratione tamen pater ejus non referatur,
B Sicut nec crinis pater eſt homo, nec reputatur.
Ex David Paulus hunc factum teſtificatur. Rom. 1

DISTINCT. V.

Si perſona perſonam, vel natura naturam aſſumpſit, & ſi natura Dei incarnata ſit.

Præterea inquiri, oportet cum ex præmiſſis, &c.

PErſonam bene naturam ſumpſiſſe probatur.
Sed quia perſonam ſumpſit natura negatur.
Et quod natura naturam ſuſtineatur:
C Hinc incarnata natura pie referatur,
Sed quod ſit nata, vel facta caveatur.
Per ſe non anima proprie perſona vocatur.
Ipſe magiſter in hoc non conſentire probatur.

DISTINCT. VI.

De intelligentia harum locutionum: Deus factus eſt homo: Deus eſt homo, an his locutionibus dicatur: Deus factus eſſe aliquid, vel eſſe aliquid, vel non.

Ex præmiſſis autem emergit quæſtio, &c.

HÆc concedatur: Deus eſt homo, diſcutiatur,
Fa-

Digitized by Google

Factus homo Deus eſt, habitus nec A
non variatur.

DISTINCT. VII.

Poſitis ſententiis, prolatiſque teſtimoniis, intelligentiarum propoſitarum locutionum, exequitur ſecundum ſingulas ſententias, & prius ſecundum primam.

Secundum primam vero dicitur Deus, &c.

CHriſtus ut eſt homo ſit natus,
prædeſque tinatus
Ac humanatus Deus eſt: divinificatus
Non homo dicetur: a ſanctis ſic perhibetur.

DISTINCT. VIII.

An divina natura debeat dici nata de virgine.

Poſt prædicta inquiri debet utrum, &c.

PErſonam natam concedimus, &
generatam.
Chriſtum bis natum, dici non eſt reprobatum.

DISTINCT. IX.

De adoratione humanitatis Chriſti, an eadem adoratio humanitati & Deitati ſit exhibenda.

Præterea inveſtigari oportet, utrum caro, &c.

ESt uno cultu caro cum verbo veneranda.
Sicut adoranda, præ cunctis eſt, &
amanda.

DISTINCT. X.

An Chriſtus ſecundum quod homo eſt, ſit perſona, vel aliquid.

Solet etiam inquiri a quibuſdam, &c.

CHriſtus adoptivus ſane non eſt
reputandus:
Ac ut homo ſolum, non eſt perſona
vocandus.

DISTINCT. XI.

Utrum Chriſtus ſit creatura, ſive creatus, vel factus.

Solet etiam quæri, &c.

CHriſtum ſimpliciter non dicas
eſſe creatum.
Sed jungas hominem, concedas ante
negatum.

DISTINCT. XII.

An homo ille, ſemper fuerit, vel cœperit.

Poſt prædicta quæritur, &c.

B INcœpit Chriſtus, hominem ſi conſpiciamus:
Sed ſi perſonam, tunc incœpiſſe negamus.
Inſertus verbo Chriſtus peccare nequivit.
Si non inſertum ponas, delinquere
quivit.
Sumere de nihilo carnem verbum
potuiſſet,
Ac etiam ſexum muliebrem, ſi licuiſſet,

DISTINC. XIII.

Si Chriſtus ſecundum naturam hominis in ſapientia, & gratia proficere potuit, vel profecit, C

Præterea ſciendum eſt, Chriſtum, &c.

IN membris Chriſtus, non in ſe
proficiebat,
Ejus virtutem, populus cum percipiebat.

DISTINCT. XIV.

Si anima Chriſti habuerit ſapientiam parem cum Deo: etſi omnia ſcit, quæ Deus ſcit, nec ne.

Hic quæri opus eſt, cum anima Chriſti, &c.

COncedas animam Chriſti, fore
cuncta ſcientem
Porro non ipſam concedas, omnipotentem.

Di-

Digitized by Google

DISTINCT. XV.

De omnibus defectibus, quos aſſumpſit Christus, in humana natura.

Illud quoque prætermittendum non eſt, &c.

DEfectus noſtros ſumpſit, qui conveniebant,
Et libertati noſtræ, tunc expediebant.
Triſtatur, timet, & turbatur, pars rationis
Infima: ſed numquam pars excellens rationis.
Paſſio, ſive dolor a Chriſto non removetur.
Cauſam ſeu meritum, tolli ſolum perhibetur,

DISTINCT. XVI.

An in Chriſto fuerit neceſſitas patiendi, vel moriendi, qui eſt defectus generalis.

Hic oritur quæſtio, &c.

SPonte neceſſe pati, ſibi Chriſtus conſociavit,
Quatuor ex ſtatibus aliquid ſibi conciliavit.

DISTINCT. XVII.

Si omnis Chriſti oratio, vel voluntas impleta ſit.

Poſt prædicta conſiderari oportet, &c.

IN Chriſto natura duplex ſi diſcutiatur.
Ex hoc velle duplex in Chriſto ſignificatur.
Diverſiſque modis volitum diverſificatur.

DISTINCT. XVIII.

Si Chriſtus meruerit ſibi & nobis: & quid ſibi, & quid nobis,

De merito etiam Chriſti prætermittendum, &c.

MOrte ſibi quidam Chriſtum dicunt meruiſſe.
A Non nu ſed mere meritorum proquo fuiſſe.
Non eſt plus anima Chriſti dicenda beata
Poſt mortem: ſed in hoc quod non tolerat tolerata.
Dicitur eſſe datum nomen, ſuper omne levatum,
Chriſto per mortem, quia tunc eſt notificatum.
Non natura dedit Chriſto, ſed gratia, vere
Quod nomen ſublime Dei potuiſſet habere.
Ipſe ſibi meruit, etiam ſi non pateretur.
Mortem ſuſtinuit, ut nobis vita daretur.
B Quamquam nos aliter ſalvare Deus potuiſſet:
Per Chriſtum decuit, ut regnum ſic patuiſſet

DISTINCT. XIX.

Hic quæritur qualiter a diabolo, & a peccato nos redemit per mortem.

Nunc ergo quæramus, quo modo per mortem, &c.

PEr mortem Chriſti, mundus tunc juſtificatur,
Intus dum per eam dilectio multiplicatur,
Atque fidem mortis ejus credens meditatur.
C Factus homo moritur, ut homo de morte trahatur.
Nil debens moritur, ut debitor eripiatur.
Ergo patet, quod homo per eum juſte redimatur.
Ipſe reformator pacis, verus mediator.
Nos enim David patrique reconciliavit.
Sed poſt baptiſmum, nos in vita ſequens maculavit.

DISTINCT. XX.

Quod alio modo potuit liberare hominem: & quare potius iſto.

Si vero quæritur, utrum alio modo poſſet Deus, &c.

VEre nos aliter ſalvare Deus potuiſſet,

Sed modus hic licuit, ut cunctis formа fuiſſet.
Cum fuit oblatus pius agnus, & immaculatus.
Seque dedit pretium pro cunctis ſufficienter,
Electis vere pretium fuit ſufficienter.
Et pater, & genitus, & Judas traditione
Chriſti, conveniunt, diſconveniunt ratione.

DISTINCT. XXI.

Si in Chriſto diviſio in morte fuit animæ, vel carnis, a verbo, vel amborum.

Poſt prædicta conſiderandum eſt, utrum in morte, &c.

EXpoſitus morti, diviſus nempe videtur
Exterius Chriſtus: unitus & intus habetur.
Spiritus a carne per mortem diſſociatur.
A Deitate tamen neutrum vere ſeparatur:
Cum caro mortalis, ſed non Deitas patiatur.

DISTINCT. XXII.

Si Chriſtus in morte fuit homo.

Hic quæritur, utrum in illo triduo mortis, &c.

UNitus verbo Chriſtus ſemper perhibetur.
Hinc quod homo fuit in triduo pleriſque videtur.
A multis aliter, recta ratione tenetur.
Chriſtus ubique fuit homo, ſi perſona notetur.
Sed ſi naturas diſtinguas, hoc reprobetur.
Sed ſi deſcendit de cœlo diſcutietur,

DISTINC. XXIII.

Si Chriſtus habuit fidem, ſpem, & charitatem.

Cum vero ſupra habitum ſit, Chriſtum plenum gratia, &c.

VIrtus, qua credis non viſa, fides habetur.
A Quo credis; vel quod, ſi diſcernas, variatur.
Credo Deo, credoque Deum, licet inveniatur.
Si non credis in hunc, vere totum nihilatur.
Formatamque fidem dilectio concomitatur.
Informis fiet, ſi dulcis amor retrahatur.
Ut Deus eſt unus, unum baptiſma probatur.
Una fides genere, qua creditur accipiatur.
Vera fides rebus non viſis appropriatur.
Primo fides veluti fundamentum ſituatur.
B Credere, ſperare præcedit, ſicut amare.
Ut tamen eſt virtus, neutrum poteris ſeparare.

DISTINCT. XXIV.

Quo modo intelligitur, quod ſcriptum eſt: Ut cum factum fuerit credatis: & de fidei objecto atque materia.

Hic quæritur, ſi fides tantum de non viſis eſt, &c.

THomas tangebat carnem, quam conſpiciebat.
Sed Deus interius in Chriſti carne latebat.
C In quem credebat, viſis inviſa videbat.
Sic etiam Petrus Chriſtum ſub carne latentem.
Credidit eſſe Deum, quem cernebat patientem,
Eſt ex auditu ſi percipis interiori,
Ipſa fides proprie, ſed non ex exteriori:
Quædam non credis ſine vivaci ratione,
Et quædam credas ſine certa cognitione.

Digitized by Google

DISTINCT. XXV.

De fide antiquorum.

Prædictis adiiciendum eſt de ſufficientia fi. &c.

ET præcedentes adventum, ſive ſequentes.
Non ſunt ſalvati, niſi puro ſanguine nati.
Chriſtum venturum, Chriſtum nec non moriturum
Inde reſurgentem, poſt in fine venientem
Credebant certe tunc implicite, vel aperte.
Qui. ſunt ſalvati pretioſo ſanguine nati
Chriſti. Baptiſta profecto non dubitavit:
Immo velut dubitans dubitantes certificavit.
In Chriſtum credis Corneli, ſed quia natum
Neſcis, per Petrum tibi ſit baptiſma relatum.
Virtutum radix, amor eſt, non evacuatur.
Speque fide, major, amor hac ratione vocatur.

DISTINCT. XXVI.

De ſpe quid ſit.

Eſt autem ſpes virtus, qua ſpiritualia & æterna, &c.

PEr ſpem ſperamus, quæ tunc bona deſideramus.
Eſſe futurarum rerum, ſpem credo bonarum.
Sitque fides rerum ſanctarum, ſive malarum.
Dictas virtutes nequaquam Chriſtus habebat.
Sicut nec ſancti, nam clare cuncta videbat.
Sanctis in limbo ſpes atque fides remanebat.

A

DISTINCT. XXVII.

De charitate, qua diligitur Deus, & proximus, quæ in Chriſto, vel etiam in nobis eſt.

Cum autem Chriſtus fidem, & ſpem non habuerit, &c.

CHriſtus ſincera fuit, & dilectio vera.
Primo Deus in ſe, poſt ipſam frater ametur.
Hic amor unus erat, ſed præceptum geminatur
In patria primum complete perficitur.
Ex motu duplici Deus, & poſt frater ametur.

B

DISTINCT. XXVIII.

Si illo præcepto jubemur, diligere totum proximum, & nos totos.

Hic quæri poteſt, utrum in illo mandato, &c.

ES tibi tu totus, & frater totus amandus.
Angelus obſequio, tibi proximus eſt, & amandus.
Spe convertendi naturæ conditione,
Proximus eſt, ſic obſequio cognaquetione.

C

DISTINCT. XXIX.

De ordine diligendi, quid prius, quid poſterius.

Poſt prædicta, de ordine charitatis, &c.

SUnt in amore gradus, ſi certe conſpiciatur.
Nam plus affinis, quam non affinis amatur,
Affectuque pari non omnes prorſus amamus.
Præmia cum cunctis, eadem pariter cupiamus.
Cum tamen id bravium, cunctis æque cupiamus.
Naturam, ſed non vitium, peccantis amemus.
Hic amor incipiet, creſcet, poſt perficiemus.

DI-

Digitized by Google

DISTINCT. XXX.

Si melius eſt diligere amicos, quam inimicos, & econverſo.

Hic ſolet quæri, quod patris ſit, &c.

EST magis intentus, in amicum, motus amoris.
Ex hoc talis amor, fertur meriti potioris.

DISTINCT. XXXI.

Si charitas ſemel habita amittatur.

Illud quoque non eſt prætereundum, &c.

NUnc perdi quit amor, in cælis perpetuatur.
Ipſa fides, & ſpes, in cælis evacuatur.
Ipſe modus, qui nunc ſcitur, tunc adnihilatur.
Electos ſolum ſicut ſe Chriſtus amavit.
Hic amor eſt patriæ, quem Chriſtus ſignificavit.

DISTINCT. XXXII.

De charitate Dei.

Præmiſſis adiiciendum eſt, de dilectione. &c.

NIl Deus odiſti rerum, quibus eſſe dediſti.
Prædilexiſti tamen illum quem genuiſti,
Hinc in amore patris, effectus & eſſe notatur.
Primum mutatur, reliquum numquam variatur.
Simpliciter Dominus, electos ſemper amavit.
Similiter reprobos odivit & reprobavit.

DISTINCT. XXXIII.

De quatuor virtutibus principalibus.

Poſt prædicta de quatuor virtutibus, &c.

PRudentes, ſobrii, juſti, forteſque vocantur.
A Virtutes cardinales, quos concomitantur.
Quæ non tollentur, ſed vere perficientur.
Harum mutantur uſus, non evacuantur.

DISTINCT. XXXIV.

De ſeptem donis Spiritus ſancti.

Nunc de ſeptem donis Spiritus ſancti.

IN patria dona ſeptem non evacuantur.
In Chriſto Jeſu, prædicta fuiſſe probantur.
Uſus quorumdam, ſi diſcernas, variantur.
B Nam patriæ more, revereris Chriſte timore.
Dat naturalem, ſolum natura timorem.
Hunc habuit Chriſtus mortis metuendo dolorem.
Ipſa libido parit, humanum nempe dolorem.
Et poſt mundanum, præ cunctis deteriorem,
Servilem, poſt initialem fiquelialem.
Gratia præſtabit, ipſam ſi quis triplicabit.

DISTINCT. XXXV.

Quo modo differant, ſapientia & ſcientia.

C *Poſt præmiſſa, diligenter conſiderandum eſt, &c.*

ÆTernum ſapiens mundana ſciens meditatur.
Aſt intellectus, animæ motus ſpeculatur.

DISTINCT. XXXVI

De connexione virtutum, quæ non ſeparantur.

Solet etiam quæri, utrum virtutes, &c.

VIrtutes ubi ſunt, omnes ſunt, atque pares ſunt.
Connexæ ſibi ſunt, tamen uſu diſſimiles ſunt.
A vitiis vere totum debes removere.

Cri.

Digitized by Google

Crimina dic vere nexu, paritate carere. A
Si præcepta Dei finaliter accipiuntur.
Omnia claudit amor, & ob ipſum præcipiuntur.

DISTINCT. XXXVII.

De decem præceptis, quo modo contineantur in duobus mandatis.

Sed jam diſtributio decalogi, quæ in duobus, &c.

SUnt præcepta decem, tria reſpiciunt Deitatem.
Sed ſeptem ſpectant, ad fratrum commoditatem.
Idola non ſunt, ſi formaliter accipiatur. B
Nam Deitas in eis non eſt, quod gens veneratur.
Exod. 11 & 12 Ægyptus per præceptum Dei ſpoliatur,
Hinc excuſatur plebs, nec furtum reputatur.
Ægyptus Domini juſſu, quoniam ſpoliatur.
Plebs excuſatur, furtum fore nec reputatur.

DISTINCT. XXXVIII.

De triplici genere mendacii.

Sciendum tamen tria eſſe genera, &c.

DElectant homines mendacia dicta jocoſa. G
Quæ proſunt, ſed non obſunt, dic officioſa.
Obſunt nec proſunt, mendacia pernicioſa.
Mortem poſtrema duo, perfectis operantur.
Prædictæ ſpecies, in plures ramificantur.
Exod. 1 Sunt obſtetrices mentitæ, cum pietate.
Cum propriæ vitæ ſervandæ ſollicitatæ.
Gen. 27 Myſterium Jacob excuſat: nam quod faciebat,
Et quod dicebat, hoc ſacrum Pneuma docebat.

DISTINCT. XXXIX.

An perjurium ſit, ubi non eſt mendacium.

Nunc de perjurio videamus, &c.

SI large ſumpta mendacia conſideremus:
Semper mentitur, quem perjurare videmus.
Si ſtricte ſumas, præconceſſum reprobemus:
Qui falſum dicet hunc perjurare ſciemus.
Et qui mentitur jurans, huic aſſociemus.
Compulſo pro re licita, jurare licebit.
Sic juramentum, quis acceptare valebit.
Si compellaris, verum jurare licebit.
Sic & jurare permittere quiſque valebit.
Si male juratur, juramentum nihilatur.
Nec juramento, jurans de jure ligatur.

DISTINCT. XL.

De ſexto, & ſeptimo præcepto ſecundæ tabulæ.

Sextum præceptum eſt, &c.

DIffert a veteri, nova lex: nam prima timoris
Eſt, ſed dulcoris extat nova lex, ſed amoris,
Præceptis & promiſſis differre probantur,
Et Sacramentis, ſi leges diſcutiantur.

LIBRI QUARTI

SENTENTIARUM

DISTINCTIO I.

De Sacramentis in generali.

Samaritanus enim vulnerato appropians, &c.

SAcrum ſignatum, ſacra ſignans ſive ſacratum.
Secretum, Sacramentum dic eſſe vocatum.

Signorum, quædam data, naturalia A
quædam.
Quædam ſigna data, ſunt Sacramenta vocata.
Ut meritum fidei creſcat, faſtuſque fugetur.
Otia ne regnent, ſunt Sacramenta ſtatuta.
Prima Sacramenta, nobis nova ſignificabant.
Et non ſalvabant, ſed circumciſio vere.
Vim baptiſmalem, tunc credebatur habere.
Ex verbis pariter, & rebus conficiuntur.
Erudiunt, reprimunt, exercent, hic ſtatuuntur.
Eſt circumciſus Abraham, proles ſociatur. B
Ut diſtinguatur, credat, placeat, redimatur.
Octavaque die præputia petra ſecabat.
Quæ petra Chriſtum venturum ſignificabat.
Ante dies octo, puerum ſi mors rapiebat,
Ipſa paterna fides prædicto ſufficiebat.
Lex naturalis pueris ſic ſubveniebat.
Per Domini cultus, tunc ſalvabatur adultus.

DISTINCT. II.

De Sacramentis novæ legis.

Jam ad Sacramenta nova legis accedamus, &c.

Baptizat, jungit, firmat, cibat, ordinat, ungit,
Pœnitet: hæc Chriſti, pia Sacramenta petiſti.
Totam virtutem ſumpſerunt de cruce Chriſti.
Devictis primis, quod lex non ſanctificavit,
Advenit Chriſtus, cruce mundum, qui reparavit.
In præcurſoris baptiſmate nulla dabatur
Gratia, qua propterea ſanctis poſt iteratur.
Cum baptizabat, venturum ſignificabat.

DISTINCT. III.

Quid ſit Baptiſma.

Poſt hæc videndum eſt, quid ſit Baptimus, &c.

Fit Sacramentum, cum tangit vox elementum.
Chriſti forma data, ſic ſemper mente notata.
Ne corrumpantur noſtri ſpecies caveatur.
Quæ ſi mutatur, certe totum nihilatur.
Etſi mutatur baptiſmus, nec reputatur.
Servabis breviter morem, mergens ſemel aut ter,
O pia mors Chriſti legalia tu tumulaſti.
Et portas cæli nobis ex tunc reſeraſti.

DISTINCT. IV.

Quod alii ſuſcipiunt Sacramentum & rem, alii Sacramentum, & non rem.

Hic dicendum, aliquos ſuſcipere, &c.

Subjectos fidei, cum re proteſtor habere.
Baptiſmum: fictos re prorſus dico carere,
C Paſſi pro Chriſto, lavacro, non re, caruere,
Cum baptizari contriti non potuere.
Qui baptizantur, Chriſtum veſtire probantur.
Sed juſti plene, ficti quoque non ita plene.
Sancti, qui lavacrum contingere non potuerunt,
Sanguine ſive fide, baptizari meruerunt.
Si quis mandatus, non eſt baptiſta paratus,
Per baptiſma datur, ut mundior efficiatur.
Virtus augetur, fomes multum reprimetur.

DI.

A

DISTINCT. V.

Quod Baptiſmus æque ſanctus eſt a bono, vel a malo datus.

Poſt hæc ſciendum eſt, Sacramentum Baptiſmi, &c.

Vita miniſtrorum quamquam vitiis maculetur,
Vis baptiſmalis, ex hoc non concutietur,
Si tamen intendas hæreſim, nil conficietur.
Nulli nempe datur, ut ſit baptiſmus in ejus
Nomine, ne Domini ſpes in ſervo ſtatuatur.
Ipſe Deus ſolus dimittit crimina vere,
Quamquam miniſterium clavis tu poſſis habere.

B

DISTINCT. VI.

Quibus liceat baptizare.

Nunc quibus liceat baptizare, &c.

A Quocumque datur baptiſmus, non iteratur.
Si tamen intendat, quod ab Eccleſia celebratur.
Presbyterum quæret, primo ſi poſſit habere.
Qui non eſt natus, non eſt profecto renatus.
Quiſquis non naſci potuit, nec poſſe renaſci.
Hier. 1 Luc. 1 Primo quam nati ſunt Hiere. Jo. ſanctificati,
Dic patrias ſanctas bene baptizare reprobaris.
Sed ſi diſcordet intentio, nil operaris
Si prorſus ludendo datur, tunc annihilatur.
Si tamen intendat dare ludens, non reprobatur.
Si baptizatur adoleſcens, ipſe loquatur.
Infans vel mutus patrini voce ligatur.
Hinc exorciſmi fiunt, poſt hos catechiſmi.
Hinc baptizatur infans, cum fonte lavatur.

C

DISTINCT. VII.

De Confirmatione.

Nunc de Sacramento Confirmationis,

PRæſul confirmat, dum frontem chriſmate firmat,
Quo confirmatur, ut Chriſtum confiteatur.
A majore datur, & gratia corroboratur.
Baptiſmo majus dicta ratione probatur.
Jejune detur: ſi edatur: non iteretur.

DISTINC. VIII.

De Sacramento Altaris, & Euchariſtiæ.

Poſt Sacramentum Baptiſmi, &c.

BAptiſmus mundat, æſtus reprimens vitiorum.
Euchariton ſolidans, reficit pia corda bonorum.
Euchariton bona gratia ſit, quam virgo Maria
Concepit, peperit, portavit, lacte cibavit.
Nanna figuravit, & Melchiſedech reſeravit. Exod. 16 Gen. 14
Agnus promebat, mare cum Baptiſta tegebat.
Poſt agnum typicum, datur agnus non maculatus. Exod. 12
Nam paſſo Chriſto, prior eſt agnus tumulatus,
Chriſtum ſumetis, jejuni, voſque paretis.
Formam ſignetis propriam, qua conficietis.
Chriſtus contenta res eſt, ac ſignificata.
Tantum ſignata, ſed non contenta; fideles:
Signa ſunt ſpecies, rem tamen dico fideles.
Ut corpus verum eſt Chriſti, res eſt ſpecierum.
Eccleſiæ dignum ſic credas hæc duo ſignum.

Digitized by Google

DISTINCT. IX.

De duobus modis manducandi.

Et ſicut duæ ſunt res illius Sacramenti, &c.

SUmere crede malos corpus Chriſti pretioſum.
Hiſque ſalutiferum non eſt, ſed pernicioſum,
Digne ſumentes, ſunt fructum percipientes,
Spiritualiter hi, ſacramentaliter illi.
Eſt ſacramentalis modus unus, ſpiritualis
Eſt melior, ſine quo præſumens ſumere pecco,

DISTINCT. X.

De hæreſi aliorum, qui dicunt corpus Chriſti non eſſe in altari, niſi in ſigno.

Sunt item alii præcedentium inſaniam, &c.

A Cœlis corpus Chriſti, numquam ſeparatur,
In terris quamquam ſit. Nam Deus hoc operatur,
Quod ſimul, hic & ibi, Jeſus integer inveniatur,
Panis mutatur in eum, non hic variatur,
Et quod ſit totum, ſpecie ſub utraque ſciatur.

DISTINCT. XI.

De modo converſionis.

Si autem quæratur, qualis ſit illa converſio, &c.

TOtus, & in totum tranſit, ſpecies removere.
Debes, & Chriſtum ſub eiſdem crede latere.
Panis mutatur in eum, non adnihilatur.
Sumitur occulte Chriſtus, ne ſit tibi ſtulte
Horror, ſeu riſus, ſitque lucroſa fides.
Ne reprehendaris, horreſcas, ſed merearis;
A Credens Ipſe Jeſum, ſub velo ſumis in eſum
Vino dic animam, ſed corpus pane vocari.
Hac duplici ſpecie dic nobis ſignificari,
Totam naturam noſtram Chriſto reparari:
Quam vere ſumpſit ſibi, nec debet dubitari.
Vino jungatur aqua, qua plebs ſignificatur.
Si non addatur, conſtat quod conficiatur,
Sed qui ſacrificat, hinc dire corripiatur,
Panis triticeus & vinum ſacrificantur.
Omnia nullantur, hæ ſi ſpecies variantur,
B Panem triticeum, cum vino ſacrificabis.
Fruſtra libabis, ſpecies has ſi variabis.

DISTINCT. XII.

Ubi illa accidentia fundentur.

Si autem quæritur, de accidentibus, &c.

DIc ſpecies vere, ſine ſubjecto manere,
Ipſæ franguntur, tricantur, & aſpiciuntur.
Chriſtus velatur in eis, ut homo mereatur,
Ambulat in terris Chriſtus, ſurgit, tumulatur.
Hoſtia partita, docet hoc ſi diſcutiatur,
C Pugnant, purgantur, alii jam glorificantur,
Et per tres partes diviſas ſignificantur.
Ut te mundabis frater, ſic participabis.

DISTINCT. XIII.

Si hæretici, vel excommunicati hoc Sacramentum conficiant.

Solet etiam quæri, utrum pravi ſacerdotes, &c.

SI bene ſervetur intentio, forma, poteſtas,
Conficit hæreticus, præciſus non removetur.
Si quis conatur perverſum dogma tueri,
Et quod ab Eccleſia novit prorſus prohiberi,

Hic

Digitized by Google

Hic hæreſis ſ autor debet de jure caveri,
Dicitur hinc hæreſis doctrina falſa poeſis.

DISTINC. XIV.

De Pœnitentia.

Poſt hæc de Pœnitentia agendum eſt, &c.

POſt lapſum primam tabulam Baptiſma vocamus,
Cum cadimus reliquam capimus, ſi pœniteamus.
Pœna reſumetur, Baptiſmus non iteretur,
Pœna Sacramentum, necnon virtus referatur.
Porro baptiſmus; virtus non eſſe probatur.
Crimina deflere, poſt committenda cavere,
Signabit vere deplangere, pœque nitere,
Verum qui flebit, ſed poſt peccare placebit,
Diſſimulat vere, vel neſcit pœquenitere,
Ut te peccante rurſus reus es velut ante,
Sicut deflebis, bona perdita rurſus habebis.
Hæc bona ſunt vere, quæ primo viva fuere.
Quorumdam more ſolemnis non iteratur.
In multis tamen Eccleſiis hoc adnihilatur.
Quandocumque dolet peccator ſuſcipiatur.
Ut patet in David, ſemper Dominus miſeratur.

DISTINCT. XV.

Quod pluribus irretitus peccatis, non poteſt de uno pœnitere vere, niſi, & de omnibus pœniteat.

Et ſicut ſupradictis auctoritatibus, &c.

UNum deleri nequit, ac aliud retineri.
Mortis peccatum teneas ſic eſſe probatum.
A Utque flagelleris, purgeris, ſive proberis,
Aut conſerveris; pœnam Domini patieris.
Nec non pœna datur, qua Chriſtus glorificatur.
Conſule, caſtiga, ſolare, fer, ora, remitte,
Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.
Interius mundet eleemoſyna ſpiritualis.
Ad vitam, ſine qua, tibi nil prodeſt manualis.
Bis non punitur, qui pœna ſufficienti,
Hic in præſenti bene correctus reperitur.
B Quæ bona mortua ſunt ad vitam nil tibi proſunt.
Nil ex condigno, ſed congruitate meretur,
Si quis ſecluſus, ab amoris laude probetur.

DISTINCT. XVI.

De tribus, quæ in pœnitentia conſideranda ſunt.

In perfectione autem Pœnitentiæ tria ſunt, &c.

CRimen deletur, ſi cor, manus, os comitetur.
Iſtis peccamus, ipſiſque ſacrificamus.
C Hunc de peccatis perfecte credo dolere,
Qui fructus dignos faciens, vult ſponte carere.
Officiis, quæ vix ſine culpa quit retinere.
Pœna reor ſancte poſt baptiſmum fit & ante,
Crebra medela datur, per quam veniale lavatur.

DISTINCT. XVII. & XVIII.

Tria proponuntur quærenda primum an ſine confeſſione dimittatur peccatum.

Hic oritur quæſtio multiplex, &c.

CLaves carnales non ſunt, ſed ſpirituales.

Pri.

Prima poteſtatis tenet arcem nobilitatis.
Officium reliquæ diſcernendum tribuatis.
His non utetur, quiſquis præciſus habetur.
Incurrens hæreſim damnatam connumeretur,
Nec non aſtrictus anathemate conſocietur.
Abſolvit ſummus culpam, pœnam removendo.
Presbyter abſolvit, hoc Eccleſiæ referendo.
Nec non abſolvit, de pœna quid minuendo,
Si diſponatur is, qui ſibi confiteatur:
Si quis ſtringatur, anathemate nempe ligatur.
Quiſquis labitur in peccatum tenebratur.
Luceque privatur, cum gratia grata crabatur,

DISTINCT. XIX.

Quando hæ claves dantur, & quibus.

Poſtquam oſtenſum eſt, quæ ſunt claves, &c.

CUm ſacer ordo datur, hunc clavis concomitatur.
Pravos presbyteros claves tibi conſtet habere.
Recto judicio multos decerno carere,
Clavibus utetur digne, qui juſta ſequetur
Petri, viventes ſancte, legemque tenentes,
In quibus eſt Chriſtus plene benedicere tales
Presbyteri poſſunt, quoniam ſunt ſpirituales.
Pravus ſpe lucri pravos homines benedicit.
Malac. 2 Hinc Propheta refert, quod eis Dominus maledicit.

DISTINCT. XX.

De his, qui in fine pœnitent.

Sciendum eſt etiam, quod tempus pœniten. &c.

HUic indulgebit, fons immenſus pietatis.
A Qui de peccatis ſaltem moriendo dolebit.
Quæ non perfecte vivens peccata lavabit,
Ignis purgabit, & ſic ad regna volabit.
Si lamenteris faciens velut ipſe mereris,
De te vindictam, poſt mortem nil patieris.
Pœnam vi juris non impones morituris,
Præſulis aſſenſu, viduam dic poſſe ſacrare.
Tantum presbyterum, ſic quoſdam conciliare.
Si ſubito juſtus inconfeſſus moriatur.
B Secure talis oblatio ſuſcipiatur.
Quiſquis in articulo veniam non deſpiciatur.

DISTINCT. XXI.

De peccatis, quæ poſt hanc vitam dimittuntur.

Solet etiam quæri, utrum poſt hanc vitam, &c.

COnſtat, poſt mortem venialia ſæpe remitti,
Et ſic admitti, promiſſam viſere fortem;
In ſtipula, ligno, fœno, venialia ſigno.
Pro gravibus culpis, confeſſio ſit ſpecialis.
C Oblitas, culpaſque leves delet generalis,
Crimina vel ſaltem ſemel uni confitearis.
Te ſic accuſes, ne mendax inveniaris.
Deponi debet, ut juris regula præbet,
Quiſquis non celat, immo confeſſa revelat.
Paſtor vitetur proprius ſi prorſus habetur
Inſcius, aut hæreſis ſectam ſentire probetur,
Nec non vitatur, anathemate quando ligatur.
Non alias debet vitari, jus ita præbet.

DI-

DISTINCT. XXII.

Si peccata dimiſſa redeant.

Cumque multis auctoritatibus ſupra ſit, &c.

QUæ jam deleta primo peccata fuerunt.
Non iterum redeunt, hoc plures non tenuerunt.
In culpam rediens, ingratus quippe probatur,
Hinc reus, ut primo dicta ratione putatur,
Ut dolor exterior, pro ſigno prorſus habetur.
Sic dolor interior pro ſigno reque tenetur.
Tantum res, horum dimiſſio fit vitiorum.

DISTINCT. XXIII.

De Sacramento unctionis extremæ.

Præter præmiſſa, eſt etiam aliud Sacramentum, &c.

ÆGer inungatur oleo, quod ſanctificatur,
Pontificis dextra, tamen unctio ſic triplicatur,
In baptiſmalem, *finalem*, pontificalem,
Unctio mundabit animam, morbum removebit.
Si ſummus Phyſicus hoc neceſſe videbit,
Intus res, ſignum foris, unctio quit replicari,
Quam ſi contemnas in damnum dic reputari.
Et Sacramenta quædam poterunt iterari.
Qui poſt uxorem primam ſibi poſteriorem,
Ducit, non debet benedici, jus ita præbet.

DISTINCT. XXIV.

De Ordinibus eccleſiaſticis, quot ſint.

Nunc ad conſiderationem, ſacræ ordina, &c.

SEptem ſacrorum, ſpecies ſunt officiorum,
A Hi gradibus ſeptem digne Domino famulantur,
Qui ſeptem donis ſeptemplicitar decorantur.
Clericus a cleros, ſortitus ſorte vocatur.
Atque coronatur, quia regere ſe teneatur.
Ac alios veluti rex, regere regna probatur.
Oſtia ſervabit primus de jure miniſter.
Eiicienſque malos, dignis templum reſerabit.
Hæc Dominus fecit, cum vendentes & ementes Joan. 2
De templo jecit, templum minime reverentes.
B Lectores legere debent, populumque monere,
Doctor doctorum, legit turbæ ſeniorum.
Inviſos hoſtes, bonus Exorciſta fugabit,
Quos adjurabit, ſic obſeſſos relevabit.
Ferre ſed Acolyti debent candelabra niti.
Levitis Sublevitæ ſervire parentur.
Siſtere presbyteris Levitæ, ſicque jubentur.
In ſacris dandis ipſoſque juvare tenentur.
Levitæ debent Evangelium recitare.
Presbyteri ſoli, debent oblata ſacrare.
Dicta myſteria dudum ſunt ſignificata,
C Per Jeſum Chriſtum, ſunt nobis corroborata.
Inde per Eccleſiam diſtincte ſunt celebrata.
Eſt ordo, quædam promotio magna honorum.
Sed tantum ſacri tres ſunt nihilominus horum.
Officii nomen dignum ſit. Pontificatus,
Ordo Pontificum ſignetur quadruplicatus.
Cantor dicatur in cantu, qui moderatur.
Voce: Sed Miſſa ſonat ad Deum quaſi miſſa.

DISTINCT. XXV.

De ordinatis ab hæreticis.

Solet etiam quæri, ſi hæretici ab Eccleſia, &c.

QUi depravantur hæreſi, vel ab Eccleſia reſecantur,
Poſſunt ſacra dare, ſacros necnon celebrare.
Verum lucroſe non dant, ſed pernicioſe.
Cumque ſemel dentur, nequaquam poſt iterentur,
Multi vendentes cum Simone ſunt & ementes,
Sacramentales res vere ſpirituales.
Talis ab officio ſuſcepto jure ligatur,
Quiſquis in ordinibus cum Simone ſimoniatur.
Si diſpenſatur cum tali tunc revocatur.
Ætatem licitam, qua quiſquis promoveatur,
Canon declarat, niſi vita magis mereatur.

DISTINCT. XXVI.

De Sacramento conjugii, cujus inſtitutio, & cauſa oſtenditur.

Cum alia Sacramenta poſt peccatum, &c.

INſtituit prius, ut decuit, pius ille creator,
Conjugium, ſed in officium: nunc eſt mediator,
Tunc præceptive, connubia ſacra dabantur,
Aſt indultive, nunc a nobis celebrantur.
Nunc indulgetur, ut fœda libido ligetur.
Nunc indulgentur, conceduntur, tolerantur,
Quod bona ſint Chriſti pia dogmata teſtificantur.
Eccleſiæ Chriſti conjunctus ſignificatur.
Sacro conjugio, res hinc ſacrata vocatur,
Id figuratur plene, ſi plene ſequatur.
Unio carnalis, nec non & ſpiritualis.

A Uxorem Joſeph, Mariam crede fuiſſe,
Non tamen hanc carnis conſenſum dic habuiſſe.

DISTINCT. XXVII.

Quæ ſunt conſideranda in conjugio.

Poſt hæc advertendum eſt, quid ſit conjugium, &c.

QUique ſemel per conjugium legale ligantur,
Non niſi per caſus certos licite ſeparantur:
Si clauſtrum petere, conſenſerit alter eorum,
Non poterit, niſi conveniat, conſenſus utrorum.
B Conjugium faciens, eſt acceptatio præſens,
Si ſit verborum conſenſus, ut eſt animorum.
Quamquam poſt actum, numquam veniatur ad actum,
Sponſus dicetur, tantum ſpondendi futurus,
Si hunc ſpondetur, ſponſus conjuxque vocetur.
Qui cuiquam de præſenti, per verba ligatur,
Et hinc cum reliqua, ſi contrahat adnihilatur.
Inter eos quamvis, carnalis culpa ſequatur,
Primum conjugium ſic ſemper fortificatur.

C

DISTINCT. XXVIII.

Si conſenſus de futuro cum juramento faciat conjugium.

Hic quæri debet, utrum conſenſus de futuro, &c.

QUamquam jurando firmant jus verba futuri,
Poſt reſilire potes, ſed peccas hoc violando.
Contrahe clam, vere contractum crede manere;
Sed nequit Eccleſia, ſi diſcedat prohibere.
Cum deſint teſtes, quibus hoc poſſit cohibere.
Conſenſus conjugalis, contracta valere

Cogit

Cogit conjugia, carnalis non ita vere.

DISTINCT. XXIX.

Quod non eſt conſenſus legitimus, ubi eſt coactio.

Oportet autem conſenſum conjugalem liberum, &c.

SI quis cogatur nec conſenſus tribuatur;
Conjugium tale fruſtratur, & annihilatur.
Si poſt convivat, tunc conſentire probatur.

DISTINCT. XXX.

De errore, qui evacuat conſenſum.

Nec ſolum coactio impedit, vel excludit, &c.

ERror fortunæ, velut error, quaque litatis.
Conjugium numquam dirimunt, ſic eſſe ſciatis.
Virgo Joſeph vere nupſit: ſed uterque manere,
Virgo cenſebat, ut ſacrum Pneuma monebat
Cura gignendæ prolis, necnon fugiendæ
Luxuriæ, licite ſunt uxores adhibendæ.
Cauſæ non æque ſpecies ſunt, divitiæque.
Joſeph virgo datur, ut eo virgo foveatur,
Et ne ſuſpecta, virgo clemens habeatur;
Myſteriumque ſacrum quaſi ſignatum teneatur.

DISTINCT. XXXI.

De tribus bonis conjugii.

Poſt hoc de bonis conjugii, quæ ſunt, &c.

Aug. l. 9 de Gen. ad lit. c. 7 t. 3 PRoles atque fides, ſacramentumque notentur,
Quæ tria conjugii bona ſunt, duo ſæpe moventur.
Poſtremo latum ſemper manet inviolatum.

A Etſi qui ſteriles ſeſe reddunt ſtudioſe,
Non hoc conjugium proprie voco, ſed vitioſe.
Ex quo formatur fœtus, necnon animatur.
Quo procreatur ſibi mors, homicida vocatur.
Si non ardore coeas, ſed prolis amore,
Debita ſeu dederis, non peccas immo mereris.
Eſt tamen in coitu mala delectatio vere,
Idque malo culpæ, non pœnæ credo carere.

DISTINCT. XXXII.

De ſolutione carnalis debiti.

B *Sciendum etiam eſt, quia cum omnibus, &c.*

VIr mulierque pares ſunt juris redditione.
In cunctis aliis eſt vir caput ex ratione.
Si contradicat in voto vir mulieri
Sive viro mulier pro nullo debet haberi.
Ad jus reddendum dicas utrumque teneri.
Concedente viro, ſi conjux polliceatur,
Hinc habitum mutet, votum numquam revocatur.
Si vir concedat uxori poſſe vovere;
Ac habitum mutet, poſt non poterit prohibere.
C Menſtrua quando fluunt reddi tibi jura, ſcienter
Si petis, offendis; porro jus redde dolenter.
Præcipuis feſtis offendas jura petendo.
Sed non reddendo, ſi reddis mente dolendo.
In feſtis petere jus nulli credo licere,
Hos jus diſiungit, quos Septuageſima jungit.

DISTINCT. XXXIII.

De diverſis legibus conjugii.

Quæritur hic de antiquis patribus, &c.

PLures uxores patres habuere priores.

Nec delinquebant, cauſa prolis faciebant. A
Sunt idcirco pares, Abraham vir, virgo Joannes.
Integritas mentis carnis præit integritatem.
Conjugium patrum, præcellit virginitatem,
Si diſtinguantur leges, quibus hæc variantur.
Gen. 19 Non Loth, ſed natæ mortem ſibi ſunt operatæ.

DISTINCT. XXXIV.

De perſonis legitimis.

Nunc ſupereſt attendere, &c.

VOtum, jus, crimen, cum cultus diſparitate.
Error, conditio, triplici cum proximitate.
Ordo, ligamentum, coeundi præpedimentum.
Hæc ſocianda negant connubia, juncta religant.
Actu non habitu, ſi quemquam concomitatur.
Nubentem furia: contractus hic annihilatur.
Conjugium macula membrorum non ſeparatur.
Uxoris propriæ ſoror a te ſi violatur,
Hæc non privatur proprio quin jure fruatur.
Quærere non poteris, ſed reddere jura teneris.
Nubere non poteris, uxor quit, ſi morieris.

DISTINCT. XXXV.

Eodem jure utitur vir, & mulier.

Hoc etiam notandum, quod Dominus, &c.

SI vir mœchatur conjuxque virum comitatur.
Peccant lege pari, nequeunt ideo ſeparari.
Qui non mœchatur, ſi vult licite ſegregatur;
Sed redeat, vel contineat quiſquis ſeparatur.
Quæ non a ſcelere ceſſat, noli retinere.
A non mœchante mœchus poterit revocari,
Poſſunt, quando volunt ſic diſjuncti ſociari.
Pontificis nutu divortia dic celebrari.
Seu vivente viro ſe mœcho mœcha vovebit.
Sive viri proprii mortem pro poſſe movebit,
Nubere nequaquam mœcho prædicta valebit,
Hanc legem pariter cum mœcha mœchus habebit.

DISTINCT. XXXVI.

B Si pro extrema conditione valeat vir ſeparari ab uxore, & econverſo.

Nunc de conditione, videamus, &c.

SI ſervæ nubas deceptus conditione,
Et reſilire velis, poteris juris ratione.
Unius ſervæ ſi ſervus nubit alius.
Conjugium cum ſervitio per ſtabit utrius.
Cum ſit conjugium ſervorum ſæpe duorum,
Conjugium ſtabit cum ſervitio Dominorum.
Qui ſe ſervificat, ut conjugium dirimatur,
Nec facit uxorem ſervam; nec ab hac ſeparatur.
Certum tempus habent ſponſalia, conjugiumque.
C Quod niſi ſervetur, revocari poſſet utrumque.

DISTINCT. XXXVII.

In quo ordine nequeat fieri conjugium.

Sunt igitur quidam ordines, in quibus, &c.

IMpedit ordo ſacer connubia, juncta retractat,
Non aliam ducet uxorem, qui ſibi mactat.

DI-

Digitized by Google

DISTINCT. XXXVIII.

De voto.

Nunc de voto inſpiciamus, &c.

Conjugium voto privato præpedie-
tur.
Sed per ſolemne jam contractum di-
rimetur.
Si mulier nubit, redit, & vir qui
perhibetur.
Mortuus, uxor ad hunc rediens rea non
reputetur.

DISTINCT. XXXIX.

De diſpari cultu.

*Poſt hæc de diſpari cultu, videndum
eſt, &c.*

Diſparium cultu nunc conjugium
dirimetur.
A blaſphemante, non blaſphemans
ſeparetur.
Alterius fidei licite quicumque ligan-
tur,
Legitime tales tunc contraxiſſe pro-
bantur,
Converſo reliquo ſimul hi, potuere
morari:
Quando ruina patet, converſus quit
ſeparari.

DISTINCT. XL.

De cognatione, & prius de carnali.

*Nunc ſupereſt de cognatione aliquid,
&c.*

Si diſtinguatur cognatio, ſic gemi-
natur,
Quædam carnalis eſt, altera ſpiri-
tualis,
Nubere non poteris conſanguineæ
mulieri.
Ante gradum quartum conſtet tibi
ſic prohiberi,
Ante gradum quartum conſanguineæ
ſociari,
Non licet, affinis hac debet lege li-
gari.

DISTINCT. XLI.

De affinitatis gradibus.

Nunc de affinitate videndum eſt, &c.

Affines ſunt carnali proximitate.
Adnumereſque gradus velut in
conſanguinitate.
Si prajit impediet, & conjugium ma-
leſiet.
Fornicor eſt propriæ meretricis, vel
viduarum.
Stuprum virginis, inceſtus conſan-
guinearum,
Sed fit adulterium nuptarum peſtife-
rarum,

DISTINCT. XLII.

De ſpirituali cognatione.

*De parentalium graduum famoſa quæ-
ſtione, &c.*

Quiſquis de fonte natum levat,
ut ſeparetur,
Pœna plectetur, nec conjugium
dirimetur.
Ducere commatrem, vel natas ſpi-
rituales
Nemo poteſt: ſi fit, debes diſiunge-
re tales.
Nati carnales non ducent ſpirituales.
Vir nequit uxoris commatri conſo-
ciari.
Non a conjugibus debet quis fonte
levari.
Conjugium ſæpe licite poterit cele-
brari,
Et ſacra conjugia licite poſſunt ite-
rari.

DISTINCT. XLIII.

De reſurrectione, & judicii condi-
tione.

Poſtremo de conditione reſurrectionis, &c.

Voce jubente Dei ſurgent, qui
tunc morientur,
Et jam defuncti: cunctorum facta
ſcientur.
Quod de nocte Jeſus ſit venturus,
perhibetur.
Aut inſperatum tempus ſub nocte
notetur.
Vel ſubitum tempus per noctem ſi-
gnificetur.

DISTINCT. XLIV.

De ætate & ſtatura reſurgentium.

Solent autem nonnulli, &c.

Ætatem Chriſti juvenilem ſu-
ſcipiemus,

Digitized by Google

Quando reſurgemus ; ſed ſtaturam variemus.
Nil de materia carnis cujuſque peribit,
Nam de pulveribus diſperſis tota redibit.
Nil deforme bonis inerit, ſed perficietur.
Quod deforme fuit, hoc pravis non tribuetur.
Corporeis flammis, ſemper reus afficietur ;
Nec conſumetur, & dæmon in his patietur :
Sentiet has anima, quod eis ſine fine, cremetur.
Sicut abortiva, quæ primo viva fuere,
Surgent complete, ſic, de monſtris puto vere.

DISTINCT. XLV.

De diverſis animarum receptaculis poſt mortem.

Præterea ſciendum, quod omnes animæ, &c.

GLoria, ſeu pœna, duplex locus eſt animarum,
Sumptis corporibus, augetur pœna malorum :
Illis proficiunt ſuffragia, qui meruerunt,
His quoque plus profunt, qui plus meritis viguerunt.
Si communia ſint ſpecialia plus valuerunt,
Illis pro quibus hic ſuffragia facta fuerunt :
Orant pro nobis ſancti, bona noſtra volendo,
Atque preces noſtras, ſummo Domino referendo.

DISTINCT. XLVI.

Si valde malis aliqua detur mitigatio pœnæ.

Sed quæritur hic, de valde malis, utrum, &c.

NUlli damnato, ſalvando Deus miſeretur.
Eſt miſerans, quoniam non punit, ut ipſe meretur.
Eſt judex juſtus Deus, & miſerans A miſeretur.
Actus, ſed non res, in eo diverſificatur,
Ipſum juſtitia, nec non pietas comitatur.

DISTINCT. XLVII.

De ſententia judicii.

Solet etiam quæri, qualiter dabitur, &c.

UTrum judicii ſententia, voce feratur,
Aut ipſam dictet ſibi conſcia mens, dubitatur.
Sed quod vocalis erit, a multis reputatur.
B Judex Chriſtus erit, per quem decreta ferentur.
Aſſiſtent Chriſto, qui Chriſti juſſa ſequentur,
Cuncta relinquentes, ut Chriſtum teſtificentur.
Ordine quadruplici, cuncti tunc inſtituentur,
Duplex ſanctorum, duplex erit & reproborum.
Angelicus chorus trahit ad pœnam ſceleratos,
Colliget electos ducens ad ſumma beatos.
Ignis præcedens, electos purificabit :
Et poſt judicium mundi faciem renovabit,
Demum damnatos, divina lege cremabit.
C Tunc prælatus erit, Deus unus & evacuabit
Prælatos alios, cum ſanctos glorificabit.

DISTINCT. XLVIII.

De forma judicis.

Solet etiam quæri, in qua forma Chriſtus, &c.

CHriſtus homo cunctis parebit glorificatus.
Stigmata reſpiciet tam juſtus, quam ſceleratus.
Si quæras, cur Chriſtus homo potius perhibetur
Judex ? ſit ratio, quod ab omnibus inſpicietur,

Quod

Digitized by Google

Quod de divina natura non refere- A
tur.
Quod Jeſus in Joſaphat, plerifquevidetur.
Aere vel terra ſi judicium celebretur:
Et quod portetur ibi crux tunc conſpicietur:
Sed quod in aere ſit magis ex ratione tenetur.
Sed, ſtellæ, luna tunc eclipſim patientur.
Sed poſt judicium majore luce fruentur.
Angelici chori, mirantes hoc reverentur.
Cæli fulgebunt, & motus lege carebunt,
Cuncta quietata perſiſtent, & renovata.
B
Sed meliorata vita veniente beata.

DISTINCT. XLIX.

De differentia manſionum in cælo, & in inferno.

Poſt reſurrectionem vero, facto univerſa, &c.

Hieruſalem cives fiunt in fine beati.
Inferni cives damnati, ſive reprobati:
Illi gaudebunt, iſti ſine fine dolebunt.
In donis, pœniſque gradus diſtanter habebunt.
Scitur & appetitur a cunctis vita beata.
Eſurit hic anima, ſed habens hanc ſit ſatiata.
C
Nam bene vult, & habet quod vult jam glorificata;
Non omnes æque, cognoſcent ſive fruentur.
Una tamen merces eſt, quam mirando tuentur.
Aſt extenſive gaudentes æquiparantur.
Sic cum corporibus, animæ plus glorificantur:
Corpus carnale ſurget tunc ſpirituale.

DISTINCT. L.

Si mali inferno peccabunt.

Hic oritur quæſtio, ex præmiſſis ducens, &c.

Nil in damnatis, perverſum velle meretur,
Nam meriti tempus nunc eſt, ſed tunc removetur
Per tenebras illa privatio plena notetur
Æternæ lucis, quam perpetuo patientur.
Noſcere damnati poterunt, hic ſi quid agatur,
Conjecturando, vel ſi ſibi ſignificatur.
Nec non dilectis damnatus compatietur.
Exemplum præſens in divite ſuſcipietur:
Ne ſanctos videant, poſt judicium removetur,
Semper erunt ſancti damnatos inſpicientes,
Ex hoc gaudentes, niſi ipſi compatientes.

Plaſmator rerum, lumen de lumine verum.
Da veniam ſcelerum, cernam ſpeciem ſpecierum.
Laus ſanctorum, flos florum, ſpes miſerorum,
O lux cæcorum, dux morum, ſtella polorum.
Tu pia, tu venia, via gloria, virgo Maria,
Voto ſincero te deſidero, volo, quæro.
O contemplator crucis, & pacis reparator,
Legis zelator, & paupertatis amator,
Sic dilexiſti ferventer vulnera Chriſti,
Stigmatibus Chriſti ſignari, quod meruiſti,
Hinc rogo me ſigna Franciſce per hæc tua ſigna.
Amen.

S. BONAVENTURÆ S. R. E. CARDINALIS EPISCOPI ALBANENSIS,

DE TRIBUS TERNARIIS PECCATORUM INFAMIBUS.

Opuſculum hoc de tribus ternariis peccatorum infamibus mutilum & imperfectum eſt: id quod Lector facile intelligere poteſt. Nam cum S. Bonaventura ſermonem inſtituat de tribus peccatorum ternariis: quorum primus eſt de originali, mortali, & veniali peccato: ſecundus de peccato cordis, oris, & operis: tertius de concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: primum tantum ternarium explicando proſequitur, reliqui vero duo neque in impreſſis, neque in M. S. codicibus reperiuntur. Illud autem quidquid ex hoc Opuſculo reſidui eſt, de omni peccatorum conditione doctrinam valde utilem continet. Si quis vero materiam hanc copioſius ad Auctore explicatam deſiderat, legat eumdem lib. 2 Sententiarum diſt. 35 & 36 Breviloqu. p. 3 per tot. Centiloq. p. 1 per tot. Pharet. lib. 2 cap. 5 Ubi multa de peccato Sanctorum Patrum Sententiæ conjunguntur. Diæt. Salut. tit. 1 & multis aliis locis.

CAPITA HUJUS OPUSCULI.

Quod tres ſunt ternarii peccatorum infames; & de primo ternario in genere. Cap. I.
De peccato originali, & de quadruplici ejus diſtinctione ab aliis peccatis. Cap. II.
Quid ſit peccatum originale, & de ejus effectibus. Cap. III.
De Mortali peccato, & ejus effectibus. Cap. IV.
De Venialis peccati eſſentia, efficacia, ſufficientia, & indulgentia. Cap. V.
De radice peccatorum, quæ eſt amor ſui. Cap. VI.
Quare homo ſolus ex inferioribus creaturis poſſit peccare. Cap. VII.
Quare peccatum non vitatur, niſi prius cognoſcatur. Cap. VIII.

CAPUT I.

Quod tres ſunt ternarii peccatorum infames, & de primo ternario in genere.

Tres peccatorum generales diviſiones.

TRes ſunt ternarii peccatorum infames. In primo eſt peccatum originale, mortale, & veniale, ad quæ omnia alia peccata reducuntur. In ſecundo eſt peccatum cordis, oris, & operis: & his tribus modis omnia peccata committuntur. In tertio eſt concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: & ab his tribus omnia peccata oriuntur. Quantum autem ad primum nota, quod illa tria poſſunt diſtingui ſecundum naturam corporalis infirmitatis. Eſt enim quædam infirmitas, quæ cum natura producitur, ſicut podagra. Eſt quædam per quam tota vita deſtruitur, ſicut febris continua. Et eſt quædam per quam natura debilitatur, ſicut febris diſcraſia. Secundum hunc modum, iſta tria pecca-

iſta diſtinguuntur. Nam peccatum A originale eſt illud, quod cum natura traducitur. Et ideo dicitur: Omnes naſcimur filii iræ. Peccatum mortale eſt illud per quod tota vita ſpiritualis deſtruitur, vel conſumitur. De quo dicitur: Anima quæ peccaverit, ipſa morietur. Peccatum veniale eſt illud, per quod natura debilitatur. Et iſta duo ſic differunt. Nam peccatum veniale eſt in anima ſicut punctura pulicis in corpore, quæ modicum lædit: ſed peccatum mortale eſt in anima, ſicut morſus ſerpentis in corpore, qui veneno hominem interficit. Vel aliter poteſt patere ſub tali exemplo. Peccatum mortale opponitur charitati, ſed veniale opponitur fervori charitatis. Unde ſicut homo quando proiicit in ollam ferventem modicum aquæ frigidæ, impedit fervorem, ſed non tollit caliditatem: ita peccatum veniale impedit fervorem charitatis, quia ex hoc efficitur homo tepidus: ſed non tollit charitatem, quia compatiuntur ſe ad invicem in eodem ſubiecto. Sed mortale deſtruit totum, ſicut ſi homo proiiceret in ollam ferventem aquam frigidam in maxima copia, & fervorem impediret, & caliditatem extingueret. Sic ergo differunt mortale, & veniale.

Eph. 2
Ezech. 18
Peccatum veniale & mortale quo modo differant.

CAPUT II.

De peccato originali, & de quadruplici ejus diſtinctione ab aliis peccatis.

Circa originale nota, quod ab aliis in quatuor diſtinguitur, quia habet unitatem, communitatem, æqualitatem, & differentem qualitatem. Primo unitatem habet, quia eſt unum in omnibus. Nam in uno homine, eſt unum numero: in omnibus eſt unum proportione reſpectu ad unum principium. Alia autem peccata ſunt varia & diverſa. Quod autem peccatum originale ſit unum, patet ex ipſa natura cum qua traducitur: quia ſicut humana natura eſt una, ita infectio naturæ eſt una. Et hoc poteſt patere multis exemplis. Videmus enim quod arbor unius naturæ multa folia habet, & tamen omnia folia eamdem figuram habent. Et arbor una multos fructus producit, qui ſimilem ſaporem habent: ſimile eſt in propoſito, quia ab uno homine omnes homines producuntur. Et quia ipſe primus homo peccatum originale commiſit, ideo in omnes poſteros tranſmiſit. Ideo dicitur: Sicut per unum hominem peccatum intravit in hunc mundum.

Peccatum originale qualiter ab aliis differat.
Rom. 5

Secundo habet communitatem, quod de aliis non contingit. Peccatum enim mortale non eſt in omnibus, quia non fuit in Joanne Baptiſta, Hieremia, & multis aliis, & etiam veniale, quia non fuit in Beata B Virgine. Auguſtin. Cum de peccatis agitur, nolo de Virgine fieri mentionem. Sed originale omnibus eſt commune, qui per carnalem originem deſcenderunt. Et quia Chriſtus non deſcendit ab Adam per originem carnalem vel ſeminalem, ideo peccatum originale non contraxit. Et ideo dicit Auguſtin. quod eſſe ſine peccato, ſolius eſt Redemptoris, qui fuit ſine peccato contracto & commiſſo. Et ſi aliquis alius miraculoſe ex carne humana formaretur, peccatum originale non haberet, quia ab Adam ſecundum legem communem, ſcilicet concupiſcentiæ non deſcenderet. Cum autem omnes ab eo ſecundum legem prædictam deſcen- C dant, id eſt ſecundum ſeminalem rationem, omnes contrahunt originale peccatum, cujus ſignum eſt mors, quæ eſt ſtipendium originalis. Unde Paulus: Stipendium peccati mors. Unde ſicut omnes morimur, ita omnes originale contrahimus. Sed ſi aliquis non contraheret, redemptione facta per Chriſtum non indigeret: quod eſt hæreticum, & a fide Catholica alienum.

Aug. li. de nat. & gra. cap. 36 tom. 7 Idem lib. 2 de pecc. mor. & remiſſ. cont. Pelag. ca. 20 & 29. to. 7 lib. 5 cont. Julian. Pelag. ca. 9 poſt med. tom. eod.
Rom. 6

Tertio habet æqualitatem. In aliis peccatis magna diverſitas eſt, quia homicidium eſt majus peccatum quam furtum, & adulterium quam fornicatio, & ſic de aliis. Et in venialibus ſunt etiam gradus penes illa tria, quæ dicit Apoſtolus, id eſt lignum, fœnum, ſtipulam: ſed peccatum originale æquale eſt in omnibus, quia eſt

1 Cor. 3

eſt a principio naturæ, quæ æqualiter eſt in omnibus.

Quarto habet differentem qualitatem, quia reliqua peccata ideo ſunt peccata, quia voluntaria, & ſi non eſſent voluntaria, non eſſent peccata: ſed peccatum originale non eſt voluntarium voluntate contrahentis, ſed tantum voluntate primi originantis. Alia etiam peccata non traducuntur in filios a parentibus, ſed originale traducitur. Et ratio hujus eſt, quia in quolibet homine duo ſunt natura, & perſona. Ea quæ ſunt perſonæ, non traducuntur a parentibus in filios. Non enim pater traducit in filios virtutes, & ſcientiam, quas proprio ſtudio acquiſivit, nec peccata, quæ proprio actu commiſit: ſed ea, quæ pertinent ad naturam ſpeciei a parentibus in filios traducuntur, niſi aliquod eveniat impedimentum. Unde oculatus generat oculatum. Et ſic cum originale peccatum ſit naturæ, a parentibus in filios traducitur. Sed peccatum mortale cum ſit peccatum perſonæ, in filios non traducitur. Hujus exemplum, ſcilicet peccati originalis in rebus ſenſibilibus apparet. Si aliquis vellet haurire de fonte aquam, quæ eſſet turbida, & corrupta, hauriendo aquam, hauriret corruptionem. Simile eſt in propoſito, quia cum tota natura ſit corrupta per peccatum originale, quicumque recipit naturam, ſimul recipit, & peccatum. Item alio modo: Omnes homines qui naſcuntur ex Adam, poſſunt conſiderari, ut unus homo, inquantum conveniunt in natura, quam a primo parente accipiunt, & ſic multi homines ab Adam derivati, ſunt tamquam multa membra unius corporis. Actus autem unius membri corporalis, non eſt voluntarius voluntate ipſius manus, ſed voluntate ipſius animæ, quæ primo movet membra. Unde homicidium quod manus committit, non imputatur manui ad peccatum ſecundum ſe, ut diviſa a corpore: ſed imputatur ei, inquantum eſt hominis aliquid, per quod movetur, quia a principio hominis eſt motio. Sed inordinatio quæ eſt in homine iſto, non eſt voluntaria voluntate, ſcilicet ipſius hominis, ſed voluntate primi parentis. Unde inordinatio Adæ, in qua omnes originaliter fuimus, redundat in omnes. Sic calefactio hepatis redundat in faciem. Videmus enim, quod illi qui habent hepar calefactum, habent vultum croceum, propter colligationem membrorum ad unum principium.

Caput III.

Quid ſit peccatum originale, & de ejus effectibus.

NUnc autem videndum eſt, quid ſit originale peccatum. Circa quod ſciendum, quod ſicut quilibet artifex opus ſuum ordinat & diſponit, ut poſſit conſequi debitum finem, ita Deus hominem ordinavit, ut poſſit pervenire ad ultimum finem. Cum igitur finis humanæ naturæ, omnis naturæ facultatem excedat, non poterat homo ad prædictum finem pervenire. Et ideo Deus addidit humanæ naturæ donum juſtitiæ naturalis: quæ quidem juſtitia in hoc conſiſtebat, quod quamdiu fuit anima Deo ſubiecta, ipſi animæ ſubiiciebantur omnes vires corporis, & ipſum corpus, ita quod nullus motus poterat eſſe in corpore, ſine imperio rationis. Unde in elementis, ex quibus corpus componitur, non fuiſſet aliqua pugna, nec in humoribus aliqua diſcraſia, ſi anima Deo perfecte ſubiecta fuiſſet. In viribus etiam corporis & animæ non fuiſſet motus contra imperium rationis: quia nec concupiſcentia tetendiſſet effrænate in delectabile præter regulas rationis, potentias animæ, & vires corporis regulantes, quantum ad obiecta & actus earum. Et ideo ſtatim amoto primo ordine, etiam ſecundus ordo eſt rationabiliter mutatus: quia quamcito anima fuit inobediens Deo, & corpus fuit inobediens animæ. De qua inobedientia dicitur: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, &c. Illud ergo quod hunc ordinem privat, dicitur peccatum originale, id eſt privatio originalis juſti-

Juſtitia originalis in quo conſiſteret.

Rom. 7

Digitized by Google

juſtitiæ. Quod tali patet exemplo. A Corpus in ſtatu innocentiæ erat ſicut equus infrænatus, qui ducitur ſecundum voluntatem ſeſſoris, ſed poſtquam frænum deponitur, inordinate movetur. Ita etiam Deus in primo ſtatu infrænebat corpus, quod moveri non poterat niſi ſecundum regimen rationis: ſed poſtquam homo peccavit, Deus frænum depoſuit, & ſubtraxit, & ſic effrænate effertur contra imperium rationis. Hoc eſt, quod dicitur: Caro concupiſcit adverſus ſpiritum. Ex iſto peccato multi defectus ſunt in homine, ſicut ex gravi infirmitate corporali relinquuntur reliquiæ infirmitatis præteritæ, ſcilicet debilitas in operando, alteratio guſtus in appetendo, viſus in reſpiciendo, greſſus in ambulando. Sic ex originali peccato quædam reliquiæ relinquuntur, quæ vulnera appellantur. Quod ſic patet: quamdiu fuit anima Deo ſubjecta, nihil inordinatum contingebat in carne, nec in viribus animæ. Nam deſiderium ordinate ferebatur in ſuum delectabile, & animus in aggreſſibile, & intellectus in intelligibile, & voluntas in appetibile.

Gal. 5

Peccati originalis effectus 4.

Ex quo autem anima receſſit a Dei imperio, ſtatim inordinatio, & contradictio in omnibus ſucceſſit. Et ſic deſiderium vulneratum concupiſcentia, animum diſcraſia, intellectum ignorantia, voluntatem malitia habuit. Sunt ergo iſta quatuor vulnera ex primo peccato inflicta. Quorum primum, ſcilicet concupiſcentia, eſt quaſi vulnus inſanabile, unde miro modo inimicatur animæ: ideo aſſimilatur cuidam animali, quod vocatur enhydrus, quod mirabiliter inimicatur crocodilo. Cum enim ſit animal venenoſum, involvit ſe in herba, quam crocodilus deglutiens, ex veneno moritur, & enhydrus de ventre ejus exit illæſus: ſic concupiſcentia involvit ſe delectationibus, & homo deglutiens mundi delectabilia, deglutit concupiſcentiam, qua anima venenatur, & privatur vita gratiæ. Hæc eſt ergo plaga inſanabilis, quæ quanto magis deguſtatur, tanto magis deguſtans famelicus redditur, vel efficitur. Et ideo dicitur in proverbio, & habetur ſeptimo Ethicorum: Quid oportet bibere eum, quem aqua ſuffocat? Quaſi diceret: Sicut aqua ſuffocat non ſatiat, ita concupiſcentiæ deditum, nihil eſt quod ſatiet. Hæc eſt plaga, quæ omne bonum eradicat ſpirituale, ideo dixit Daniel ſeni, qui in concupiſcentiam Suſannæ exarſerat: Concupiſcentia ſubvertit cor tuum. A corde ſiquidem procedunt ſenſus, & motus, & corporales actus. Unde deſtructo corde, omnia illa deſtruuntur. Et ſic concupiſcentia cum cor ſubvertit, omnia alia bona conſumit.

De concupiſcentia

Julius Solin. Polyhiſ. ca. 34 poſt med.

Ariſt. 7

Ethic. c. 2

Dan. 13

De ignorantia. *Pſal. 37*

Secunda plaga eſt ignorantia, quæ vulnerat intellectum. Pſalmus: Lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. B Sed amiſſo viſu, amittitur omne gaudium, ſecundum illud: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video? Et hoc ideo, quia dulce lumen & delectabile eſt oculis videre ſolem. Et ratio hujus eſt, quia, ut dicit ſapiens, inter omnes ſenſus viſus eſt diligibilior. Sed ſi hoc eſt de viſu corporali, multo magis de viſu ſpirituali. Hæc ergo plaga ex primo peccato eſt, quia omnes involvimur tenebris, ut dicitur in Job.

Tob. 5

Ariſt. 1 Metaph. tex.

Job. 37

De infirmitate.

Tertia plaga eſt paſſionis, vel impotentiæ diſcraſia, quæ poteſt dici infirmitas in anima ad ſimilitudinem infirmitatis corporalis. Dicitur autem corpus infirmum, quando debilitatur vel in executione propriæ operationis, C vel impeditur propter aliquam inordinationem partium corporis, ita humores, & membra non ſubduntur virtuti regitivæ corporis. Sicut oculus dicitur infirmus, quando non poteſt clare videre: ſic infirmitas animæ dicitur, quando ipſa impeditur in propria operatione, eo quod partes ejus non ſubduntur regimini rationis. Unde Philoſophus in primo Ethicorum comparat incontinentem paralytico, cujus partes moventur in contrarium ejus, quod ipſe diſpoſuit. Ideo clamat Apoſt. Non quod volo bonum hoc ago, ſed quod odi malum illud facio. Inter omnes autem paſſiones, quæ debilitant animam, nulla ita debilitat, ut amor carnalis. Unde anima propter amorem

Ariſt. 7 Ethic. c. 8 comparat incontinentem epilepticis.

rem

Digitized by Google

rem languet. Languor autem eſt infirmitas animæ, ut dicit Tullius. Et ratio hujus eſt, quia tunc anima infirmatur & languet, quando a propria & naturali forma diſcedit: hoc autem facit amor, qui transformat amantem in amatum, ita quod amans jam non agit ſecundum ſuam formam, ſed ſecundum formam amati. *Cant. 2* Ideo dicebat ſponſa in Canticis: Nunciate dilecto meo, quia amore langueo. Quando autem paſſio amoris multum intenditur, amittit rationis uſum, quia multi propter abundantiam amoris verſi ſunt in inſaniam. *Amor quid.* Amor autem nihil aliud eſt, quam complacentia alicujus rei convenientis, acceptæ per ſenſus. Ex hoc amore procedit concupiſcentia, quæ tendit in rem amatam, nec poteſt quietari, donec perveniat, & cum pervenit, delectatur: quia delectatio nihil aliud eſt, quam quietatio in re adepta. Hic plura dicta ſunt, quæ poſſunt convenire primo vulneri.

De malitia. Quarta plaga eſt malitia, quæ vulnerat voluntatem. Sed videtur, quod voluntas nullum peccatum committit ex propria malitia, quia ſicut dicit Dionyſius in libro de divinis nominibus. *Dion. lib. de div. nom. ca. 4* Nullus ad malum reſpiciens operatur. Ad quod dicendum, quod malum non poteſt eſſe ſecundum ſe intentum, ſicut uſurarius extorquendo uſuram, non intendit offenſam divinam, ſed intendit multiplicare pecuniam. Unde bene vellet ſi poſſet abſque offenſa Dei habere pecuniam, ſed duobus propoſitis, offenſam Dei negligit, & acquirit pecuniam. Et ſic eſt de omnibus aliis.

CAPUT IV.

De mortali peccato, & ejus effectu.

Argumenta in contrarium. DIcto de originali peccato, dicendum eſt de mortali. Et quæritur. Utrum aliquid poſſit eſſe mortale peccatum: Et videtur quod non, quia mortale dicitur, quod mortem infert, ſed non poteſt inferri animæ mors, cum ſit immortalis: ergo nullum peccatum eſt mortale.

Item mors propria operatione hominem privat, unde homo mortuus nihil poteſt operari: ſed peccatores in peccato exiſtentes, multa ſtrenue operantur, & perſpicue intelligunt: & ſic videtur, quod nullum ſit peccatum mortale.

Et dicendum, quod multa ſunt peccata mortalia, & vere aliquis actus humanus habet rationem peccati mortalis. *Peccati mortalis effectus.* Eſt enim peccatum mortale, quod corrumpit vitam, tollit efficaciam, dimittit viam, & obligat ad gehennam. Vita autem ſpiritualis conſiſtit in calore, ſicut vita corporalis. Unde defectus caloris eſt defectus vitæ. Sicut videmus in morientibus, quod paulatim calor deficit in extremitatibus corporis, quæ prius infrigidantur, & calor ad principium vitæ, id eſt, ad cor recolligitur, qui cum ex toto deficit ibidem, vita totaliter perit. Hujus exemplum videmus in lucerna, in qua quamdiu eſt calor, vel humor, vel liquor, tamdiu eſt ibi ſplendor luminis, & deficiente calore, deficit lumen: ſic vita ſpiritualis non eſt aliud niſi quidam calor, id eſt amor divinus, qui quidem duplicem faciem habet, ſecundum duplicem aſpectum, unam quæ reſpicit Deum, aliam quæ reſpicit proximum: *Charitas quid.* quia charitas nihil aliud eſt, quam dilectio qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum. Illud ergo quod iſtum amorem corrumpit, eſt peccatum mortale, ſic blaſphemia, perjurium, hæreſis, & hujuſmodi, quæ charitatem corrumpunt, quam habemus ad Deum: falſum teſtimonium, furtum, & hujuſmodi, quæ contrariantur charitati, quam habemus ad proximum, & omnia quæ præceptis decalogi prohibentur, peccata mortalia judicantur.

Secundo tollit virtutis efficaciam. Ex quo enim homo in mortale ſe præcipitavit, jam non poteſt per ſe reſurgere, niſi gratia Salvatoris mediante. *Pſal. 77* Ideo dicitur in Pſalmo, quod homo eſt ſpiritus vadens, & non rediens, id eſt, per ſe in peccatum vadens, ſed non per ſe reſurgens. Sicut per ſe poteſt ſe proiicere in profundum lacum, vel lutum, ſed non poteſt per ſe exire. Et ideo per ſe homo ad mortem vadit, ſed non per ſe

Digitized by Google

ſe redit niſi miraculoſe: quia non eſt regreſſus de privatione ad habitum ſecundum naturam.

Tertio dimittit viam. Omnis enim via ducit ad aliquem finem, ſicut omnes viæ contra civitatem, ducunt ad civitatem. Ultimus autem finis omnium eſt unus, ſcilicet Deus. Nam ſicut ipſe eſt unum principium, & univerſale, ita eſt unus finis & ultimus omnium. Quando autem alius conſtituitur, diligitur, & eligitur, receditur ab hoc fine ultimo. Et cum finis ſit maxime diligibilis, ille finis conſtitutus diligitur pluſquam Deus, qui eſt ultimus finis. Hoc autem non poteſt ſine mortali accidere, ſicut patet in guloſis, qui ventrem pro Deo colunt. De quibus Paulus: Quorum Deus venter eſt. Et hoc ſic patet. Si proponatur guloſo Deus ex una parte, & cibus delectabilis ex alia parte, ipſe, ſpreto Deo incommutabili bono per amorem cibo inhæret, tamquam ultimo fini. Et ſi luxurioſo ex una parte proponatur adulterium, prout eſt delectabile, & ex alia parte Deus prohibens, contemnit Dei prohibitionem, & ſe adulterinæ delectationi immergit, & deviat a fine. Et hæc eſt differentia peccati mortalis a veniali: quia mortale totaliter elongat a via, & retrorſum graditur, & ideo quanto magis a via deviat, tanto magis a fine recedit, & elongatur, juxta illud Pſalmi: Longe a peccatoribus ſalus: Veniale autem a via non abducit, nec ab ultimo fine ſeparat.

Finis ultimus Deus

Philip. 3

Pſal. 118

Quarto obligat ad gehennam, quod non contingit de veniali vel originali. Sed videtur inconveniens, quod pro modica delectatione quis adiudicetur æternæ damnationi. Eſt dicendum quod pœna commenſuratur, ſecundum conditionem illius in quem peccatur. Unde magis peccat, qui percutit militem, quam qui ruſticum: & magis qui regem offendit, quam qui militem: & ſic de aliis ſecundum gradum nobilitatis. Qui ergo offendit Deum, qui eſt infinitum bonum, merito pœnam incurrit infinitam propter contemptum majeſtatis divinæ: & infinitati culpæ reſpondet infinitas pœnæ in damnatione. Unde pœna damnatorum eſt infinita, & eſt finita. Finita eſt in acerbitate: & hoc reſpondet delectationi, quæ fuit in actu peccati. Infinita eſt in duratione: & hoc propter contemptum Dei qui eſt infinitus.

Pœna damnatorum quo modo finita & infinita.

Ad oppoſita.

Ad illud quod obiicitur, quod animæ non poteſt inferri mors, dicendum eſt, quod duplex eſt mors, ſcilicet naturæ & culpæ. Quo ad mortem naturæ, anima dicitur immortalis: ſed quo ad mortem culpæ moritur. Quia ſicut dicit Aug. in libro de mendacio. Sicut corpus vivit ex anima, ita anima vivit ex Deo: ſed anima ſeparata a corpore moritur corpus, ergo cum Deus ſeparatur ab anima, moritur anima. Sed non ſeparatur niſi per peccatum mortale: ergo, &c.

Eſt apud Aug. trac. 19 in Joan. ante med. & in auctore libri de cog. vera vita, cap. 31 apud Aug. tom. eod. Et de ver. Apoſt. ſer. 13 in med. tom. 10

Ad aliud quod mors privat ab operatione, dicendum quod quidquid peccator operatur, mortuum dicitur, nec tamen debet ceſſare a bonis operibus. Sicut infirmus, ſi utatur malis cibis leviter moritur, ſi autem bonis, paulatim ad ſanitatem reducitur.

CAPUT V.

De Venialis peccati eſſentia, efficacia, ſufficientia, & indulgentia.

POſt mortale & originale, dicendum eſt de veniali. Circa quod quatuor quærenda ſunt, ſcilicet de ipſius eſſentia, efficacia, ſufficientia, & indulgentia.

Quantum ad primum, peccatum veniale dicitur tripliciter, ſcilicet ab eventu, a cauſa, & ſua natura. Ab eventu quia omne mortale dicitur veniale per pœnitentiam, ut dicit Ambroſius. A cauſa, quando in natura ſua habet, ut veniam mereatur, ſicut peccatum, quod fit ex infirmitate, vel ignorantia, habet in ſe cauſam veniæ. Nam qui ex infirmitate frangit jejunium, non incurrit peccatum. Et ſi ex ignorantia aliquis faciat, quod non credat peccatum, veniam meretur. A ſua natura & a ſuo genere, ut verbum otioſum, ridere, & hujuſmodi.

Quot modis dicatur peccatum veniale.

Quo ad ſufficientiam licet peccata venialia non ſint determinata aliquo modo, poſſunt tamen reduci ad certum

Digitized by Google

tum numerum, ſcilicet ad ternarium, ſcil. lignum, fœnum, & ſtipulam. Et ratio hujus eſt quia veniale dicitur quod de facili purgatur, & conſumitur, & ideo per hæc tria deſignatur, quia ab igne de facili comburuntur. Per lignum quidem, peccata venialia graviora deſignantur, per ſtipulam leviora, per fœnum mediocria deſignantur. Et hujus ratio eſt, quia omnia ternario conſiſtunt. Unde quælibet creatura habet ſuum ternarium, ſcil. eſſentiam, virtutem, & operationem. Et quælibet operatio conſiſtit in ternario, ſcil. in principio, medio, & in fine. Et anima in ſua natura habet ternarium, ſcilicet memoriam, intellectum, & voluntatem. Item peccata mortalia per tria diſtinguuntur, ſicut dicit Gloſſa ſuper Epiſtolam primam ad Corinthios: ſcilicet per ferrum, æs, & plumbum.

Venialium peccatorum tres differentiæ.

Ternario omnia conſiſtunt.

Gloſ. in epiſt. 1 ad Cor. ca. 3.

Quo ad efficientiam, nota, quod homo poteſt eſſe ſine peccato mortali, ſed non ſine veniali. Et ratio hujus, quia homo dum unum veniale vitat, aliud incurrit. Unde dicunt Doctores, quod homo poteſt vitare quodlibet veniale in particulari, ſed non in univerſali. Et eſt exemplum de navi, in qua ſunt multa foramina, quorum quodlibet in particulari nauta oppilare poteſt, ſed non omnia ſimul. Et ideo ſine veniali vix homo eſſe poteſt, dicente Joanne: Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.

Sine veniali peccato quo modo homo eſſe non poteſt.

1 Joan. 1.

Quo ad indulgentiam nota, quod ſicut veniale multipliciter incurritur, ita multipliciter purgatur. Modi autem purgationis his verſibus continentur:

Veniale peccatum multipliciter expiatur.

Confiteor, tundo, conſpergo, conteror, oro.
Signor, edo, dono, per hæc venialia pono.

Id eſt depono & tollo. Remittuntur ergo per generalem confeſſionem, per pectoris tunſionem, per aquæ benedictæ aſperſionem, per cordis contritionem, per Dominicam orationem, per confirmationem, ac Epiſcopalem benedictionem, Euchariſtiæ ſumptionem, offenſæ condonationem, extremam unctionem, levem pœnitentiam, compaſſionem fraternam, ut patet in hoc verſiculo:

Unctio, pœna levis, compaſſio quæ fit egenis,

Vide in Centiloquio de peccato veniali latius.

Centil. p. 1 ſect. 6

Caput VI.

De radice peccatorum, quæ eſt amor ſui.

Nunc dicendum eſt, de radice peccatorum, quæ radix dicitur amor ſui. Sed videtur, quod non. Illud enim quod eſt cauſa omnis boni, non poteſt eſſe cauſa omnis mali. Sed Apoſtolus cum dicit: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habuero, &c. probat charitatem eſſe cauſam omnis boni: ergo omnia bona ſunt ab amore & charitate.

An amor ſui ſit radix omnium peccatorum.

1 Cor. 13

Item ab eodem canali non poteſt exire dulcis & amara aqua, nec ab eadem arbore fructus bonus & malus. Et ita videtur, quod nec ab amore, bonum meriti, & malum peccati.

Et dicendum quod ab amore procedit omne meritum & demeritum, & omne malum: quia ab amore caſto & divino procedit omne bonum, ſed ab amore canali procedit omne malum. Non poteſt autem procedere ab eodem canali numero, ſimul & ſemel bonum & malum, &c. Sicut enim ab eodem foramine non fluit dulcis & amara aqua, ſic nec ab eodem amore bonum & malum.

Dicendum eſt ergo, quod amor ſui eſt cauſa omnis mali, & peccati. Et ratione converſionis, & ratione appropriationis, & ratione reflexionis. Ratione converſionis, quia homini propoſitum eſt duplex bonum, ſcilicet incommutabile, & æternum, & commutabile, & tranſitorium. Sed peccatum nihil aliud eſt, niſi ſpreto incommutabili bono, inhærere alicui commutabili, & temporali bono. Hoc autem non procedit, niſi ex aliquo inordinato appetitu, alicujus boni temporalis. Sed quod aliquis appetat inordinate aliquod bonum temporale procedit ex hoc, quod inordinate, amat ſeipſum:

Amor ſui eſt cauſa omnis mali, & peccati tripliciter.

S. Thom. 1 2. q. 77 art. 4 in corp.

ſum: quia amare aliquem non eſt, niſi velle ei bonum. Et eſt in tantum quod inordinatus amor ſui, eſt cauſa omnis peccati. Quod patet in multis exemplis, tum ex parte paſſionis animæ, tum ex parte peccatorum. Ex parte paſſionis animæ, quia amor eſt cauſa deſiderii & delectationis: homo enim propter hoc deſiderat aliquam rem, quia eam amat, & ſi non amaret, non deſideraret. Item delectatio ex amore cauſatur, quia ut dicit Auguſt. amor inhians habere, quod amat, eſt cupiditas, eoque fruens eſt lætitia. Item ab amore procedit triſtitia, quia homo triſtatur de re amiſſa, quia illam amat. Item ab eo procedit gaudium, & odium. Ideo enim aliquid odio habetur, quia eſt impedimentum ejus, quod amatur. Ex parte etiam peccatorum, quia ex amore ſui procedit ſuperbia. Nam ſuperbia eſt amor propriæ excellentiæ. Item invidia, quæ eſt dolor de bono alterius, inquantum eſt diminutivum proprii. Item accidia, quæ eſt triſtitia de bono ſpirituali, inquantum per ipſum impeditur bonum temporale, vel corporale. Item ira, ideo enim quis accenditur ad vindictam, quia honor proprius nimis amatur. Item gula, & luxuria, quæ propter corporalem delectationem appetuntur. Et ſic omnes malæ paſſiones, & vitia capitalia, ex amore inordinato tamquam a radice procedunt.

Aug. li. 14 de Civ. Dei, cap. 7 tom. 5

Secundo ratione appropriationis. Bonum enim commune melius eſt particulari: qui ergo appropriat ſibi quod commune eſt, peccatum incurrit. Sicut uſurarius, qui vendit tempus, quod omnibus commune eſt, & omnibus rebus communius. Cum igitur amor eſt communius omnibus creaturis, & terrenis, & ſpiritalibus, & cæleſtibus, eſt ſuper omnia diffuſivus, & ideo peccatum grave eſt, quod uni ſoli approprietur.

Tertio ratione reflexionis. Eſt enim duplex amor, ſcilicet concupiſcentiæ, & amicitiæ. Ex amore amicitiæ procedit bonum, quia talis amor diligit amicum, eo quia amicus. Sed amor concupiſcentiæ ſuper ſeipſum reflectitur, ſicut homo diligit vinum A non propter vinum, ſed propter ſeipſum, quia ſibi ſapit. Et iſte amor eſt, qui eſt cauſa omnis peccati.

CAPUT VII.

Quare homo ſolus ex inferioribus creaturis poſſit peccare.

POteſt autem quæri, quare homo poteſt peccare, & nulla alia creatura ſub cælo. Ratio hujus eſt, quia ubi non eſt voluntarium ibi non eſt peccatum: & ideo nec in brutis, nec in aliis creaturis poteſt eſſe peccatum. Sed quia in homine eſt liberum arbitrium, ideo peccatum committitur ab eodem. Quod poteſt oſtendi quadruplici ratione, ſcilicet B ratione domicilii, ratione conſortii, ratione judicii & ratione oppoſiti. Primo ratione domicilii, ſive ratione loci, quia ut dicit ſapiens, locus eſt conſervativus locati, unde res extra locum ſuum diu conſervari non poteſt. Et ſicut eſt in corporalibus, ita eſt in ſpiritualibus. Si enim piſcis extrahatur de mari, & ponatur in terra, poſt modicum moritur, quia eſt extra locum ſuum. Et ſi homo ponatur in mari moritur, quia mare non eſt locus ejus proprius. Et roſa quamdiu eſt in ſpina recens conſervatur, quando autem a ſpina decerpitur, & in manu tenetur, corrumpitur, & marceſcit, quia manus C non eſt locus ejus. Et hæc eſt cauſa, quare levia tendunt ſurſum, & gravia deorſum, quia ſcilicet vadunt ad locum proprium, ubi conſervantur. Et tanta eſt virtus loci, quod quanto magis res appropinquat ad locum proprium, tanto fortius movetur in ipſum. Unde motus naturalis eſt in principio debilis, & fortis in fine. Et ſecundum hunc modum, quia anima eſt extra locum ſuum, non poteſt eſſe quin in peccatum labatur. Ideo dicitur in Canonica Joannis: Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Locus animarum Deus eſt, ſecundum illud Auguſt. Circuivi in mente mea, &c. Et ideo animæ Sanctorum quæ ſunt in Deo, ſicut in loco

Ariſt. 4 Phyſicor. text. 4

1 Joan. 1

Digitized by Google

Sap 3 loco proprio, peccare non poſſunt, de quibus Sapiens: Juſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum malitiæ, id eſt peccatum, in quo anima tormentatur, ſicut oſtendit Auguſt. dicens: Juſſiſti Domine, & ſic eſt ut pœna ſibi ſit omnis inordinatus animus. Et ideo valde mirabile eſt, quod homo animam ſuam ponat in loco immundo in hoc terrenitatis cœno. Ibi enim ponis animam tuam, ubi ponis amorem tuum: Amor enim applicat amantem cum amato, & ideo anima terrenis applicata, maculatur, & inficitur, ut dicitur in Oſea: Facti ſunt abominabiles, ſicut ea, quæ dilexerunt.

Aug. lib. 2 conf. ca. 12 tom. 1

Oſea. 9

Secundo ratione conſortii. Nam propter malum conſortium inducitur ad peccandum, quia qui tangit picem inquinabitur, &c. Pſalmiſta: Et cum ſancto ſanctus eris. Et quia anima conſortium habet ad carnem, ideo frequenter peccatum incurrit. Hujus exemplum videmus in mari. Nam aqua maris in profundo ubi a terra elongatur, habet dulcedinem, ſed ſuperius ubi ei admiſcetur vapor terreſtris a ſole combuſtus, contrahit amaritudinem. Sic anima propter conſortium ad terram, contrahit peccatum, quod eſt amariſſimum, ut habetur in Jeremia: Vide quam malum, & amarum eſt te dereliquiſſe Dominum Deum tuum, &c. Sicut enim ex conjunctione ad Deum, cauſatur ſumma delectatio, & dulcedo, ita ex ſeparatione ſumma amaritudo. Tanto autem quis a divino conſortio avertitur, quanto interius delectatur, ut Gregorius dicit.

Eccl. 13 Pſal. 17

Jer. 2

Tertio ratione judicii. Anima enim in operando quodam utitur ſyllogiſmo. Nam ratio ſuperior proponit omne malum vitandum. Inferior ſubiungit: Fornicatio eſt malum. Senſualitas adiungit: Accedere ad hanc eſt delectabile. Si ergo voluntas ſit fortis, & aſpiciat ad hoc quod fornicatio ſit malum, elegit non peccare. Si autem reſpiciat inferius ad hoc, quod eſt delectabile, eliget fornicari, & ſic incurret peccatum, quia de agendis male judicat. Unde ita facit caro animæ, ſicut quædam A herba poſita in igne, quæ trabes domus facit apparere ſerpentes. Caro enim continuo fumans, ita obumbrat aſpectum intellectus, ut illud, quod eſt amarum, facit videri dulce, & bonum malum, &c.

Quarto ratione oppoſiti, quia quælibet res habet diverſas conditiones, & ſecundum unam eſt appetenda, & ſecundum aliam eſt fugienda, ſicut patet in pulchritudine. Pulchritudo enim poteſt appeti inquantum eſt quædam reſultatio divini decoris, & ſecundum hoc bonum eſt reſpicere pulchrum. Et ſecundum hunc modum loquitur Pſalmiſt. Delectaſti me Domine in factura tua. Sed quia aſpectus pulchri incitat ad concupi- B ſcentiam, ideo aſpicere pulchrum eſt malum. Unde dicit Salomon: Fallax gratia & vana eſt pulchritudo. Sic ergo res quæ ſenſui obiicitur propter diverſas conditiones ducit hominem in errorem, dum unam conſiderat, & aliam negligit. Sicut patet de medico, qui judicat aliquid eſſe expediens uni ægro, conſiderata una ejus infirmitate, quod tamen non eſt ſibi expediens ſimpliciter propter aliam ægritudinem, quam non conſiderat, quæ ex curatione alterius augmentatur. Exemplum horum videmus in piſcibus, qui videntes eſcam, & non advertentes hamum ſub ea latentem, volentes capere eſcam, capiuntur ab hamo. Similiter aves C videntes virgulas, & non advertentes viſcum, dum in virgulis reſident, capiuntur a viſco. Hoc etiam patet in his, qui propinant venenum: homo enim conſiderans poculum, & non attendens venenum, bibens poculum a veneno occiditur. Sic peccator conſiderans rem delectabilem apparentem, & non attendens amaritudinem latentem, incidit in peccatum. Et hujus ſignum eſt, quia ut dicit ſapiens. Pravi replentur plenitudine, quia dum ſentiunt amaritudinem pœnitent, quia conſcientiæ eorum remurmurant de peccato. Sic ergo patet, quod peccatum poteſt eſſe in hominibus, & non in aliis ſenſibilibus.

Pſal. 91

Prov. ult.

C A-

Digitized by Google

Caput VIII.

Quare peccatum non vitatur, niſi prius cognoſcatur.

Peccatum quot modis cognoſcitur.

QUæritur quare peccatum non vitatur, niſi prius cognoſcatur. Ad quod dicendum, quod peccatum cognoſcitur tripliciter. Primo ex opere, quia ſicut dicit Auguſtin. contra Fauſtum, peccatum eſt dictum vel factum, vel concupitum contra legem Dei. In dicto peccatum eſt, quia cum locutio inventa ſit ad exprimendum conceptum cordis, vel conceptionem, quandocumque quis loquitur quod in corde non habet, diſcordat a lege æterna, quæ eſt regula humanorum actuum. Ideo præcipitur in Levitico: Non perjurabis. In quo prohibetur mendacium. Item conſiſtit in facto, cujus ratio eſt, quia cum manus ſit miniſtra rationis, ut dicit ſapiens, conceptiones enim rationis per manus explicantur: quandocumque manuale opus diſcordat a lege divina, quæ dicit. Non occides, Non furaberis, peccatum incurritur. Item conſiſtit in deſiderio, & concupiſcentia. Concupiſcentia enim præter rationis regulam eſt peccatum, quia quilibet debet eſſe contentus ſuis terminis, & ideo hoc prohibetur lege divina, quæ dicit: Non concupiſces rem proximi tui.

Aug. li. 22 cont. Fauſ. Man. c. 27 tom. 6

Levit. 19

Ariſt. li. 4 de part. animal. cap. 10

Secundo cognoſcitur ex fine. Et ideo dicit Auguſtin. in libro de libero arbitrio: quod peccatum nihil aliud eſt quam neglectis regulis æternis, temporalia ſectari. Et in libro octoginta trium quæſtionum dicit, quod omnis humana perverſitas eſt uti fruendis, & frui utendis. Et ratio hujus eſt, quia cum omnis res ordinetur ad finem debitum, quando a fine deviat, incurrit peccatum, ſicut patet in operibus naturæ. Homo enim generans, intendit generare ſibi ſimile, ſecundum omnium membrorum proportionem. Quando vero conceptum generatur cum duobus capitibus, vel duobus digitis, dicitur eſſe peccatum naturæ, quia deviat a debito fine. Et ſecundum hunc mo-

Aug. lib. 1 de lib. arb. ca. 16 to. 1

Idem li. 83 q. q. 30. tom. 4

A dum, cum homo ſit ordinatus tamquam ad debitum finem ad diligendum æterna, ideo natura dedit homini oculos ſurſum, ut reſpiciat quod diligere debeat. Quia dicitur in Ethicis: Nullus diligit aliquid, niſi præ delectatione viſus, ſicut patet in amore carnali, quia homo videns rem pulchram & delectabilem, incipit eam ex ejus viſione diligere, & diligendo deſiderare, & deſiderando apprehendere, & cum adeptus fuerit, tunc in bono convenienti incipit delectari. Sic debet homo ſurſum oculos dirigere, & cæleſtia contemplari: quia ex hoc generabitur amor, & ex amore deſiderium, & ex deſiderio acquirendi ſtudium. Sed quia peccatores, ut dicitur in Pſalmo, Statuerunt oculos ſuos declinare in terram: ideo terram diligunt, & ſic deviant a recto fine, ex quo incurrunt peccatum.

Pſal. 16

B

Tertio cognoſcitur ex ratione, quia ut dicit Dionyſius, malum hominis eſt contra rationem eſſe. Et quia ratio eſt regula proxima humanorum actuum, ideo ſi volumus videre, utrum aliquis humanus actus ſit rectus vel vitioſus, inſpiciamus regulam rationis. Sicut patet in artificialibus, quia tunc lignum cernitur rectum vel obliquum, ſi apponatur regulæ rectæ. Rectum enim eſt judex ſui & obliqui. Et hoc patet in actu comeſtionis. Cum enim in homine ſit regula rationis, & concupiſcentia carnis, ſi homo ſumat cibum exiſtimans ſibi neceſſarium, ſecundum quod ratio dictat, non incurrit peccatum, etiam ſi quantitatem excedat. Si autem propter concupiſcentiam ſumat, vel propter delectationem ſolum pertinet ad gulæ peccatum. Et ſic patet quod ratio eſt recta menſura, & regula actuum humanorum, quantum ad bonitatem moralem: & ſi ab hac diſcordatur, incurritur peccatum.

Diony. ca. 4 de div. nomin.

C

Quarto cognoſcitur ex privatione, quia ſecundum Auguſtinum in libro de natura boni: Peccatum eſt privatio ſpeciei, & modi, & ordinis. Secundum quæ tria dicitur: Omnia conſtituiſti in numero, pondere, & menſura. Ita quod pondus referatur ad ordi-

Aug. li. de nat. bon. cap. 4 to. 8

Sap. 11

Digitized by Google

ordinem, menſura ad modum, & numerus ad ſpeciem: quia unaquæque res dicitur menſurata, pulchra, & ordinata natura. Quælibet enim res menſuratur his tribus dumtaxat exceptis, ſcilicet gratia Chriſti, charitate Dei, luce cæli. Gratia Chriſti menſuram non habet. Nam Deus omnibus ſanctis gratiam menſuratam dedit, filio autem dedit ſpiritum non ad menſuram, ut dicitur in Joanne. Et ratio hujus eſt, quia ipſe fuit fontale principium a quo eſt omnis gratiarum influxus. Propter quod ipſe dicit: Qui credit in me, de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Item charitas non habet menſuram reſpectu Dei: quia cum charitas ejus non ſit, niſi reſpectu boni, & ubi eſt majus bonum ibi ſit major amor, ſicut homo magis diligit aurum quam argentum, quia ubi majus bonum invenitur, illud magis diligitur, & Deus eſt infinitum bonum, in tantum, quod quanto plus dilitur Deus, tanto diligibilior invenitur: ideo dicit Bernardus: Modus diligendi Deum, eſt ſine modo diligere. Item lux cœli non habet menſuram reſpectu ſenſibilium, quia cum ſenſibilia habeant virtutem determinatam, & menſuratam, ut patet in arboribus, nam arbor unius ſpeciei non extendit ſe ad producendum fructus alterius ſpeciei, vel arboris, ſicut ficulnea non facit uvas. Lux autem ad omnia ſe extendit. Unde dicit Dionyſius, loquens de radio ſolari, quod ad ſenſibilium generationem confert, & ad vitam movet, nutrit, perficit, & auget. Aliæ vero res, habent determinatam menſuram in augmento & diminutione. Unde ſapiens dicit: Quod omnium natura conſtantium, terminus eſt & ratio magnitudinis & augmenti, ſicut patet in natura humana. Nam eſt terminus aliquis in augmento, ut in gigantibus, & in diminutione ut in pigmeis, & ſic eſt de ſingulis rebus: quia ſecundum rerum diverſitatem, eſt diverſitas menſurarum. Anima etiam rationalis habet hanc menſuram, quia poteſt capere omnes ſcientias & virtutes, & poteſt eſſe habitaculum creatoris. Illud autem quod hac menſuram minuit & deſtruit, eſt peccatum: quod animam ita aſtringit, quod Deus in ea habitare non poſſit. Exemplum hujus paet in materialibus. Peccatum enim facit in anima quod frigus in aqua. Aqua enim antequam congeletur, eſt receptiva corporum, quæ immittuntur: poſtquam autem per frigus congelatur, ita conſtringitur, quod nihil in ea recipitur, niſi reſolvatur per calorem. Sic anima per peccatum tantum conſtringitur, quod nulla virtus in ea recipitur, & Deus inde recedit, niſi calore gratiæ reſolvatur. Et ſic patet, quod peccatum corrumpit animæ menſuram.

Joan. 3

Joan. 7

Bern. lib. de Dilig. Deo ſtatim a princ.

Ariſt. li. 1 Phy. tex. 36

A

Item quælibet res eſt ſuo modo pulchra, licet aliquando videatur deformis: quia ſecundum diverſitatem rerum, eſt diverſitas pulchritudinis, quia quod eſt pulchrum in homine, non eſt pulchrum in equo. Et ſecundum hunc modum dicit Dionyſius, quod illud quod eſt laudabile in uno, eſt vituperabile in alio: ſicut eſſe furibundum eſt laudabile in cane, & vituperabile in homine. Et eſſe manſuetum, eſt laudabile in homine, & vituperabile in cane. Et ſic eſt de pulchritudine, quia videmus quod rubedo eſt pulchritudo in roſa: & albedo in lilio, & nigredo eſt pulchritudo in equo, & turpitudo in homine, licet apud Æthiopes quanto quis nigrior, tanto pulchrior reputetur. Unde dicitur, quod apud eos imago Chriſti colore nigro depingitur, & Diaboli albo. Sic anima habet ſuam pulchritudinem, ſcilicet claritatem: quia anima eſt ſplendor divinæ lucis. De quo Pſal. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Nihil autem tollit illam pulchritudinem, niſi peccatum: quia peccatum eſt quoddam obſtaculum, quod interponitur inter animam, & Deum, ſive lucem divinam. Unde ſicut videmus, quod quando arbor, vel turris opponitur radiis ſolis, ex oppoſito facit umbram: ita peccatum quod interponitur inter lucem divinam & animam, facit umbram in anima, & ſic anima peccatoris remanet umbroſa, & tenebroſa, & amittit nitorem, & pulchritudinem ſuam. Et hoc deplorat Hiere-

B

C

Pſal. 4

re-

Tren. 2 remias : Quo modo obſcuratum eſt aurum. Sic ergo peccatum eſt corruptio ſpeciei.

Item quælibet creatura eſt ordinata. Ordinatur autem ad duo, ſcil. ad operationem, & operatio ad delectationem : Operatio autem hominis eſt duplex, ſcilicet intelligere veritatem, & diligere bonitatem. Illud autem quod corrumpit intellectum, non eſt niſi peccatum. Unde primus homo licet fuerit mente præditus, tamen per peccatum fuit obtenebratus, & per conſequens totum genus humanum fuit tenebris involutum. Et ideo quantumcumque ſtudeant homines non poſſunt pervenire ad cognoſcendum plene veritatem, licet quilibet apponat aliquid, ad iſtam quoque cognitionem det operam ſtudio veritatis, ſicut patet de Philoſophis, & Doctoribus ſacræ Scripturæ. Et ſic ex omnibus congregatis, licet cognitio veritatis aliquod magnum augmentum recipiat, tamen adhuc pro majori parte remanet veritas incognita : quia quamdiu ſumus in præſenti vita, non poſſumus cogitare primam veritatem. Et hoc eſt in nobis valde miſerabile, quia illud quod valde lucet, non poſſumus reſpicere, ſcilicet Deum & ſubſtantias ſeparatas. Unde exemplum ponitur a ſapiente, quod ſicut oculus noctuæ non poteſt reſpicere lucem Solis, ſic nos non poſſumus reſpicere lucem Creatoris. Et hujus exemplum videmus in naturalibus. Illud enim quod maculat oculum, impedit oculi viſionem. Unde oculus maculoſus non poteſt clare videre : ſic cum peccatum maculat animam impedit intellectualem ejus viſionem, ideo diminutæ ſunt veritates a filiis hominum.

Arist. 2 Metaph. tex. 1

Psal. 11

Item operatio ordinatur ad delectationem : quælibet enim propria hominis operatio habet annexam delectationem. Et virtus etiam facit delectabiliter operari, quia in modum naturæ inclinat, ut dicit Tullius. Ideo dicitur ſecundo Ethicorum. Signum autem generati habitus, oportet accipere in operatione delectationem. Illud autem quod impedit delectationem eſt peccatum, quia licet luxurioſus faciat aliquando caſta opera, non tamen facit ut caſtus, quia caſtus talia delectabiliter operatur, & luxurioſus cum triſtitia, & ſic de ſimilibus, & ſic peccatum privat delectationem, ad quam operatio ordinatur. Et ſic patet, quod peccatum privat modum, ſpeciem, & ordinem. Hujus exemplum habetur in infirmitate corporali, quæ privat a corpore modum, quia totum attenuatur : ſpeciem, quia totaliter deformatur : & humorum ordinem, ex quibus componitur, &c.

Arist. 2 Ethic. cap. 3

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ S. R. E. CARDINALIS EPISCOPI ALBANENSIS, OPUSCULUM, QUOD INSCRIBITUR CONFESSIONALE.

Eſt hoc Opuſculum, quod Confeſſionale inſcribitur, utilitate præcipuum: in quo S. Bonaventura tam Confeſſorem, quam Confitentem copioſe dirigit ad ea, quæ confeſſioni prævia, quæque in confeſſione agenda, dicendave ſunt, & quæ ipſam confeſſionem conſequuntur, annexis Canonibus pœnitentialibus, quorum cognitio valde eſt neceſſaria.

CAPITA HUJUS OPUSCULI.

Qualiter ſacerdos confeſſor habere ſe debeat in confeſſione. Caput primum, continens particulas VI.

De interrogationibus faciendis in confeſſione. Cap. II. continens particulas XX.

De pœnitentiis injungendis ſecundum canones pænitentiales. Cap. III. continens particulas LIX.

De uſu clavium. Cap. IV. continens particulas III.

De irregularitatibus & diſpenſationibus. Cap. V. continens particulas LVIII.

PRÆFATIO.

IN Dei tabernaculo, id eſt, in ſancta Eccleſia poſitus, & ſi per Doctrinæ ſapientiam, phialas exuberantis doctrinæ ad inebriandum mentes legentium miniſtrare non potui, inquantum pro divina largitate ſuffeci, cyathum parvæ, atque anguſtæ, vel, ut verius dicam, pene nullius ſcientiæ, præſens videlicet opuſculum de informatione ſimplicium ſacerdotum, in confeſſionibus audiendis, compulſus per obedientiam compilavi. Cum ſecundum beatum Gregorium circa principium, cura paſtoralis ſit ars artium, regimen animarum, & occultiora ſunt vulnera cogitationum, quam viſcerum. Horrendum profecto eſt videre quoſdam ſacerdotes noſtri temporis, qui ſacram ſcripturam, in qua præfati regiminis ars ſufficientiſſime traditur, & jura canonica, & ſcripta doctorum, in quibus pleniſſime declaratur, vel per torporem legere negligunt, vel per ignorantiam neſciunt, & tamen cordis medicos in audiendis confeſſionibus, ſe profiteri impudenter non metuunt, quando qui pigmentorum vim neſciunt, videri carnis medici erubeſcunt. Talium ergo Deo odibili ignorantiæ, per obedientiam, ut dixi compulſus ſubſcripta informatione ſimplici ſtudui, ſicut potui, quamvis non, ut debui, ſubvenire. In primo autem hujus Opuſculi tituli capitulorum, & ſingularum particularum eorumdem continentiæ præmittuntur, quibus ad legentis animam quaſi quibuſdam paſſibus facilius gradiatur. Porro particularum quinti capituli continentiæ non prænotantur, quia ſicut inſpicienti patet, per ſe poſſunt ſatis faciliter inveniri. Ceterum ſimplex ſimplicibus ſimplicia ſcribens ſimpliciter, particulas præſentis Opuſculi

Greg. poſt ex. par. 1 cap. 1 princ.

Mira modeſtia ac humilitas Auctoris.

ſculi ſecundum quod occurrerunt memoriæ magis, quam ſecundum naturalem adinvicem cohærentiam ordinavi, omni qua poſſum humilitate ac devotione ſupplicans, quatenus.

Sis mihi corrector reſecando ſuperflua lector:
Veraque digneris, quæ deſunt jungere veris.
Omnem defectum partim ſtudio brevitatis
Scribentis tribuas, partim vitio ruditatis.

QUALITER SACERDOS Confeſſor habere ſe debeat in confeſſione. Cap. I. continens Particulas ſex.

CAPUT I.

De loco confeſſionis.

PARTICULA I.

Qui facit veritatem venit ad lucem, ut manifeſtentur ejus opera, quia in Deo ſunt facta. Ex hoc verbo ſacerdos, qui Angelus Domini exercituum dicitur, intelligat ut non tenebrarum, ſed lucis Angelum ſe oſtendat, ſedens pro confeſſionibus audiendis in loco manifeſto, & omni ſuſpicione carente, ubi videri poſſit ab omnibus, & non audiri. Quærendo enim latibula tenebrarum, male agere ſe oſtenderit dicente Chriſto: Omnis enim qui male agit, odit lucem. Qui eſt in intentione mali, & cui placet malum. Hæc Gloſſa, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus. Caveto, ait Hieronymus, omnes ſuſpiciones, & quidquid probabiliter fingi poteſt, ne fingatur ante devita. Apoſtolus: Ab omni ſpecie mala, id eſt, non ſolum ab eo, quod eſt malum, ſed etiam ab omni quod ſpeciem mali prætendit, nos admonet abſtinere. Et quia ſecundum Auguſtinum libro de ſingularitate clericorum, pe- A ne poſt principium. Pejus eſt quam mœchia continentiam ducere criminoſam, & infamem facere ſanctimoniam. Sacerdos audiens confeſſionem, ſedeat, ut dictum eſt, in loco publico, & honeſto, ne quod abſit, adulterum ſe oſtendat. Nam dicitur: Oculus adulteri obſervat caliginem. Veniens igitur ad manifeſtationis lucem faciat veritatem, ut dicitur in Joanne, ibi Gloſſa, id eſt, bona opera, quæ veritas jubet.

Joan. 3
Malac. 2
Joan. 3
Hier. ad Nepotian. ep. 2 ante med.
1 Theſ. 5
Eſt inter opera Cyp. tom. 3
Job 24
Joan. 3

CAPUT I.

Qualiter ſacerdos cavere debeat ab illicita delectatione.

PARTICULA II.

B Solicitus etiam ſit Sacerdos, ne dum confitentem foris a ſordibus purgat, ipſe ex his, quæ audit per voluntariam delectationem interius ſordidetur. Debet enim eſſe, ut nobilis manus, quæ alium lavans, lavatur, mundans mundatur, non ut lixivia vilis, quæ alia mundificans inquinatur. Caveat ergo ne per voluntariam delectationem caput aſpidis ſurgat, & occidat eum lingua viperæ. Gloſſa: Aſpis eſt parvus ſerpens, vipera prolixioris eſt corporis, & ſic naſcitur, ut violenter exeat. Caput itaque aſpidis ſugit, & occidit eum lingua viperæ, quia cum C initium ſuggeſtionis occultæ libenter ſuſcipit, violentis poſtmodum ſe tentationibus devictus tradit, vel quia venenum aſpidis concite, viperæ tardius occidit, per aſpidem violenta, & ſubita, per viperam tentatio tardior ſignificatur. Hæc Gloſſa.

Job 20

CAPUT I.

Quod confeſſor non reſpiciat faciem pœnitentis.

PARTICULA III.

Debet etiam cavere ſacerdos, ne vultum ſibi confitentis maxime mulieris reſpiciat, ne confitens confundatur, & ne ipſe delectatione illicita capiatur, unde debet ſemper mu-

Digitized by Google

mulier ſedere a latere confeſſoris, quia ut dicit Habacuc: Facies ejus ventus urens, & Gloſſa Gregorii ſuper illo verbo Geneſis: Vidit igitur mulier, &c. Ne lubrica in cogitatione verſemur non debemus intueri, quod non licet intueri, quod non licet concupiſci. Ut enim munda mens in cogitatione ſervetur, a laſcivia voluptatis reprimendi ſunt oculi, quaſi quidam raptores ad culpam. Non enim Eva lignum contigiſſet, niſi prius incaute reſpexiſſet. Penſandum ergo quantum ad illicitis debeamus viſum reſtringere, qui mortaliter vivimus, ſi & mater viventium per oculos ad mortem venit. Hæc Gloſſa.

Abacuc. 1 Gen. 3 Ex greg. l. 21 Mor. c. 2 ante med.

CAPUT I.

Quod Confeſſor peccata pœnitentium non abhorreat.

PARTICULA IV.

NOn debet etiam confeſſor pœnitentis horrere peccata, quantumcumque enormia, turpia, magna, inaudita, vel inuſitata ſint, quia ut dicit Joannes: Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam mittat. Aut enim confeſſor fuit, vel eſt, vel erit, aut eſſe potuit, in ſimilibus peccatis, vel majoribus. Unde præcipit Deus: Non abominaberis Idumæum, id eſt, peccatorem rubore confuſionis dignum, quia frater tuus eſt, vel Ægyptium, id eſt, peccatorem peccatorum anguſtiis tribulatum. Idumæus namque rufus, vel rubens interpretatur. Ægyptius anguſtia, ſive tribulatio.

Joan. 8 *Deut. 23*

CAPUT I.

Qualiter ſacerdos alloqui debeat Pœnitentem.

PARTICULA V.

EXinde debet confeſſor pio ac ſuavi alloquio, ipſum confitentem ad veram compunctionem, & ad nudam, & expreſſam confeſſionem inducere, non ſtatim ex abrupto, ſi tempus ſufficit, inferre, Dic peccata

A tua, ſed dulciter ei proponere aliqua de confeſſionis utilitate, quæ valet ad ſeptem. Valet enim ad peccati cognitionem propter inſtructionem ſacerdotis. Unde dicitur in Deuteronomio: Si difficile, & ambiguum judicium apud te eſſe perſpexeris inter ſanguinem, & ſanguinem, cauſam, & cauſam, lepram, & non lepram, & infra parum: Surge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, & venies ad ſacerdotes Levitici generis, quæreſque ab eis. Pſalmiſta: Dixi confitebor, &c. Si propoſitum valet, quanto magis ipſa confeſſio: Ad cogniti, & contriti ſatisfactionem. Unde dicitur in Eccleſiaſtico; Eſt confuſio adducens gloriam, & gratiam. Ad B pœnæ diminutionem, vi clavium, de hoc Matthæus: Quodcumque ſolveris ſuper terram, &c. Ad Dei glorificationem. Unde Joſue: Da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere, atque indica mihi quid feceris. Ad interceſſorum multiplicationem, dicente Jacobo: Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro invicem ut ſalvemini. Ad conſcientiæ aſſecurationem. Unde David ſtatim cum dixit: Peccavi, audivit, Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum non morieris. Et hoc eſt magnum bonum, ut dicit Paulus: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Proponat etiam ei de C peccatorum venia, de Dei miſericordia, & ſuadeat ei, quod non vereeundetur confiteri, ſed nude, & expreſſe omnia confiteatur, quia non homini confitetur, ſed Deo ſcienti omnia, qui ſi nude confiteatur pro abſoluto habetur, ſi vero ſcienter aliquid occultaverit, confeſſio nihil valebit, quia qui in hoc uno offendit, factus eſt omnium reus, inquit Jacobus. Si vero non vult confiteri, proponat ei terrores judicii, pœnas inferni, & quod multo melius eſt, erubeſcere hoc coram uno homine, quam in die judicii coram Deo, & omnibus Angelis, hominibus, & dæmonibus.

Deut. 17 *Pſal. 31* *Eccl. 4* *Matt. 16* *Joſue 7* *Jac. ult.* *2 Reg. 12* *2 Cor. 1* *Jac. 2*

CA-

A

Caput I.

Quod confeſſor in judicio pœnitentiæ perſonam non accipiat.

Particula VI.

STudeat etiam confeſſor cavere ab acceptione perſonarum, quod confeſſor in judicio pœnitentiæ perſonam non accipiat, quæ ſic deſcribitur a magiſtris. Acceptio perſonæ eſt injuſtitia, qua præfertur perſona perſonæ propter cauſam indebitam. Attende diligenter, o judex pœnitentialis, quod tibi dicitur: Non facies quod iniquum eſt, nec injuſte judicabis. Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis. Ne videlicet declines a via juſtitiæ propter pauperis compaſſionem, vel propter potentis adulationem. Attende præterea tibi dictum: Non accipias perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba juſtorum. Attende nihilominus diligenter, & conſidera univerſaliter omnibus confeſſoribus eſſe dictum: Audite illos, & quod juſtum eſt, judicate, ſive civis ille, ſive peregrinus nulla erit diſtantia perſonarum, ita parvum audietis, ut magnum, non accipietis cujuſquam perſonam, quia Dei judicium eſt. Audite inquam, id eſt, diligenter intendite peccata, & peccatorum circunſtantias examinando: & quod juſtum eſt judicate, juſtos videlicet, ſive divites, ſine pauperes abſolvendo: & impios, quamvis etiam potentes & divites condemnando: nec accipietis perſonam cujuſquam, pauperes indebite exaſperando & divitibus & potentibus adulando. Non inquam accipias perſonam, ne maledictione prophetica feriaris, qua dicitur: Væ qui juſtificatis impium pro muneribus, & juſtitiam juſti aufertis ab eo.

Lev. 19 · *Deut. 16* · *Deut. 1* · *Iſa. 5*

B

DE INTERROGATIONIBUS faciendis in confeſſione. Cap. II. continens Particulas XX.

Caput II.

Qualiter interrogationes ſint faciendæ in generali.

Particula I.

POſt hæc ſacerdos incipiat audire confeſſionem ipſius. Interrogando ſi peccator neſciat confiteri, & adjuvando per inquiſitionem, diſcrete tamen, ita quod ſolicitus ſit uſitata peccata ſingilatim requirere, inuſitata vero per circumſtantias generales, & valde remotas caute inveſtigare; ne inexpertis detur materia, vel occaſio, quod ante neſciverant perpetrandi, ſicut aliquoties contingit ex quorumdam inſipientium confeſſorum interrogationibus. Taliter autem indiſcrete interrogantes, non ſunt vitiorum evulſores, & deſtructores, ſed potius ædificatores, & plantatores. Ideo, ut dictum eſt, non debent de peccatis inuſitatis expreſſe interrogare, ſed nec ad circumſtantias ſpeciales deſcendere, ſed tantummodo in univerſalibus ſtare, & ſapienter valde a longe & a remotis generalibus circumſtantiis incipere quærere, ita ut ſi fecit, confitens ſtatim cognoſcat; ſi non fecit, neſciat quid confeſſor dicat. Verbi gratia: Si de incontinentia quærat, & velit ſcire, an in turpi vitio peccavit, dicere poteſt: Habuiſti unquam pollutionem dormiendo? Si dicat, quod ſic; quærat, ſi vigilando, quia omnis pollutionis voluntaria procuratio, excepto fœdere matrimoniali, peccatum mortale eſt: Si adhuc dicat, quod ſic, poſſet quærere quomodo, caveat tamen, ne unquam quærat utrum illo, vel illo modo ſpeciali, ſed quærendo generaliter modum, expectet ab illo determinationem. In quo caſu poteſt intelligi, quod præcipit Domi-

C

Digitized by Google

nus confeſſori ſub typo creditoris in
Deut. 24 Deuteronomio: Cum repetes a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum ejus, id eſt cor vel conſcientiam ejus, ut pignus auferas, ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet, quod habuerit, ſi vero dicat, quod non, taceat ſacerdos. Cavere enim debet ne lupum excitet dormientem, ne videlicet peccata nova in animo hominis repræſentet. Similiter faciendum eſt de aliis peccatis inconſuetis. Si autem confitens etiam peccata conſueta neſciat confiteri, ut fere communiter omnes rurenſes, poteſt & debet confeſſor interrogare, ſecundum illud Ezechielis: Fili
Ezec. 8 Tom. 4 hominis fode parietem. Auguſtinus de vera, & falſa pœnitentia circa finem: Diligens igitur inquiſitor & ſubtilis inveſtigator ſapienter, & quaſi aſtute interroget a peccatore, quod forſitan ignorat, vel verecunde velit occultare. Cognito itaque crimine, varietates ejus non dubitet iveſtigare, & locum & tempus, &c. quæ ſupra diximus in exponendo eorum qualitates, quibus cognitis, adſit benevolus, paratus erigere, & ſecum onus portare. Habet dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, diſcretionem in varietate perſonarum. Et infra: Semper eum juvet leniendo, ſpem promittendo, conſolando, & cum opus fuerit etiam increpando, hæc Auguſtinus. Et introducitur hæc auctoritas, & multa de iſta materia de pœnit. d. 6 per totum.

Caput II.

Qualiter & de quibus interrogandum ſit, & primo de ſuperbia.

Particula II.

TAliter autem Sacerdos poteſt incedere, interrogando primo de ſuperbia, & primo: Si ex tumore cordis cum deliberatione, ſuperbivit de bonis naturæ alios contemnendo, utpote de ingenii naturalis ſubtilitate, de corporis fortitudine, pulchritudine, agilitate, & ſimilibus, de omnibus donis, ſcilicet gratiæ gratis datæ, ſicut de bona voce, de affabi-

A litate, eloquentia, & ſimilibus, appetendo pro his inordinate placere, vel eadem, ſi non adfuerint, culpabiliter affectando. Secundo, de bonis fortunæ: Si ſe extulit de divitiis, de parentum multitudine, nobilitate, & de propria dignitate, poteſtate, de acquiſita ſcientia, induſtria, experientia, de conſilii excellentia, & ſimilibus, vel ſi defuerunt, ea culpabiliter affectavit. Quæret etiam ſi de præmiſſis omnibus, vel aliquibus, aliquando ſe jactavit, forte etiam mendaciter, & de quatuor ſpeciebus ſuperbiæ, quæ continentur in hoc verſu:

A ſe, pro meritis, falſo plus omnibus inflat.

B Tertio de bonis gratiæ gratum facientis, utpote de devotione, oratione, de lacrymis, jejunio, ſilentio, obedientia, humilitate, & ſimilibus omnibus exercitiis, quoquomodo ad gratiam gratum facientem pertinentibus. Quarto, ſi extulit ſe de peccatis, utpote de luxuria, vel aliis quibuſcumque, quia ſecundum beatum Gregorium: Omni culpa gravius eſt, quando de commiſſo vitio ſuperbitur. Greg. lib. 7 mor. ca. 10 poſt med.

Caput II.

De Invidia.

Particula III.

C QUærat etiam de invidia. Si lætatus eſt de proximi adverſitate, qui eum læſit, vel contriſtatus de proſperitate, quod eſt primus gradus invidiæ: vel qui non læſit, quod eſt ſecundus: vel qui bene ſibi fecit, quod eſt tertius. Hic deſcendere poterit de diverſis adverſitatibus in ſpeciali, ſcilicet infirmitate corporis, labore, & dolore, vel cordis tribulatione, vel confuſione, & ſimilibus ſecundum quod pro varietate perſonarum viderit expedire.

Caput II.

De Ira.

Particula IV.

POſtea quærat de ira, ſecundum tres gradus iræ. Primus eſt quando

Digitized by Google

do homo iraſcitur, & maledicit, vel A malafacit conviſianti ſibi, vel malefacienti. Secundus gradus eſt; quando ex amaritudine cordis ſibi maledicit, vel malefacit ſe percutiendo, vel aliquid hujuſmodi. Tertius gradus eſt, quando homo ex nimio furore, in ludo, vel alibi, maledicit Deo benedicto, ubi etiam quærat de peccatis; quæ proveniunt ex ira, ſcilicet de bellis, homicidiis, incendiis, & hujuſmodi.

CAPUT II.

De Acedia.

PARTICULA V.

DEinde quærat de acedia. Primo B ſi per tædium boni, ex conſuetudine, & pravitate, & deſiderio mali, quodcumque malum faciendo lætatur, & bonum quodcumque faciendo triſtatur, ubi poterit deſcendere ad diverſa bona, & mala, ſecundum quod exigit diverſitas perſonarum. Secundo quod ſi non ſolum in bono triſtatur, & malo lætatur, ſed etiam aliquos deridendo a bono retraxit, vel ad malum attraxit, verbis, geſtibus, & exemplis. Tertio, ſi deſperando, vel de miſericordia Dei nimium præſumendo, omni ſtultitiæ, & impudicitiæ ſe tradidit per otium, a bona cogitatione, locutione, & operatione ceſſando, concupiſcentiæ carnis, oculorum, & ſuperbiæ vitæ inſiſtendo: aut amore mali, aut tædio boni, malo per negligentiam non re- C ſiſtendo, in diſſolutione ſpectacula vana videndo, in fractione vocis, in levitate mentis, in geſtibus corporis laſciviendo inepte, & nimis ridendo, alios ad riſum movendo, fabuloſa & vana loquendo, vagus & inconſtans exiſtendo, quod modo non vult, modo vult, quod nunc laudat nunc vituperat, gravis ad bona, levis ad mala, gratiam Dei repellendo, & ſi receperit, expellendo, tempus, horas, dies & menſes & annos inutiliter expendendo, pœnitentias injunctas indevote perficiendo, vel imperfectas relinquendo, vel totaliter omittendo.

CAPUT II.

De Avaritia.

PARTICULA VI.

QUærat etiam de avaritia, & tribus gradibus. Primus ſi ſua non communicavit ut debuit, ubi quærat de operibus miſericordiæ ſi omiſit, & hoc tam de ſpiritualibus, quam de corporalibus. Spiritualia ſunt hæc, doctrina, conſilium, injuriarum remiſſio, correctio, conſolatio, ſupportatio, & oratio, quæ præter primum continentur in hoc verſu:

Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora.

Corporalia continentur in hoc verſu:

Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Secundus gradus eſt, quando per fraudem acquirit, ubi quærat de diverſis modis illicite acquirendi, de quibus poſtea tangetur. Tertius gradus eſt, ſi non reſtituit illicite acquiſita, nec etiam operarios, vel ſervientes ſibi remuneravit, ut debuit.

CAPUT II.

De Gula.

PARTICULA VII.

QUærat etiam de gula, ſecundum tres gradus gulæ, primus ſi ſe replevit frequenter, & præpoſuit epulas dilectioni, vel delectationi Dei, ita quod non delectaret eum quidquam boni agere. Secundus gradus eſt, quando quaſi nullum vel paucos dies vult jejunare, & ſi jejunat, immunde jejunat, bibendo vinum ante prandium in quadrageſima, vel aliis diebus jejuniorum. Tertius gradus eſt, ſi comedat, aut bibat, ut fortior ſit ad peccandum. Quærat etiam de ſpeciebus gulæ ſubſcriptis. Prima ſi nimis ſæpe ſumpſit cibum. Secunda ſi variis ferculis uſus ſit. Tertia ſi nova cibaria requirat, & inconſueta. Quarta, ſi pretioſa & ſumptuoſa requirat, non habito etiam reſpectu quod magis ſint ſaporoſa. Quærat

etiam

Digitized by Google

etiam ſi propter delectationem comedit nociva corpori, & in infirmitate poſitus morbum potius confortavit, quam naturam.

CAPUT II.

De Luxuria.

PARTICULA VIII.

QUærat etiam de luxuria, de tribus gradibus ejus. Primus ſi peccavit ſolutus cum ſoluta, vel econtrario. Secundus, ſi conjugatus cum conjugata, vel econtrario. Tertius ſi vitio Sodomitico, ubi cautiſſime procedat, ſicut ſuperius eſt expreſſum. Quærat etiam ſi cum conſanguinea vel affini.

CAPUT II.

De primo præcepto Decalogi, de ſacramentis, & articulis fidei.

PARTICULA IX.

POſtea procedere poteſt confeſſor, ſi voluerit, de decem præceptis, quæ continentur his verſibus.

Sperne deos, vita perjuria, ſabbata ſerva.
Non ſis occiſor, mœchus, fur, teſtis iniquus.
Sit tibi patris honor, ſit tibi matris amor.
Nullius nuptam, vel rem cupias alienam.

Circa primum præceptum ſic quærat. Si aliquando quatuordecim articulos fidei non credidit, tam de divinitate, quam de humanitate Chriſti. Septem autem articuli pertinentes ad divinitatem ſic diſtinguuntur. Primus eſt de unitate eſſentiæ, ſcilicet: Credo in Deum, ſingulariter, non Deos, ut notet unitatem eſſentiæ. Unde in majori Symbolo dicitur: Credo in unum Deum. Iſte primus articulus, ſcilicet: Credo in Deum, debet retoreueri ad tres ſequentes, qui ſunt de tribus perſonis. Primus de Patre, cum dicitur: Patrem omnipotentem. Secundus de Filio, cum dicitur: Et in Jeſum Chriſtum Fi-
A lium ejus unicum Dominum noſtrum. Tertius de Spiritu ſancto, cum dicitur: Credo in Spiritum ſanctum. Eſt ergo ſenſus: Credo in Patrem omnipotentem Deum. Credo in Filium unicum Dominum noſtrum Deum: Credo in Spiritum ſanctum Deum. Ecce habemus quatuor articulos pertinentes ad divinitatem in ſe. Tres alii pertinent ad effectus. Primus indicat effectum creationis, ſcilicet, Creatorem cœli & terræ. Secundus effectum recreationis, ſcilicet, Sanctam Eccleſiam Catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum: Tertius, effectum reſurrectionis, ſcilicet, Carnis reſurrectionem, & vitam æternam. Car-
B nis reſurrectio pertinet ad corpus: vita æterna ad animam. Ecce tres articuli pertinentes ad effectus divinitatis, quatuor ad divinitatem in ſe conſideratam, & ſunt ſimul ſeptem. Septem pertinentes ad humanitatem ſunt iſti. Primus ſcilicet, Conceptus de Spiritu ſancto. Secundus, Natus ex Maria Virgine. Tertius, Crucifixus, mortuus, & ſepultus. Quartus, Deſcendit ad inferos. Quintus, Reſurrexit a mortuis. Sextus, Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Septimus, Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Quærat etiam circa Eccleſiaſtica ſacramenta, quæ continentur in hoc verſu:

C *Abluo, firmo, cibo, dolet, ungo, ordinet, jungo.*

Quærat etiam, ſi aliquando voluntarie, & forte ex deliberatione, circa prædicta dubitavit, tertio, ſi ſortilegiis & divinationibus corde credidit, vel ore docuit, vel talia in opere perpetravit.

CAPUT II.

De ſecundo præcepto.

PARTICULA X.

QUærat etiam de ſecundo mandato: Si aliquando nomen Dei ſumpſit in vanum, ſine cauſa jurando, juramentum violando, votum tranſgrediendo, falſa juratio-

ne

Digitized by Google

ne affirmando, vel negando, inutiliter jurando, conſuetudinem incurrendo.

CAPUT II.

De tertio præcepto.

PARTICULA XI.

QUærat etiam de tertio mandato: Si ſolemnitates præcipuas, & dies Dominicos, & feſtivos violavit, opera ſervilia faciendo, choreas ducendo, vel eas ducentibus intendendo, vel aliquos geſtibus, vel ornatu ad libidinem provocando, peccata luxuriæ, vel alia committendo. In quibus omnibus poterit deſcendere ad multa ſpecialia & ſingularia, ſecundum varias circumſtantias perſonarum.

CAPUT II.

De quarto præcepto.

PARTICULA XII

CIrca quartum præceptum quærat, ſi ſpiritualem patrem, vel prælatum inhonoravit, ejus præcepta contemnendo, excommunicationem incurrendo, vel quam incurrerat non curando, vel in ea exiſtens, divinis officiis ſe ingerendo, vel prælato detrahendo, vel contentioſe contradicendo, vel corde vel ore maledicendo, vel debita ſubtrahendo. Similiter de parentibus carnalibus, multa hujuſmodi quærere poterit, juxta quod viderit expedire.

CAPUT II.

De quinto præcepto.

PARTICULA XIII.

CIrca quintum præceptum quærat: Si occiderit aliquid omittendo, ut ſi in extrema, vel notabili neceſſitate poſito non ſubvenit. Item ſi occidit committendo, utpote corde odiendo, ore detrahendo, malum conſulendo, opere vel malo exemplo

A animam alicujus interficiendo. Item ſi corporaliter occidit, & hoc tripliciter, caſu, neceſſitate, vel voluntate. Item etiam quærat ſi circumſtantia perſonæ exegerit, ſi occidit, conceptum præpediendo, vel abortum procurando, licet fortaſſis effectus in hujuſmodi non fuerit ſubſecutus.

CAPUT II.

De ſexto præcepto.

PARTICULA XIV.

CIrca ſextum præceptum quærat ſecundum ſeptem differentias luxuriæ, fornicationem, meretricium,
B adulterium, ſtuprum, ſacrilegium, quod eſt concubitus, prout hic ſumitur, quo continentia Deo ſacrata læditur, vel violatur, inceſtum, & peccatum Sodomiticum, poteſt etiam addi octava differentia, ſcilicet libidinoſus coitus conjugalis, qui aliquando provenit ex fragilitate, aliquando ex impetuoſitate metas honeſtatis, & rationis tranſcendens, & ideo ſemper eſt mortale peccatum, quod fit quinque modis. Primus cauſa ſatiandæ libidinis, & hoc per meretricias blanditias. Secundus, quando fit contra nataralem uſum. Tertius, cum fit in tempore prohibito. Quartus, cum in loco prohibito. Quintus, cum acceditur ad vicinam, vel quæ eſt in
C fluxu menſtruo. Hæc ſunt verba Magiſtri Alexandri, de quibus omnibus confeſſor interrogando cautiſſime procedat, ne efficiatur eis cauſa mortis, quibus oſtendere debuerat viam vitæ.

CAPUT II.

De ſeptimo præcepto.

PARTICULA XV.

CIrca ſeptimum præceptum quærat de quinque differentiis contrectationis rei alienæ, quæ ſunt beneficii ſubtractio, rapina, furtum, uſura, ſimonia.

CA-

Digitized by Google

A

Caput II.

Ee octavo præcepto.

Particula XVI.

Circa octavum præceptum quærat de octo generibus mendacii, quorum quinque ſunt mortalia, & tria venialia, & continentur in his verſibus:

Perverſus doctor, detractator, teſtis iniquus,
Mentirique libens, & qui mentitur adulans,
Res, corpus, florem ſi quis fallendo tuetur.
Hæc tria ſunt veniæ, ſunt mortis cetera quinque.

Caput II.

De nono præcepto.

Particula XVII.

Circa nonum præceptum quærat, ſi libenter aliquando habuiſſet rem proximi, etiam injuſte, ſed ſine conatu exteriori auferendi: vel aliquando cum conatu exteriori, ſed ſine effectu.

Caput II.

De decimo præcepto.

Particula XVIII.

Circa decimum præceptum quærat, ſi moroſas cogitationes luxuriæ volvebat in corde, & ſine conſenſu operis, vel aliquando cum conſenſu, ſed ſine conatu exteriori directe, vel indirecte ſignis, nutibus, geſtibus, per ſe, vel per alios, perſonas aliquas ſolicitando: vel etiam ſi concupiſci voluit cum conatu exteriori, vel ſine ut prius. Hic ſimiliter exprime diverſos conatus, quibus tam mulieres quam viri provocant perſonas, a quibus deſiderant concupiſci.

Caput II.

De novem modis currendi cum fure.

Particula XIX.

Quærat etiam de novem modis currendi cum fure. quos ad multa alia præcepta poterit adaptare, qui continentur in his verſibus:

Juſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus,
Mutus, participans, non obſtans, non manifeſtans.

Iſta poſſunt applicari ad eos, qui tenent, Judæos, meretrices, luſores in domibus, & ad multa alia peccata.

B

Caput II.

De circumſtantiis.

Particula XX.

Quærat etiam de circumſtantiis peccatorum, quæ continentur in hoc verſu:

Quis, quid, ubi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando.

De quibus circumſtantiis loquitur Auguſtinus, in libro de vera & falſa Pœnitentia, cap. 10 & ponuntur de pœnitentia diſtin. 5. Conſideret & in 4 libro ſententiarum diſt. 16 circa princ. Poſt igitur illa tria, quæ præ omnibus convenit quæri, ſcilicet ſi fidem ſanctam firmiter teneat, extra. de pœnit. & remiſſ. Deus qui Eccleſiam, in fi. Si orationem Dominicam ſciat. Si omnes homines in Eccleſia diligat, ac de prædictis circumſtantiis taliter quærat. Primo quis ipſe fuerit, cum peccavit, cujus ſcilicet conditionis, cujus gradus. eodem enim genere peccati peccat gravius ſacerdos quam diaconus, diaconus quam ſubdiaconus, ſubdiaconus quam acolytus, acolytus quam laicus, religioſus quam ſæcularis. Quærat etiam quid fecit, ſcilicet perjurium, fraudem, & hujuſmodi. Quærat ubi peccavit, in loco ſacro, vel publico. Quærat etiam cum quo, vel

C

vel per quos, non de perſonis, ſed de conditionibus perſonarum, utrum ſcilicet fuerint conjugatæ vel ſolutæ, cognatæ vel affines, clerici vel laici. Quærat etiam quoties, ut ſi ſciat numerum peccatorum dicat ſecundum veritatem, vel ſaltem ſecundum æſtimationem. Dicat etiam cum quot, & quamdiu in peccato permanſerint. Quærat etiam cur, quia ſi graviter Deum offenderit, qui ex timore, vel coactione peccavit: gravius tamen, qui ex craſſa vel ſupina ignorantia; graviſſime qui ex pura malitia. Item ſi multum peccavit, qui ab aliis cogitur, multo plus, qui ſe cogit peccare, ut quidam luxurioſi, guloſi, malitioſi, deſperati. Quærat etiam quomodo, utrum tali vel tali modo. Hanc tamen circumſtantiam non quærat de peccato luxuriæ, niſi a remotis, ut prædixi. Quærat etiam quando, utrum in tempore feſtivo, vel non feſtivo. Item cum quæritur quis fuerit, poteſt quærere de circumſtantiis ſui officii. Verbi gratia. Si eſt regularis, interrogetur de inobedientia, de proprietate, incontinentia, de ſimonia, & aliis pertinentibus ad obſervantiam regularem. Si eſt clericus de ſimonia in ordinibus, & beneficiis, & hujuſmodi multis: Præmiſſæ etiam circumſtantiæ, & quædam aliæ continentur in præſcriptis:

Aggravat, ordo, locus, perſona, ſcientia, tempus.
Ætas, conditio, numerus, mora, copia, cauſa.
Et modus in culpa, ſtatus altus, lucta puſilla.

Super omnia autem attendat confeſſor, ut confitentem peccato faciat abrenunciare, non tamen juramento propter periculum perjurii, niſi in caſibus expreſſis in jure. Primus quando quis excommunicatus pro enormi crimine veniam poſtulat. 11 quæſt. ult. Cum aliquis, & extra. de ſentent. excom. Ex tenore. Secundus, quando ab hæretico revertente requirit juramentum. 1. quæſt. 7. Quoties. Tertius ab incendiario, ut 23 quæſt. ult. Peſſimam. Similiter in quolibet horrendo crimine, jurabit pœnitens ſe numquam ſimile

A commiſſurum, 11 quæſt. 2 De viro. Non tamen id faciendum eſt de quolibet mortali, nec etiam de quolibet enormi, cum periculum timetur perjurii. Arg. Extra. de cohabit. cler. & mulie. Clericos.

Quærat etiam de quinque ſenſibus, & affectionibus ſeptem, quæ ſunt, ſpes, timor, gaudium, mœror, & amor, & pudor, & odium.

Poterit etiam quærere cum opportunum fuerit, de vigintiquatuor peccatis linguæ, quæ ſunt hæc, blaſphemia, peccatum murmuris, peccati defenſio, perjurium, mendacium, detractio, adulatio, maledictio, convitium, contentio, bonorum deriſio, pravum conſilium, peccatum B ſeminantium diſcordias, peccatum bilinguium, rumor, ſecreti revelatio jactantia, indiſcreta comminatio, promiſſio, otioſum verbum, multiloquium, turpiloquium, ſcurrilitas, indiſcreta taciturnitas. Attende tamen, quod non omnia quæ dicta ſunt de quolibet confitente ſunt inquirenda, ſed variis varias morbis debes dare curas, juxta doctrinam Hieronymi in gloſſa ſuper verba Marci: Hoc genus in nullo poteſt eiici niſi in oratione & jejunio, ubi ait: Medicina cujuſlibet vulneris, adhibenda eſt ei. Non ſanat oculum quod calcaneum, jejunio paſſiones corporis, oratione ſanantur peſtes mentis. Hæc gloſſa.

Peccata linguæ.

C

DE POENITENTIIS

Injungendis ſecundum Canones pœnitentiales. Cap. II. continens Particulas LIX.

Caput III.

Quod pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, & utrum ſacerdos teneatur ſcire Canones pœnitentiales.

Particula I.

Circa pœnitentias injungendas hoc teneas, quod omnes pœnitentiæ arbitrariæ ſunt, & arbitrio pœnitentialis judicis relin-

De hac materia legendus eſt Auctor in 4 d. 20 q. 3

Digitized by Google

linquuntur. Et hoc probat Leo Papa 26 q. 7. Tempora, & Nicolaus Papa ead. De his vero, & Concilium Carthag. ea. Pœnitentibus, & Hieronym. de pœn. d. 1. Menſuram. Et hanc opinionem approbat conſuetudo, quia generaliter hoc ſervatur. Nec obſtat quod dicit Greg. de pœnit. diſt. 5. Falſas pœnitentias dicimus, quæ non ſecundum auctoritatem ſanctorum Patrum, pro qualitate criminis imponuntur: quia hoc verum eſt, niſi ex cauſa conſideratis circumſtantiis, pœnitentia temperetur. Nec illud Gregorii: quod prolixior debeat eſſe pœnitentia quam fuerit culpa. de pœnit. diſt. 3. Productior: quia hoc intelligendum eſt de interiori pœnitentia: vel poteſt intelligi de pœna, quam patimur propter peccatum primi parentis. Quamvis autem pœnitentiæ ſint arbitrariæ, ſemper tamen pro quolibet mortali peccato, ſeptennis pœnitentia eſt imponenda, 33 q. 2. Hoc ipſum, & §. ſeq. 22 q. 1. Prædicandum, niſi major vel minor inveniatur a canone expreſſa. In quo quidem caſu, ſi crimen publicum ſit, publica non minor vel major quam ſcripta ſit, pœnitentia eſt imponenda. Extra. de pœnitent. & remiſſ. Qui ſint. Si occultum, tunc indiſtincte arbitrariæ imponuntur, ſicut probant concordantiæ jam ſignatæ. Certum eſt etiam, quod major cauſa diſpenſandi in pœnitentia requiritur in publico, quam in occulto. In utroque tamen, ex cauſa minor pœnitentia poteſt imponi conſideratis criminis quantitate, & qualitate, & perſonæ dignitate, conditione, ſexu, officio, paupertate, debilitate, conſuetudine, complexione, ſocietate, contritione, loci, religionis, & temporis, qualitate, cauſa, animo, voluntate, & aliis circumſtantiis, quas
c. 10 to. 4 ponit Auguſtinus in libro de vera, & falſa pœnitentia, & introducitur de pœnit. diſt. 5 cap. 1. Supra dictis igitur conſideratis, alleviabit, vel aggravabit ſacerdos diſcretus pœnas peccantium. de penitent. diſtinct. 1. In actione. & cap. Judicet. quia apud Deum plus valet mortificatio vitiorum, quàm abſtinentia ciborum, ut

A in præallegato cap. Menſuram. Ut autem ſacerdos circa pœnitentias diſpenſando cautius arbitretur, nota caſus in quibus per canones certæ pœnæ ſeu pœnitentiæ imponuntur. Nam canones pœnitentiales tenetur ſcire ſacerdos, 38 diſt. Cæleſtinus Papa omnibus orthodoxis Epiſcopis: Nulli ſacerdoti liceat canones ignorare, &c. & ca. ſequenti, Auguſtinus. Quæ ipſis ſacerdotibus neceſſaria ſunt ad diſcendum, id eſt, ſacramentorum liber, hoc eſt Miſſale, lectionarius, antiphonarius, baptiſterium, computus, canones pœnitentiales, pſalterium, homeliæ per circulum anni diebus Dominicis & ſingulis feſtivitatibus aptæ. Ex quibus
B omnibus ſi unum defuerit, ſacerdotis nomen vix in eo conſtare poterit, quia valde periculoſæ Evangelicæ minæ ſunt, quibus dicitur, Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt.

Caput III.

De pœnitentia presbyteri fornicantis.

Particula II.

Primus Canon ex Concilio Gangren. 82 diſt. *Presbyter ſi fornicationem fecerit quamquam ſecundum canones Apoſtolorum debeat deponi: tamen juxta auctoritatem beati Silveſtri Papæ,*
C *ſi non in vitio perduret, ſi ſua ſponte confeſſus adjecit, ut reſurget, decem annis in hunc modum pœniteat. Tribus quidem menſibus privato loco a ceteris remotus pane, & aqua a veſpera in veſperam utatur: tantum autem diebus Dominicis & præcipuis feſtis, modico vino, & piſciculis, atque leguminibus recreetur, ſine carne, & ſagimine, & ovis, & caſeo, & ſacco indutus, humo adhæreat, die ac nocte jugiter miſericordiam Dei omnipotentis imploret. Finitis tribus menſibus continuis exeat, tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo ſcandalum patiatur. Nec enim debet ſacerdos publice pœnitere ſicut laicus. Poſtea aliquantiſper reſumptis viribus, annum unum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis Dominicis diebus, & præcipuis feſtivitatibus,*

bus, in quibus vino, & ſagimine, ovis, & caſeo, juxta canonicam menſuram uti poterit. Finito primo anno, & dimidio, corporis, & ſanguinis Domini noſtri, ne indureſcat, particeps fiat, & ad pacem veniat, pſalmos cum fratribus ultimus in choro canat, ad cornu altaris non accedat, juxta beati Clementis vocem, minora gerat officia. Deinde vero uſque ad expletionem ſeptimi anni, omni quidem tempore, exceptis tribus Paſchalibus diebus, tres a legitimas ferias in unaquaque hebdomada, in pane, & aqua jejunet. Expleto anni ſeptimi circulo, ſi fratres apud quos pœnituit ejus condignam pœnitentiam laudaverint, Epiſcopus in priſtinum honorem, juxta beati Calixti Papæ auctoritatem, eum poterit revocare. Sane ſciendum eſt, B *quod ſecundam feriam unum pſalterium canendo, aut unum denarium pauperibus dando ſi opus eſt, redimere poteſt. Finitis ſeptem annis deinde uſque ad finem decimi anni, ſextam feriam nulla interveniente redemptione obſervet, in pane & aqua. Eadem quoque pœnitentia erit ſacerdoti de omnibus aliis peccatis, & criminibus, quæ eum in depoſitionem adducunt. Neque hoc cuilibet videatur oneroſum, ſi ſacerdos poſt lapſum, digne ut ſupradictum eſt, pœnitens ad priſtinos redeat honores.* Hæc canon. a *Legitimas*, ſcilicet ſecunda, quarta, & ſexta feria. De ſecunda feria 11. q. 3. De illis. De quarta, & ſexta feria, de conſec. diſt. 5. Jejuna.

C

CAPUT III.

De pœnitentia ſacerdotis fornicantis cum filia ſpirituali.

PARTICULA III.

Secundus canon eſt Cæleſtini Papæ 30 q. 1. *Si quis ſacerdos cum filia ſpirituali fornicatus fuerit, ſciat ſe grave adulterium commiſiſſe. Idcirco fœmina, ſi laica eſt, omnia relinquat, & res ſuas pauperibus tribuat, & converſa in monaſterio, jugi pœnitentia Deo uſque ad mortem ſerviat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando quindecim annis pœniteat. poſtea vero ad monaſterium vadat, ibi-* A *que diebus omnibus vitæ ſuæ Deo ſerviat.* Hæc canon. Idem: *Non debet Epiſcopus, aut presbyter commiſceri cum mulieribus, quæ ei ſua confeſſæ fuerint peccata. Si forte, quod abſit, hoc contingerit, ſic pœniteat, quomodo de filia ſpirituali. Epiſcopus quindecim annis, Presbyter duodecim annis, & deponatur, ſi tamen in conſcientia populi devenerit,* Hæc canon.

CAPUT III.

De pœnitentia ejus, qui peccavit contra naturam.

PARTICULA IV.

Tertius canon eſt Concilii Lateranenſis, extra. de exceſſ. prælator. Clerici. & infra. *Quicumque illa incontinentia, quæ contra naturam eſt,* Eph. 5 *propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, & quinque civitates ignes conſumpſit, deprehenſi fuerint laborare, ſi clerici fuerint, deiiciantur a clero, vel ad agendam pœnitentiam in monaſteriis detrudantur. Si laici, excommunicationi ſubdantur, & a cœtu fidelium ſint, vel fiant penitus alieni.* Hæc canon. Hoc autem vitium majus eſt, quam ſi matrem quis cognoſceret, 32 q. 7. Adulterium.

CAPUT III.

De pœnitentia ſacerdotum clandeſtinas deſponſationes non prohibentium, aut eiſdem intereſſe præſumentium.

PARTICULA V.

Quartus canon eſt Innocentii Tertii, in Concilio generali, extra. de clandeſt. deſpon. *Cum inhibitio copulæ conjugalis ſit in ultimis tribus gradibus revocata, eam in aliis volumus diſtricte ſervari. Unde prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærendo clandeſtina conjugia penitus inhibemus, prohibentes etiam, ne quis ſacerdos talibus intereſſe præſumat. Quare ſpecialem quorumdam locorum conſuetudinem, ad alia generaliter prorogando ſtatuimus, ut cum matrimonia fuerint contrahenda, in Eccleſiis per presbyteros publice proponantur, competenti termino præfinito,*

ut

ut infra illum qui voluerit, & valuerit legitimum impedimentum opponat, & ipſi presbyteri nihilominus inveſtigent, utrum aliquod impedimentum obſiſtat. Cum autem apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe, donec quod fieri debeat ſuper eo manifeſtis conſtiterit documentis. Si quis vero hujuſmodi clandeſtina, vel interdicta conjugia inire præſumpſerit in gradu prohibitio etiam ignoranter, ſoboles de tali conjunctione ſuſcepta, prorſus illegitima cenſeatur de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium, cum illi taliter contrahendo non expertes ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorantiæ videantur. Pari modo proles illegitima cenſeatur, ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimum, præter omne interdictum, etiam in conſpectu Eccleſiæ contrahere præſumpſerint. Sane ſi parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere contempſerit, aut quilibet etiam regularis qui ei præſumpſerit intereſſe, per triennium ab officio ſuſpendatur, gravius puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulaverit. Sed his, qui taliter præſumpſerint etiam in gradu conceſſo copulari, condigna pœnitentia injungatur. Si quis autem ad impediendam legitimam copulam, malitioſe impedimentum objecerit, canonicam non effugiet ultionem. Hæc canon. *Ad alia*, ſcilicet loca.

Caput III.

De pœnitentia ejus, qui poſt votum ſimplex contrahit.

Particula VI.

Theod. in pœnitenti.

QUintus canon eſt Theodori 27 diſt. *Si vir ſimplex votum virginitatis habens, adjungitur uxori, poſtea non dimittat uxorem, ſed tribus annis pœniteat.*

Caput III.

De pœnitentia Sacerdotum in excommunicatione celebrantium.

Particula VII.

SExtus canon eſt Joannis octavi 11 q. 3. *De illis presbyteris, qui tem-* A *pore ſanctiſſ. prædeceſſoris noſtri, domini Papæ Nicolai, excommunicati ſacrum myſterium contingere præſumpſerunt, ipſi in ſe damnationis, ſicut ſacri canones ſtatuerunt, ſententia intulerunt, tamen quia miſeratio Apoſtolica, veniam ſolet præſtare correctis, ob multitudinem miſericordiæ illis hanc indulgentiam exhibemus, ut ſancta communione a ſaginati, ſtudeant tribus continuis annis per hebdomadam omni ſecunda, quarta, & ſexta feria a vino & a carne penitus jejunare, & ultra lugenda nequaquam committere.* Hæc canon. a *Saginati.* Ap. id eſt refecti.

Caput III.

B *De pœnitentia ejus, qui accuſat alium ad mortem.*

Particula VIII.

SEptimus canon ex Burchardo lib. 44 ext. de accuſ. *Accuſaſti aliquem & per tuam accuſationem occiſus eſt, niſi* a *pro pace hoc feceris, quadraginta dies in pane & aqua, quod carina vocatur, cum ſeptem ſeqq. annis pœniteas. Si autem per tuam delaturam* b *debilitatus eſt, per tres debes quadrageſimas pœnitere.* Hæc canon. a *Pro pace*, ſcilicet ut boni quiete vivant. b *Debilitatus eſt*, id eſt mutilatus.

C

Caput III.

De pœnitentia ejus, qui filiam ſuam ſpiritualem carnali filio tradit.

Particula IX.

OCtavus canon Zachariæ & Deus dedit, 30 q. 3. *Non oportet filiam, quam de ſacro fonte ſuſceperit, aliquando filio ſuo in matrimonium tradere, quia in divina ſententia, germani eſſe inveniuntur. Si quis tali facinore commixtus, minime reſtrinxerit frena luxuriæ, ab Eccleſia catholica abominabitur. Sed ſi converſus fuerit, poſt ſeparationem ſeptem annis pœnitentiam gerat. Conſciis ſimul cum auctore ſit iſta conditio, id eſt, ſimul cum cooperatoribus, & conſentientibus pœniteat.* Hæc canon.

Digitized by Google

CAPUT III.

De pœnitentia ejus, qui contrahit cum ſponſa alterius.

PARTICULA X.

NOnus canon extra. de ſponſa duorum. ex Burchardo lib. 30. *Accepiſti illam in uxorem tibi, quam alter habuerat ſibi deſponſatam, illam dimitte: quia numquam poteſt tibi legitima fieri, & quadraginta dies in pane & aqua, quod carinam vocant, cum ſeptem ſequentibus annis pœniteas.* Hæc canon.

CAPUT III.

De pœnitentia patris & filii, vel duorum fratrum cum una muliere concumbentium, aut ſi quis cum matre & filia, aut cum duabus ſororibus, aut cum duabus commatribus concubuerit.

PARTICULA XI.

DEcimus canon eſt ex Concilio Chalcedon. 30. q. 4. *Si pater & filius, aut duo fratres cum una muliere, aut ſi cum matre & filia, aut cum duabus ſororibus, aut cum duabus commatribus aliquis concubuerit, ſecundum antiquam & humaniorem diffinitionem, octo annis pœniteat.* Hæc canon.

CAPUT III.

De pœnitentia ſacerdotis homicidæ.

PARTICULA XII.

UNdecimus canon. 50 diſt. Joan. VIII. *Miror minus doctam ſcientiam tuam ſacerdotem putare, poſt perpetratum homicidium, poſſe in ſacerdotio miniſtrare, immo quod eſt ineptius, nobis ſuadere velle, ut ipſi tali præſumptioni præberemus aſſenſum. Quis enim tam demens, tamque perverſi ſenſus, tale quid exiſtimaret, vel poſt quantamcumque pœnitentiam concedendum, cum omni ſit canonicæ diſciplinæ contrarium? Debet ergo ſacerdotio privatus, lachrymarum fonte, flagitium tam immane*

A

diluere, ut talibus ſaltem remediis curatus, ſalutis poſſit invenire ſuffragium. Hæc canon.

CAPUT III.

De pœnitentia mulieris, quæ occidit ancillam, & de pœnitentia homicidæ voluntarii.

PARTICULA XIII.

DUodecimus canon. 50. d. ex Concilio Eliberitano. *Si qua femina furore zeli accenſa, flagellis verberaverit ancillam ſuam, ita ut infra tertium diem, cum cruciatu animam emittat, eo quod incertum ſit an voluntate,* (Eliber. Concil. can. 5)

B

an caſu occiderit: ſi voluntate, poſt ſeptem annos, ſi caſu, poſt quinque annorum tempora acta pœnitentia legitima, ad communionem placuit admitti. Quod ſi infra tempora conſtituta, fuerit infirmata, accipiat communionem. Hæc canon. De eodem capitulo ſeq. ex capitulis Martini Bracharen. c. 78. *Si quis voluntate homicidium commiſerit, ad januam catholicæ Eccleſiæ ſemper jaceat, & communionem in exitu vitæ ſuæ ſuſcipiat. Si autem non voluntate, ſed caſu aliquo homicidium fecerit, prior canon ſeptem annis pœnitentiam agere juſſit, ſecundus canon quinque mandavit.* Hæc canon.

CAPUT III.

C

De pœnitentia pro homicidio neceſſitatis evitabilis, & de pœnitentia ejus, qui occidit latronem, & de pœnitentia intuitu diſciplinæ occidentis, vel ligatum latronem interficientis.

PARTICULA XIV.

TErtius-decimus canon. 50 diſt. ex Ilerdenſi Concil. *De his clericis, qui in obſidionis neceſſitate poſiti fuerint id ſtatutum eſt, ut qui altario ſerviunt vel miniſtrant, & Chriſti corpus & ſanguinem tradunt, vel vaſa ſacro officio deputata contrectant, ab omni humano ſanguine etiam hoſtili ſe abſtineant. Quod ſi in hoc inciderint, tam officio quam communione corporis Domini duobus annis priventur, ita ut* (Conc. Ilerd. cap. 1)

Digitized by Google

bis duobus annis, jejuniis, vigiliis, orationibus, & eleemoſynis, pro viribus, quas Dominus donaverit, expientur, & ita demum officio & communioni reddantur: ea tamen ratione, ne ulterius ad officia potiora promoveantur. Quod ſi indefinito tempore negligentiores circa ſuam ſalutem extiterint, protelandæ ipſius pœnitentiæ tempus, in poteſtate ſacerdotis maneat. Hæc canon. Sed ſi eſſet inevitabilis neceſſitas, in nullo imputaretur, 50. diſt. Quia te. Quod verum eſt, quoad peccatum, ſed quoad cautelam, & innocentiam ſuam Eccleſiæ oſtendendam, bonum eſt pœnitere, Extra. de homic. c. 2 ex pœnitentiali Rom. *Interfeciſti furem, aut latronem ubi comprehendi poterat abſque occiſione, quia ad imaginem Dei creatus eſt, quadraginta dies non intres Eccleſiam, & lanea veſte indutus, ab eſcis & potibus, qui a interdicti ſunt, & a thoro, & gladio, & equitatu illos ſupradictos dies abſtineas. In tertia autem & quinta feria, & ſabbato, aliquo genere leguminum, vel oleribus, pomis, & parvis piſciculis, cum mediocri cerviſia, utere temperate. Si autem ſine odii meditatione, te, tuaque liberando, hujuſmodi diaboli membra interfeciſti, ſecundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei, ſi aliquid jejunare potueris, bonum eſt tibi, & eleemoſynam fac largiter. Si presbyter eadem fecerit, non deponatur, tamen quamdiu vivit, pœnitentiam agat.* Hæc canon. a *Interdicti ſunt.* 4. diſtinct. Denique, ideſt a carnibus, & ab omnibus, quæ ſementinam trahunt originem carnis, lacte videlicet, & caſeo, & ovis, quia ut dicit ſapiens quidam. Ovum eſt liquida carnis ſubſtantia, lac autem ſanguis colore mutato, caſeus autem lac coagulatum. Si quis autem per inſaniam committit homicidium, non imputatur, 3. q. 9. Indicas. Qui vero etiam intuitu diſciplinæ, incaute percutiendo occidit, deponatur, extra de homicidio presbyterorum. Item qui ligatum latronem interfecit, deponatur, extra de homic. Suſcepimus.

CAPUT III.

De pœnitentia matricidæ.

PARTICULA XV.

Quartus-decimus canon. 33. quæſt. 2. Nicolaus Papa. *Latorem præſentium matricidam eſſe cognovimus, cui præcipimus, ut ſub jugo pœnitentiæ permaneat, ita ut per annum integrum Eccleſiam non ingrediatur, ſed ante fores baſilicæ ſtans orans, deprecans Deum, perſeveret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo vero anni circulo, introeundi Eccleſiam licentiam habeat, tamen inter audientes ſtet a & nondum communicet. Completis autem trium annorum circulis, ſacræ communionis illi gratia concedatur. Oblationes vero non offerat, niſi prius aliorum ſeptem annorum circula expleantur. In his autem omnibus annis, atque temporibus, carnem non manducet, & nec vinum bibere præſumat, exceptis feſtis diebus atque Dominicis, & a Paſcha uſque Pentecoſten, & quocumque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, ſed pedibus proficiſcatur, arma non ſumat niſi contra paganos. Jejunet autem tribus diebus per hebdomadam, uſque ad veſperam. A propria ac legitima conjuge ne ſeparetur ne in fornicationis voraginem corruat: quod ne fiat optamus. Si autem ante annorum trium curſum, finis vitæ illius appropinquaverit, corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu-Chriſti particeps fiat. Sin autem, ut ſupra ſtatuimus, efficiatur. Tamen ſi illius converſationem & lacrymarum fontem, in omnibus videritis floridis actionibus & bonis operibus pullulare; humanius circa eum ſolicitudo pervigil appareat, mitiſque omnibus demonſtretur.* Hæc canon. a *inter audientes*, i. e inter laicos.

CAPUT III.

De pœnitentia uxorcidæ.

PARTICULA XVI.

Stephanus Papa V. Aſtulpho 33. quæſt. 2. *Admonere te cum lacrymis,*

nis, & multo gemitu cordis curavimus, fili Aſtulphe, ſed non filius dici debes, qui tam crudeliter infelix, homicidium perpetraſti. Nam occidiſti uxorem tuam, partem corporis tui, legitimo tibi matrimonio ſociatam, ſine cauſa mortis, non tibi reſiſtentem, non inſidiantem quoquomodo vitæ tuæ. Non inveniſti eam cum alio viro nefariam rem facientem, ſed concitatus a diabolo, impio furore inflammatus, more latronum atrocius eam gladio tuo, crudelior omni beſtia intereміſti, & nunc poſt mortem ejus, addis iniquitatem ſuper iniquitatem filiorum tuorum improbe prædo, qui non pepercisti matri, & filios tuos orphanos feciſti, inducere vis ſuper eam eam cauſam mortis poſt mortem, per unum hominem homicidam, & reprobum teſtem incuſare vis mortuam. Quoniam nec Evangelium, nec ulla divina, & humana lex, unius teſtimonio etiam idoneo, quempiam condemnat, vel juſtificat: quanto magis per iſtum flagitioſiſſimum, & ſceleſtum, nec illa viva debuit condemnari, nec a te poſt mortem ejus accuſari? Prius cauſa criminis ſubtiliter inveſtiganda erat, & tunc ſi ita fuiſſet inventa, ſecundum legum tramitem debuit vindictam accipere ultionis. Nam ſi verum, quod abſit, fuiſſet, ſicut adulter mentitus eſt, poſt ſeptem annos pœnitentia peracta, dimittere eam per approbatam cauſam poteras, ſi voluiſſes, occidere tamen eam nullatenus debuiſti. Ezech. 33. Non enim vult Deus mortem peccatoris, ſed ut convertatur ad pœnitentiam & vivat. Idcirco placeat tibi conſilium noſtrum, & facias hoc, quod melius & levius videri tibi poteſt. Miſerere animæ tuæ, ut non ſis tu tibimet homicida. Relinque, quapropter te rogamus, hoc malum ſæculum, quod te traxit ad tam immaniſſimum peccati facinus. Ingredere monaſterium, humiliare ſub manu abbatis, multorum fratrum precibus adjutus, obſerva cuncta ſimplici animo, quæ tibi fuerint imperata, ſi forte ignoſcat infinita Dei bonitas peccatis tuis, & refrigeret animam tuam priuſquam crucieris perpetuis flammis. Hoc melius, & levius tibi eſſe certiſſime ſcias. Sin autem publicam pœnitentiam permanens in domo tua, vel in hoc mundo vis agere, quod tibi pejus, & gravius eſſe non dubites, ita ut agere debeas exhortamur.

A Omnibus diebus quibus pœnitere debes, vinum & ſiceram non bibes, carnem numquam comedas ullo tempore, præterquam in Paſcha, & in die Natalis Domini, in pane & aqua & ſale pœnitentiam age, in vigiliis, & jejuniis, orationibus, eleemoſynis omni tempore perſevera, armis numquam cingere, nec in loco quolibet litigare præſumas; uxorem numquam ducere, concubinam non habere, nec adulterium committere audeas, in balneo numquam laveris, in conviviis lætantium numquam te miſceas, in Eccleſia ſegregatus ab aliis Chriſtianis, poſt oſtium & poſtes humiliter te repone, ingredientium, & egredientium ſuppliciter orationibus commenda te, & communione corporis & ſanguinis Domi- B ni, cunctis diebus vitæ tuæ indignum te exiſtimes, in ultimo tamen exitus vitæ tuæ die, ſi merueris, pro viatico, ſi ſit qui tibi tribuat, tantummodo venialiter ut accipias tibi concedimus. Sunt & alia multa quæ tibi nimis durius, & ſatis acrius erant juxta magnum pondus peccati, o infelix adiicienda. Sed ſi hæc omnia, quæ tibi miſericorditer ſupradicta ſunt, perfecto corde, Domino auxiliante feceris, & cuſtodieris, confidimus de immenſa Dei clementia, remiſſionem tuorum te habiturum peccatorum, & ſecundum dictum juſti, bonique paſtoris, reſolvet te ſancta Eccleſia ab hoc vinculo peccati in terris, ut per ipſius gratiam qui eum ſanguine ſuo acquiſivit, ſolutus ſis in C cœlis. Si autem aliter feceris, & ſanctæ matris Eccleſiæ tam ſalubrem admonitionem deſpexeris, ipſe ſis tibi judex, & in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, permanebis, ſanguis tuus ſuper caput tuum. Nos alienis a conſortio tuo, pro aliorum Dei filiorum ſalute, ipſo opitulante, omni ſolicitudine nitimur deſudare, & Domini miſericordiam quotidie attentius implorare. Hæc canon.

CAPUT III.

De pœnitentia eorum, qui occidunt filios.

PARTICULA XVII.

HUjus ſceleris pœna ſecundum leges hæc eſt, ut parricida vir-

Digitized by Google

gis ſanguineis verberatus, in culeo, i. e. in ſacco corii inſuatur, cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia, deinde in profundum maris jactetur, vel in amnem, ut & cœlum ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur, ſicut in inſtitutis de publicis judiciis. §. Alia deinde lex. ſed ſecundum canones non ſic, ſed imponitur pœna incluſionis in monaſterium. Extra. de his qui fil. occiderunt, quod eſt Alexandri III. *Veniens ad nos M. mulier lacrymabili nobis confeſſione monſtravit, quod cum de quodam filium genuiſſet, & iſte ſibi ſæpe turgido vultu improperaſſet, quod filius ejus non eſſet, ipſa iracundiæ calore ducta, eumdem filium interfecit,* & infra: *Mandamus quatenus eam labores inducere, ut ad aliquod monaſterium tranſeat, in quo peccata ſua perpetua pœnitentia deploret. Si autem repugnante carnis ſuæ fragilitate, ad hoc induci noluerit, ei licentiam in Domino nubendi tribuas: quia tutius nobis videtur, ut in Domino nubat uni ſoli, quam inhoneſte multos admittat.* Hæc canon. Hanc tamen pœnitentiam injungendam intelligas, ſi is qui filium occidit, conjugem & filios alios non habet, alias ſecus, ut in proximo capitulo ſeq. Cum vero in lectis parentum filii inveniuntur oppreſſi, pœnitentia imponatur, quæ continetur in eodem titulo cap. ult. cujus verba ſunt hæc; *De infantibus autem, qui mortui reperiuntur, cum patre & matre, & non apparet, utrum a patre, vel matre oppreſſus ſit ipſe, vel ſuffocatus, vel propria morte defunctus, non debent inde ſecuri eſſe parentes, nec etiam ſine pœna: ſed tamen conſideratio debet eſſe pietatis, ubi non voluntas ſed eventus mortis cauſa fuerit. Si autem eos non latet ipſos interfectores eſſe, ſcire debent ſe graviter deliquiſſe. Quidam autem pœnitentiam trium annorum judicant eſſe debere, quorum unum peragant in pane & aqua.* Hæc canon.

CAPUT III.

De pœnitentia perjuri.

PARTICULA XVIII.

Sexta quæſtione prima, Fabianus Papa: *Quicumque ſciens perjuraverit* A *quadraginta dies in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos pœniteat, & numquam ſit ſine pœnitentia, & numquam in teſtimonium recipiatur, communionem tamen poſt hæc recipiat.* Hæc canon.

CAPUT III.

De pœnitentia ejus, qui per capillum Dei juraverit, vel hujuſmodi.

PARTICULA XIX.

Vigeſima ſecunda quæſt. 1. Pius Papa. *Si quis per capillum Dei,* B *vel caput juraverit, vel alio modo blaſphemia contra Deum uſus fuerit, ſi in Eccleſiaſtico ordine eſt, deponatur, ſi laicus anathematizetur, & ſi quis per creaturam juraverit acerrime caſtigetur, & juxta hoc, quod ſynodus dijudicaverit pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifeſtaverit, non eſt dubium, quin divina condemnatione coerceatur, & ſi Epiſcopus iſta emendare neglexerit acerrime corripiatur.* Hæc canon.

CAPUT III.

De pœnitentia pro falſa menſura.

PARTICULA XX.

Extra de empt. & vendit. ex Concilio Moguntinen. *Ut menſuræ &* C *pondera juſta fiant,* & infra: *Si quis juſtas menſuras, & juſta pondera, cauſa lucri mutare præſumpſerit, triginta dies in pane & aqua pœniteat.* Hæc canon. Tales etiam variis pœnis puniuntur ſecundum leges. Nam aliquando interdicitur negotiatio, interdum relegantur, & humiliores ad opus publicum dantur, & inſuper lege Cornelia de falſis puniri debent, in tit. de ordinariis criminibus, Annonam, circa finem.

Ca-

Digitized by Google

Caput III.

De pœnitentia ejus, qui poſt ſolemnem pœnitentiam ad vomitum redit.

Particula XXI.

Conc. Nic. can. 13 DE pœnitentia diſtinct. 5. ex Nicæno Concilio. *Si qui vero per Dei gratiam vocati, primo quidem oſtenderunt fidem ſuam, depoſito militiæ cingulo, poſt hæc autem ad proprium vomitum ſunt reverſi, ut & a pecunias darent, & ambirent redire rurſus ad militiam; iſti decem annis ſint inter pœnitentes, poſt primum triennium, quo fuerint inter audientes extra Eccleſiam. Ab omnibus vero illud præcipue obſervetur, ut animus eorum & fructus pœnitentiæ attendatur. Quicumque enim cum omni timore, & lacrymis perſeverantibus, & operibus bonis converſionem ſuam non verbis ſolum, ſed opere, & veritate demonſtrant, cum tempus ſtatutum ab his fuerit impletum, & orationibus jam cœperint communicare, licebit Epiſcopo humanius etiam circa eos aliquid cogitare. Qui vero indifferenter habuerint lapſum, & ſufficere ſibi quod Eccleſiam introjerint, arbitrantur, iſti omnimodo ſtatuta tempora implebunt.* Hæc canon. a *Pecunias darent*, ad negotiationem, vel ad uſuram.

Caput III.

De pœnitentia ejus, qui devotam ſeu Monialem cognoſcit.

Particula XXII.

VIgeſimaſeptima quæſt. 1. ex Conc. Martini Brachar. c. 30. *De filia Epiſcopi vel presbyteri ſive diaconi, ſi devota fuerit, & maritum duxerit, ſi eam pater, vel mater in* a *affectum receperint, a communione habeantur alieni. Pater vero in concilio* b *cauſas ſe noverit præſtaturum. Mulier vero non admittatur ad communionem, niſi marito defuncto egerit pœnitentiam. Si autem vivente eo ſeceſſerit, & pœnitentiam egerit, & petierit communionem, in ultimo fine*

A *vitæ ſuæ deficiens eam accipiat.* Hæc canon. Item c. ſequenti. ex Concilio Toletano 1. c *Devotam peccantem non recipientiam eſſe in Eccleſia, niſi peccare deſierit, & ſi deſinens egerit pœnitentiam decem annis, recipiat communionem. Prius autem quam in Eccleſia admittatur ad orationem, ad nullius convivium Chriſtianæ mulieris accedat. Quod ſi admiſſa fuerit, & hæc quæ eam acceperit, d habeatur in abſentia, corruptorem etiam par pœna conſtringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, niſi aut vivente marito, vivere caſte cœperit, aut poſtquam ipſe deceſſerit.* Hæc canon. a *In affectum receperint*, ſupple, fovendo eam in errore. b *Cauſas*, B ideſt pœnas. c *Devotam peccantem*, ideſt fornicantem. d *Habeatur in abſentia*, ideſt excommunicata minori excommunicatione.

Caput III.

De pœnitentia ejus, qui cantat Miſſam & non communicat.

Partiaula XXIII.

DE conſecr. diſtinct. 2. ex Concilio Toletano 12. *Relatus nobis eſt quoſdam de ſacerdotibus, non tot vicibus communionis ſanctæ gratiam ſumere, quot ſacrificia in uno die videntur offerre. Sed ſi in uno die plurima per ſe Deo offerant ſacrificia, in omnibus ſe oblationibus a communione ſuſpendant, & in ſola tantum extrema ſacrificii oblatione, communionis ſanctæ gratiam ſumant, quaſi non ſit totiens illi vero & ſingulari ſacrificio participandum, quotiens corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti immolatio facta conſtiterit. Nam ecce Apoſtolus dicit: Nonne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Certum eſt, quod hi qui ſacrificantes non edunt, rei ſunt Dominici ſacramenti. Quicumque ergo ſacerdotum, deinceps divina altaria ſacrificium oblaturus acceſſerit, & ſe a communione ſuſpenderit, ab ipſa qua ſe indecenter privavit gratia communionis, anno uno repulſum ſe noverit. Nam quale erit illud ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificans, particeps eſſe dignoſcitur? Ergo modis om-*

Conc. Tolet. 12 cant. 5 — C — 1 Cor. 10

nibus tenendum eſt, ut quotieſcumque ſacrificans corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti in altari immolat, totiens perceptionis corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti participem ſe præbeat. Hæc canon.

Caput III.

De pœnitentia ſacerdotis, qui mortuum clericum involuit in palla altaris.

Particula XXIV.

DE conſecratione diſtinct. prima. Clemens Papa: *Nemo* a *per ignorantiam clericum mortuum credat obvolvendum, aut ejus ſcapulas operire velit palla, quæ fuit in altari, aut certe quæ diacono data eſt in menſa Domini. Qui hæc fecerit, vel leviter, vel quaſi nihil, & negligenter habuerit, diaconus triennio ſexque menſibus a Dominico erit remotus altari gravi percuſſus anathemate, eo quod Clericum non admonuerit, Presbyter decem annis & quinque menſibus excommunicatus ſit, propter quod de Dominicis ſacramentis,* b *ſubiecta ſibi non admonuerit miniſteria, & poſtea cum grandi humilitate, matri reconcilietur Eccleſiæ.* Hæc canon. a *Per ignorantiam*, ſcilicet juris. b *Subiecta ſibi*, ideſt ſubiectos miniſtros.

Caput III.

De pœnitentia ejus, qui committit ſacrilegium violando Eccleſiam, vel aliquid enormiter committendo in Eccleſia.

Particula XXV.

DUodecima quæſtione ſecunda, Nicolaus Papa: *De viro nefando Burgando nomine, qui rabie inſana commotus, diabolicis ſe laqueis irret ire non dubitavit, atque gentilium more,* a *per abrupta itinera &* b *compita, inſidians vobis in veſtræ Eccleſiæ villa, una cum clericis veſtris manentibus, & populum ſalubribus inſtruere dogmatum monitis decertantibus, paneque ſpiritualis verbi, vacua hominum corda reficientibus, atque laudabile ſalutis propriæ deſiderium habentibus, ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli limina viſitare, collectis malitiæ ſuæ ſequacibus, & iniquitatis complicibus, nefarias invaſiones, ac deprædationes violentas inferre, dæmoniaco auſu præſumpſit, & ut epiſtolæ veſtræ textus eloquitur, ſacrum altare ſacraque Dominici corporis & ſanguinis vaſa, inſuper & ſanctam chriſma pollutis arripere manibus, quaſi vilia, & ad uſum communem apta præſumpſit, dilectio nos veſtra conſulit, ſi ipſe vel qui cum eo in tam impio & iniquo ſcelere fuerunt, ad pœnitentiam quandoque gratia attracti divina, venire voluerint, quo eos pœnitentiæ vinculo conſtringatis, noſtræ in-* B *ſtitutionis cenſuram expoſcere curaſtis. De quibus, ſi tamen ita eſt, jubemus cum ad pœnitentiam acceleraverint, uno anno extra Eccleſiam Dei conſiſtere, cujus ſanctiſſima vaſa extra ritum fidei Chriſtianæ diripiendo, auferre non dubitaverunt. Secundo vero anno, ante fores Eccleſiæ ſine communione maneant. Tertio vero anno, Eccleſiam Dei ingrediantur, & inter* c *audientes aſtent ſine oblatione; non manducantes carnem, neque bibentes vinum, præter Natalis & Reſurrectionis Dominicæ dies. Quarto præterea anno, ſi his prioribus tribus eorum fructuoſus fuerit pœnitentiæ labor communioni fidelium reſtituantur, totaque mentis intentione ſpondentes, talia ſe ulterius numquam facturos cor-* C *pus & ſanguinem Domini ſuſcipere mereantur, & uſque ad ſeptimum annum, tribus in hebdomada diebus, ſine eſu carnium, & vini potione pœnitentes maneant.* Hæc canon. a *Per abrupta*, ideſt, occulta. b *Compita*, ideſt, concurſus viarum. c *Audientes*, ideſt, laicos.

Caput III.

De pœnitentia parentum, qui frangunt ſponſalia filiorum poſt ſeptem annos.

Partiaula XXVI.

TRigeſima prima quæſt. 3 ex Elibertano Concilio: *Si a qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum,* c. 54

trien-

triennî tempore a communione abſtineant. Si vero idem ſponſus vel ſponſa, in illo gravi crimine b non fuerint deprehenſi, c excuſati erunt parentes. Si vero in eodem vitio fuerint, & polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſervetur. Hæc canon.

a Si qui parentes, Apparatus, fregerint: non copulando eos ſicut juraverunt de conſenſu filiorum. b Non fuerint: Appar. quia copulari volunt inter ſe, non obſtante voluntate parentum. Excuſati, c Appar. quoad pœnam Eccleſiæ, non quoad reatum, ex quo operam dederunt, ne filii copularentur, peccaverunt mortaliter. Hæc Appar.

CAPUT III.

De pœnitentia ejus, qui ducit in matrimonium quam polluit per adulterium.

PARTICULA XXVII.

c. 72 TRigeſima prima quæſt. 1. ex Concilio Elibertano: *Si qua vidua fuerit mœchata, & eumdem poſtea habuerit maritum, poſt quinquennii tempus acta legitima pœnitentia, placuit eam ad communionem reconciliari.* Hæc canon.

CAPUT III.

De pœnitentia maledici.

PARTICULA XXVIII.

EXtra de maledicis. Gregorius Nonus. *Statuimus, ut ſi quis contra Deum vel aliquem Sanctorum ſuorum, & maxime beatam Virginem, linguam in blaſphemiam publice relaxare præſumpſerit, per Epiſcopum pœnæ ſubdatur inferius annotatæ, ut videlicet ſeptem diebus Dominicis, præ foribus Eccleſiæ in manifeſto, dum aguntur Miſſarum ſolemnia blaſphemus exiſtens, ultimo illorum die Dominico, pallium & calceamenta non habeat, ligatus corrigia circa collum, ſeptemque præcedentibus ſextis feriis, jejunet in pane & aqua, Eccleſiam nullatenus ingreſſurus. Quolibet quoque prædictorum dierum, tres ſi poterit alioquin duos reficiat pauperes, ſive unum, & ſi nec ad hoc facultates ejus ſuppetant, id in pœnam commutetur aliam: cui etiam, ſi renuerit recipere ac peragere pœnitentiam ſupradictam, Eccleſiæ interdicatur ingreſſus, & in obitu Eccleſiaſtica careat ſepultura, per temporalem præterea poteſtatem coactione, ſi neceſſe fuerit, Epiſcopi diœceſani, adhibita contra eum. Blaſphemus, ſi dives fuerit, quadraginta ſolidorum, alioqui triginta, ſive viginti, & ſi ad id non ſufficiat quinque ſolidorum uſualis monetæ, pœna mulctetur, nullam in hoc miſericordiam habiturus, quod etiam inter alia communitatum ſtatuta ponatur.* Hæc canon.

CAPUT III.

De pœnitentia ſacerdotis revelantis confeſſionem.

PARTICULA XXIX.

DE pœnitentia diſtinctione 6. Gregorius Papa: *Sacerdos ante omnia caveat, ne de his qui confitentur ei peccata ſua alicui recitet, non propinquis, non extraneis, neque, quod abſit, pro aliquo ſcandalo. Nam ſi hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinando pergat.* Hæc canon.

CAPUT III.

De penitentia ejus, qui compulſus conditionaliter periurat.

PARTICULA XXX.

VIgeſima ſecunda quæſtione quinta, Pius Papa: *Qui compulſus a domino ſciens periurat, utrique periuri, & dominus & miles: dominus, quia præcepit; miles, quia plus dominum, quam animam dilexit, ſi liber eſt, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat, & ſeptem ſequentes annos: ſi ſervus eiuſdem, tres quadrageſimas, & legitimas ferias pœniteat.* Hæc canon.

A

Caput III.

De pœnitentia ejus, qui periurat in manibus Epiſcopi, vel in cruce ſacrata.

Particula XXXI.

VIgeſimaſecunda quæſt. quinta: *Qui periurat in manu Epiſcopi, vel in cruce conſecrata, tres annos pœniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignorans ſe periuraverit, & poſtea cognoſcit, tres quadrageſimas pœniteat.* Hæc canon.

Caput III.

De pœnitentia ejus, qui coactus periurat pro vita redimenda.

Particula XXXII.

CApitulo ſequenti, ex pœnitentiali Theodori: *Si quis coactus pro vita redimenda, vel pro qualibet cauſa, vel neceſſitate periurat, quia plus corpus quam animam dilexit, tres quadrageſimas pœniteat, alii iudicant tres annos, unum ex his in pane & aqua.* Hæc canon.

Caput III.

De pœnitentia ejus, qui ſcienter falſum jurat, vel alium jurare compellit.

Particula XXXIII.

VIgeſimaſecunda quæſtione quinta: *Si quis convictus fuerit, alios ad falſa a teſtimonia, vel ad periuria attraxiſſe, vel quacumque corruptione ſolicitaſſe, ipſe quidem uſque ad exitum vitæ non communicet. Hi vero, qui ei in periurio conſenſiſſe probantur, poſtea ab omni a teſtimonio ſunt removendi, & ſecundum legem infamia notabuntur.* Hæc canon. a *Teſtimonio*. Appar. etiam poſt pœnitentiam privatam, ſecundum quoſdam. quæſt. 1. Quicumque.

Caput III.

De pœnitentia ejus, qui in dicendis horis vel officiis divinis a metropolitanæ conſuetudine diſcrepat Eccleſiæ.

Particula XXXIV.

DUodecima diſtinct. ex Concilio Toletano II. *De his, qui contra voluntatem Apoſtoli circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic ſancto concilio, ut metropolitanæ ſedis auctoritate coacti, uniuſcujuſque Provinciæ cives, rectoreſque Eccleſiarum unum, eumdemque in pſallendo teneant modum, quem in metropolitana* B *ſede cognoverint inſtitutum, nec aliqua diverſitate cujuſque ordinis vel officii a metropolitana ſede patiantur ſe diſiungi. Sic enim juſtum eſt, ut inde unuſquiſque ſumat regulas magiſterii, unde honores conſecrationem accipit, ut juxta majorum decreta, ſedes, quæ unicuique ſacerdotalis dignitatis eſt mater, eccleſiaſticæ dignitatis vel rationis ſit magiſtra. Abbatibus ſane indultis officiis, quæ juxta voluntatem ſui Epiſcopi regulariter illis implenda ſunt, cetera officia a publica, ideſt, veſperas, matutinas, ſive Miſſam aliter quam in principali Eccleſia celebrare non liceat. Quiſque autem horum decretorum violator extiterit, ſex menſibus a communione privatus* C *apud metropolitanum ſub pœnitentiæ cenſura maneat corrigendus, quatenus apud illum & præteritæ tranſgreſſionis culpam lacrymis diluat, & neceſſariam officiorum doctrinam ſtudioſe addiſcat. Sub iſta ergo regula diſciplinæ, non ſolum metropolitanus totius provinciæ ſuæ Pontifices vel ſacerdotes aſtringat, ſed etiam ceteri Epiſcopi ſubiectos ſibi Eccleſiarum rectores obtemperare his inſtitutionibus cogant.* Hæc canon. a *Publica*, Appa. clericorum ſæcularium, quorum officia publica ſunt. capi 1 Epiſc.

CA-

A

Caput III.

De pœnitentia Epiſcopi, qui correctionem de ſimoniaca venditione diſſimulat.

Particula XXV.

capi 1 PRima quæſt. prima, ex Concilio Toletano. 11 *Quidquid inviſibilis gratiæ conſolatione tribuitur, numquam quæſtibus, vel quibuslibet præmiis venundari penitus debet, dicente* Domino: Mat. 10 *Quod gratis accepiſtis, gratis date; & ideo quicumqne deinceps in Eccleſiaſtico ordine conſtitutus, aut pro baptizandis, conſignandiſque fidelibus, aut collatione chriſmatis, vel promotionibus graduum, præmia quælibet vel pretia, niſi voluntarie oblata, pro hujuſmodi ambitione ſuſceperit, equidem ſi ſciente loci Epiſcopo, tale quodcumque a ſubditis perpetratum fuerit, idem Epiſcopus duobus menſibus excommunicationi ſubiaceat, pro eo quod ſcita mala contexit, & correctionem neceſſariam non adhibuit. Si autem ſuorum quiſpiam, eodem neſciente pro ſupradictis quodcumque capitulis accipiendum ſibi eſſe crediderit; ſi presbyter eſt, quatuor menſium excommunicatione plectatur, ſi diaconus trium: ſubdiaconus vero vel clericus his cupiditatibus ſerviens, competenti pœna, & debita excommunicatione plectendus eſt.* Hæc canon.

Caput III.

De pœnitentia Epiſcopi, qui ordinat clericum invitum.

Particula XXXVI.

Conc. Aur. 3 6 7 SEptuageſimaquarta diſtinct. ex concil. Aurelianenſ. *Epiſcopus qui a invitum, aut reclamantem ordinare præſumpſerit, annuali pœnitentiæ ſubditus, Miſſas facere non præſumat.* Hæc canon. a *Invitum*, Appa. aliquo indicio alio, quam voce, voluntatem oſtendentem.

Caput III.

De pœnitentia ſortilegorum.

Particula XXXVII.

EXtra. de Sortileg. ex pœnitentiali Theodori. *In tabulis vel codicibus, aut aliis, ſorte furta, non ſunt requirenda, nec divinationes aliquas in aliquibus rebus quis obſervare præſumat. Qui autem contra fecerit, quadraginta dies pœniteat.* Hæc canon.

Caput III.

De pœnitentia ejus qui videt in aſtrolabio.

B

Particula XXXVIII.

EXtra. de ſortileg. Alex. III. Granden. Patriarchæ. *Ex tuarum tenore litterarum accepimus, quod V. presbyter cum quodam infami ad privatum locum acceſſit non ea intentione, ut invocaret dæmonium, ſed ut inſpectione aſtrolabii, furtum cujuſdam Eccleſiæ poſſet recuperari. Verum licet hoc ex bono zelo, & ſimplicitate ſe feciſſe proponat, id tamen graviſſimum fuit, & non modicam inde peccati maculam contraxit. Et infra: Mandamus, quatenus talem ei pro expiatione illius delicti pœnitentiam imponas, quod per annum & amplius ſi tibi viſum fuerit, eum ab altaris miniſterio præcipias abſtinere, & ex tunc* C *a liberum ſit ei exercere officium ſacerdotis.* Hæc canon. a *Liberum*, Appa. hoc intellige dictum ex diſpenſatione, nam de jure communi, debuit remanere privatus & Epiſcopus jure contra illum proceſſit. 26 q. 5. Non opertet. Si quis Epiſcopus.

Caput III.

De pœnitentia ejus cui per negligentiam aliquid de ſanguine diſtillaverit.

Particula XXIX.

DE conſecra. diſtinctio 2. ex decreto Pii Papæ. *Si per negligentiam aliquid de ſanguine Domi-*

Domini ſtillaverit in terram, *lingua lambetur*, *& tabula radetur*, *ſi fuerit tabula*, *ut non conculcetur*, *locus corrodetur*, *& igne conſumetur*, *& cinis intra altare recondetur*, *& ſacerdos quadraginta diebus* a *pœniteat*. *Si ſuper altare ſtillaverit calix*, *ſorbeat miniſter ſtillam*, *& tribus diebus pœniteat*. *Si ſuper linteum altaris & ad illud ſtilla pervenerit*, *tribus diebus pœniteat*. *Si uſque ad tertium*, *novem diebus*. *Si uſque ad quartum*, *viginti diebus pœniteat*; *& linteamina quæ tetigerit ſtilla*, *tribus vicibus miniſter abluat*, *calice ſubterpoſito*, *& aqua ablutionis ſumatur*, *& juxta altare recondatur*. Hæc canon. a *Pœniteat*. Appa. hæc pœnitentia erit, ut tot diebus jejunet, & tot diebus abſtineat a perceptione ſacramentorum. Arg. 45 diſt. Quidam enim de Epiſcopis.

A B

CAPUT III.

De pœnitentia ejus, *qui ſacrificium evomit*.

PARTICULA XL.

DE conſecr. d. 2. Ex pœnitentiali Bedæ presbyteri: *Si per ebrietatem*, *vel voracitatem Euchariſtiam evomuerit*, *quadraginta diebus pœniteat*, *ſi laicus eſt*. *Clerici vel monachi*, *ſeu diaconi*, *& Presbyteri*, *ſeptuaginta diebus pœniteant*, *Epiſcopi nonaginta*. *Si pro infirmitatis cauſa evomuerit*, *ſeptem diebus pœniteat*. Hæc canon.

C

CAPUT III.

De pœnitentia ejus, *qui presbyterum interficit*.

PARTICULA XLI.

EXtra. de pœn. & remiſſ. ex Concil. Moguntino: *Qui presbyterum occiderit*, *duodecim annorum pœnitentia ei ſecundum canones imponatur*, & infra: *Convictus uſque ad ultimum tempus vitæ ſuæ militiæ cingulo careat*, *& abſque ſpe conjugii maneat*. Hæc canon.

CAPUT III.

De pœnitentia beneficiati ab Eccleſia, *qui rectorem*, *vel clericum alium ipſius Eccleſiæ interficit*.

PARTICULA XLII.

EXtra. de pœnis. Innoc. III. in concilio generali; hæc decretalis ſecundum quoſdam incipit ibi: *In quibuſdam*. & pro una computatur. *Sacri nihilominus concilii approbatione ſtatuimus*, *quatenus ſi patroni*, *vel advocati*, *ſeu feudatarii*, *ſeu vicedomini*, *aut alii beneficiati alicujus Eccleſiæ rectorem*, *vel clericum alium ipſius Eccleſiæ*, *per ſe*, *vel per alios occidere*, *vel mutilare auſu nefando præſumpſerint*, *patroni jus patronatus*, *advocati advocatiam*, *feudatarii feudum*, *vicedomini vicedominatum*, *& beneficiati beneficium prorſus amittant*, *& ne minus vindictæ quam exceſſus memoria prorogetur*, *non ſolum de præmiſſis nihil perveniat ad heredes*, *ſed etiam uſque ad quartam generationem*, *poſteritates talium in clericorum collegium nullatenus admittantur*, *nec in domibus regularibus*, *alicujus prælationis aſſequantur honorem*, *niſi cum eis fuerit miſericorditer a diſſatum*. Hæc canon.

a *Diſpenſatum*, Appar. ab Epiſcopo, licet honeſtum eſſet, quod fieret de licentia Papæ.

CAPUT III.

De pœnitentia incendiariorum.

PARTICULA XLIII.

EXtra. de injuriis, ex pœnitentiali Romano: *Si quis domum vel aream cujuſque voluntarie incenderit*, *ſublata & incenſa omnia reſtituat*, *& tres annos pœniteat*. Hæc canon.

Item alius canon. de eod. 23. q. 8. Inn. II. in univerſali conc. *Peſſimam ſiquidem & depopulatricem*, *& horrendam incendiariorum malitiam*, *auctoritate Dei & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli omnino deteſtamur & interdicimus*. *Si quis igitur poſt hujus noſtræ prohibitionis promulgationem*, *malo ſtudio*, *ſive*

Digitized by Google

ſive pro odio, ſive pro vindicta, ignem appoſuerit, vel apponi fecerit, aut appoſitoribus conſilium vel auxilium ſcienter tribuerit, excommunicetur; & ſi mortuus fuerit incendiarius, Chriſtianorum careat ſepultura; nec abſolvatur, niſi prius damno, cui intulerit, ſecundum facultatem ſuam reſarcito: & juret ſe ignem de cetero non appoſiturum. Pœnitentia autem ei detur, ut Hieroſolimis, aut in Hiſpania in ſervitio Dei, per annumintegrum permaneat. Si quis autem Archiepiſcopus vel Epiſcopus hoc relaxaverit, damnum reſtituat, & per annum ab Epiſcopali officio abſtineat. Sane regibus, & principibus, faciendæ juſtitiæ facultatem, conſultis Archiepiſcopis, & Epiſcopis non negamus. Hæc canon.

Hodie poſtquam publicati ſunt, non poſſunt abſolvi citra ſedem Apoſtolicam, extra. de ſent. excom. Tua nos. Appar. quia hæc non diſtinguitur, de omnibus intelligas. Tamen non credo, quod omnes incendiarii generaliter ſunt ipſo jure excommunicati, niſi de incendiariis Eccleſiarum, cum de aliis non inveniam, & per hanc decretalem probatur, quod ipſo jure ſunt excommunicati, ſed illis primo excommunicatis ab Epiſcopis ſubſecuta publicatione & denunciatione. Papa per hanc decretalem, ſibi reſervat eorum abſolutionem ad terrorem. Hæc Appar. Raymundus, & Redonen. tantum intelligunt de incendiariis ſacrorum locorum. Ganfredus dicit, quod Epiſcopus poteſt incendiarium excommunicare, ſed non abſolvere, poſtquam fuerit denunciatus, cum quo concordat textus. Hæc decretalis & Apparatus, & copioſe, & ideo magis ei credo.

Caput III.

De pœnitentia communicantis cum hæretico.

Particula XLIV.

Vigeſima quarta quæſtione prima, Julius Papa: *Si quis dederit, vel acceperit communionem de manu hæretici, & neſcit quod Eccleſia catholica contradicit, poſtea intelligens, annum integrum pœniteat. Si autem ſcit, & neglexit, & poſtea pœnitentiam egerit, decem annos pœniteat. Alii judicant ſeptem, & quidem humanius, ut quinque annos pœniteat. Si quis permiſerit hæreticum Miſſam ſuam celebrare in Eccleſia catholica, &* a *neſcit, quadraginta dies pœniteat. Si pro reverentia ejus, annum integrum pœniteat. Si pro damnatione Eccleſiæ catholicæ, & conſuetudinis Romanorum, proiiciatur ab Eccleſia ſicut hæreticus, niſi habeat pœnitentiam: ſi habuerit pœnitentiam, decem annis pœniteat. Si receſſerit ab Eccleſia catholica in congregatione hæreticorum, & alios perſuaſerit, & poſtea pœnitentiam egerit, duodecim annis pœniteat, tres extra Eccleſiam, ſeptem* b *inter audientes, & duos adhuc extra communionem. De his ita in canone dicitur, ut duodecimo anno, communionem ſine oblatione percipiant.* Hæc canon.

a *Neſcit*, Appar. ignorantia juris, vel ignorantia facti, craſſa. *Inter audientes*, Appar. catechumenos, qui olim audiebant Miſſam, uſque ad ſecretam Miſſæ, & poſtea expellebantur, de conſecrat. diſtin. 1. Epiſcopus nullum.

Caput III.

De pœnitentia ejus, qui cognoſcit duas ſorores, vel matrem & filiam, amitam, vel neptem.

Particula XLV.

Trigeſimaſecunda q. 7. ex Moguntinen. Concilio: *Si quis viduam uxorem duxerit, & poſtea cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu cum duabus ſororibus, aut ſi qua cum duobus fratribus, ſeu cum patre & filio, ſi quis relictam fratris, ſi quis novercam aut neptem, aut nurum, aut conſobrinam, aut filiam avunculi, aut ejus relictam, aut privignam polluerit, eos diſiungi & ulterius numquam conjugio copulari præcipimus.* Hæc canon.

Digitized by Google

Caput III.

De pœnitentia ejus, qui cum brutis coierit, ubi nota rationem ſeptennis pœnitentiæ.

Particula XLVI.

TRigeſimatertia q. 2. Iſidorus ad Maſſonem Epiſc. *Hoc ipſum, quod canonum cenſura, poſt ſeptem annos remeare pœnitentem in ſtatum priſtinum præcipit, non electione proprii arbitrii ſancti patres, ſed potius ex ſententia divini judicis ſanxerunt. Nam legitur,* Num. 12 *quod Maria ſoror Aaron prophetiſſa, dum detractionis adverſus Moyſem incurriſſet delictum, illico ſtigmate lepræ percuſſa eſt. Cumque peteret Moyſes ut emundaretur, præcepit eam Dominus extra caſtra ſeptem diebus egredi, & poſt emundationem rurſus eam in caſtra admitti. Maria vero ſoror Aaron, caro intelligitur ſacerdotis, quæ dum ſuperbiæ dedita ſordidiſſimis cogitationum maculatur contagiis, extra caſtra, ſeptem diebus, ideſt, extra collegium ſanctæ Eccleſiæ ſeptem annis proiicitur, ubi poſt emendationem vitiorum, loci, vel priſtinæ dignitatis recipiat meritum.* Et poſt pauca: *In fine autem epiſtolæ hoc adiiciendum putavi, ut quotieſcumque in geſtis conciliorum diſcors ſententia invenitur, illius magis ſententia teneatur, cujus antiquior, & potior extat auctoritas.* Hæc canon.

Hæc quæ ſequuntur, ſunt verba Gratiani. *Hoc quamquam de ſacerdotibus videatur ſpecialiter dictum, generaliter tamen de omnibus pœnitentibus oportet intelligi. Ad imitationem, namque illius divinæ ſententiæ David de adulterio, &* 2 Reg. 12 *homicidio reprehenſus, unius hebdomadæ jejunium in ſatisfactionem admiſſi ſceleris, Deo legitur obtuliſſe. Hinc etiam eccleſiaſtica conſuetudine eſt uſurpatum, ut majorum criminum pœnitentia ſeptem annorum ſpatio concludatur, niſi vel officii excellentia, vel criminum magnitudo, vulgarem conſuetudinem excedens, veluti dum contra naturam humanæ ſocietatis, parentibus vel liberis, vel aliis ejuſmodi perſonis impudice adhæremus: vel dum relicto naturali uſu contra naturam, more Sodomitico, fornicamur, vel uſque ad coitum brutorum* A *animalium prolabimur, præmiſſum ſpatium tranſcendere cogat.* Hæ Gratianus.

Caput III.

De pœnitentia patroni, qui dilapidat res Eccleſiæ.

Particula XLVII.

SEdecima queſt. 7. *Filiis vel nepotibus ac honeſtioribus propinquis ejus,* Conc. Tol. 9 c. 1 *qui conſtruxit vel ditavit Eccleſiam licitum ſit, hanc habere ſolertiam, ut ſi ſacerdotem, ſeu miniſtrum aliquid ex collatis rebus defraudare præviderint, aut commonitionis honeſtæ conventione compeſcant, aut Epiſcopo vel judici corrigenda denuncient.* B *Quod ſi Epiſcopus talia agere tentet, Metropolitano ejus hæc inſinuare procurent. Si autem Metropolitanus talia gerat, regis hæc auribus intimare non differant. Ipſis tamen heredibus in eiſdem rebus non liceat quaſi proprii juris poteſtatem præferre, non rapinam, non fraudem ingerere, non violentiam quamcumque præſumere, ſed hoc ſolum in ſalutarem ſolicitudinem adhibere, quod aut nullam noxam operatio nocens attingat, aut multam, vel aliquam partem ſalutaris mercedis aſſumat. Si quis vero deinceps hæc monita temerare præſumperit, & male rapta cum confeſſione reſtituet, & excommunicationis annuæ ſententiam ſuſtinebit.* Hæc canon.

C

Caput III.

De pœnitentia ejus, qui domum ſuam cum magicis & incantationibus luſtrat.

Particula XLVIII.

VIgeſimaſexta quæſtio. 5. ex Ancirano Concilio: *Qui divinationes expetunt, etiam morem gentilium ſubſequuntur, vel a in domos ſuas hujuſmodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte malefica, aut b expiandi cauſa, ſub regula quinquennii jaceant, ſecundum gradus pœnitentiæ diffinitos.* Hæc canon. c. 23 al. 24

a *In domos ſuas*, Appa. ſecundum leges iſti concremantur, ſed ille in cujus domo hæc fiunt, poſt publica-

tio-

tionem bonorum in exilium mittitur, ut de maleficis Nullus. b *Expiandi*, Appar. Infirmitatis purgandæ.

Caput III.

De pœnitentia Epiſcopi, vel clerici magos vel aruſpices conſulentis.

Particula XLIX.

Vigeſimaſexta q. 5. ex Concilio Toletano 4. cap. 30. *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut diaconus, aut quilibet ex ordine clericorum, magos, aut aruſpices, aut incantatores, aut ariolos, aut certe augures, vel ſortilegos, vel qui profitentur artem magicam, aut aliquos eorum ſimilia exercentes, conſuluiſſe deprehenſus fuerit, ab honore dignitatis ſuæ ſuſpenſus, monaſterii curam ſuſcipiat, ibique pœnitentiæ perpetuæ deditus, ſcelus admiſſum ſacrilegii ſolvat.* Hæc canon.

Caput III.

De pœnitentia ſacerdotis, cujus negligentia ſacrificium a bruto comeditur.

Particula L.

De conſecratione diſt. 2 ex Concilio Aurelianen. *Qui bene non cuſtodierit ſacrificium, & mus vel aliud aliquod animal illud comederit, quadraginta dies pœniteat. Qui autem perdiderit illud in Eccleſia, aut pars ejus ceciderit, & non inventa fuerit, triginta dies pœniteat.* Hæc canon.

Caput III.

De pœnitentia ſacerdotis, qui incaute Euchariſtiam dimiſit.

Particula LI.

Extra. de cuſt. Euchar. Innoc. III. in Conc. generali. *Statuimus ut in cunctis Eccleſiis chriſma, & Euchariſtia ſub fideli cuſtodia clavibus adhibitis conſerventur, ne poſſit ad illa temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda. Si vero is, ad quem ſpectat cuſtodia, ea incaute reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpendatur, & ſi per ejus incuriam aliquid nefandi inde contigerit, graviori ſubjaceat ultioni.* Hæc canon.

Caput III.

De pœnitentia jurantis non facere pacem cum proximo.

Particula LII.

Vigeſimaſecunda quæſt. 4. ex Concilio Ilerdenſi: *Qui ſacramento ſe obligaverit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro perjurio, uno anno a communione corporis & ſanguinis Domini ſegregatus, reatum ſuum eleemoſynis, fletibus, & quantis potuerit jejuniis abſolvat, ad charitatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum celeriter venire feſtinet.* Hæc canon. (can. 7; 1 Pet. 4)

Caput III.

De pœnitentia ſcienter rebaptizati, & bis confirmati.

Particula LIII.

Extra. de apoſtatis. Alexander Tertius: *Ex litterarum tuarum tenore perpendimus, quod quidam ægritudine longa confectus, inſano ſortilegarum mulierum credens conſilio, ut ſanaretur, per iterationem fecit injuriam baptiſmatis ſacramento.* Et infra: *Quia ergo nos tua duxit prudentia conſulendos, qualiter puniri debeat acolytus, quem minor ætas, & intentio fraternæ ſalutis excuſare videtur, diſcretioni tuæ præſentibus litteris reſpondemus, quod ad ſuperiores ordines promoveri, ſi publicum eſt, quod proponitur, non valebit, niſi ad religionem tranſire voluerit, ut favore religionis ipſius, circa eum valeat diſpenſari. Si vero occultum eſt, promoveri poterit, & exceſſum ſuum dignis pœnitentiæ fructibus expiare.* Hæc canon.

Item de eod. de conſe. d. 5. ex Concil. Tarraconen. cap. 6.

Dictum eſt nobis, quod quidam de plebe bis, vel ter, vel eo amplius Epiſcopis ignorantibus, tamen ab eiſdem Epiſcopis confirmentur. Unde nobis viſum eſt, eamdem confirmationem, ſicut

Digitized by Google

ſicut nec baptiſmum iterare minime debere: quia bis, vel ter, vel amplius baptizatos, aut confirmatos, non ſæculo, ſed Deo ſoli, ſuo habitu regulari, vel clericali religioſiſſime famulari decretum eſt. Hæc canon.

CAPUT III.

De pœnitentia raptoris.

PARTIAULA LIV.

EXtra. de raptoribus, Eugenius Tertius; *Statuimus, ut quicumque ex his, qui violenter ſurrexerint in rapinam, ſive in Eccleſiarum violatione manifeſte deprehenſus fuerit, niſi prius ablata reſtituat, ſi poterit, vel emendandi firmam & plenam ſecuritatem fecerit, pœnitentiæ beneficium ei penitus denegetur. Si vero uſque ad obitum, in contumacia ſua duraverit, & in extremis poſitus remedium pœnitentiæ humiliter poſtulaverit, ſi emendationem, vel emendandi ſecuritatem præſtiterit, ei pœnitentia, & Eccleſiaſtica ſepultura concedantur. Qui autem in ſanitate obſtinata mente non pœnituerit, vel emendaverit, & in morte ſecuritatem præſtare nequiverit, ſolemnitas pœnitentiæ parum prodeſſe videtur, ſicut credimus. Sed de peccato contrito viaticum non negetur, ita tamen ut nullus clericorum ſepulturæ illius interſit, nec ejus eleemoſynam accipere præſumat. Quod ſi qui Presbyterorum vel clericorum, contra hoc in vita, vel in morte pœnitentias dare, aut ſepulturæ intereſſe, vel eorum eleemoſynas accipere attentaverint, ſeu hujuſmodi rapinæ participes inventi fuerint, ordinis ſui damnum irrecuperabiliter patiantur, & Eccleſiaſtico beneficio careant.* Hæc canon.

Secundum Raymundum dicere potes, quod hæc decretalis eſt localis, vel quando illi non pœnituerant. Videtur enim, quod ſi aliquis eſſet etiam pro hujuſmodi criminibus excommunicatus, & dum in extremis ageret pœnitentiam, juxta formam Eccleſiæ abſolutus, non debet ei cœmeterium, vel alia Eccleſiæ ſuffragia denegari, ſed ejus heredes, & propinqui, ad quos bona pervenerint ipſius, ut pro eo ſatisfaciant, ſunt A cenſura Eccleſiaſtica compellendi. Extra. de ſepulturis Parochianos. §. Parum prodeſſe. Appa. quantum ad pœnam temporalem.

CAPUT III.

De pœnitentia propter neceſſitatem famis furtum committentis.

PARTICULA LV.

EXtra. de furtis, ex Pœnitentiali Theodori: *Si quis propter neceſſitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, veſtem, vel pecus, pœniteat hebdomadas tres. Et ſi reddiderit, non cogatur jejunare.* Hæc B canon.

CAPUT III.

De pœnitentia ejus, qui ſtupravit virginem.

PARTICULA LVI.

EXtra. de adulteriis. Gregorius. *Pervenit ad nos, quod Felix quamdam virginem decepit ſtupro. Quod ſi verum eſt, quamvis eſſet de lege pœna plectendus, nos aliquatenus legis duritiam mollientes, hoc modo diſponimus, ut, aut quam ſtupravit uxorem habeat, aut ſi renuendum putaverit, corporaliter caſtigatus, excommunicatuſque, in C Monaſterio, in quo agat pœnitentiam, retrudatur; de quo nulla ſit ei egrediendi ſine præceptione licentia.* Hæc canon.

CAPUT III.

De pœnitentia adulteri vel adulteræ.

PARTICULA LVII.

EXtra. de adulteriis. Alexander III. *Significaſti nobis, quemdam Presbyterum cum alterius conjuge intra Eccleſiam dormiviſſe, quæ ſe & illum cuidam Sacerdoti hujuſmodi delictum confeſſos fuiſſe publice tibi detexit, & hoc ipſum idem Sacerdos nomen adulteri celans in tua præſentia dixit. Super quo quid fieri debeat, cum, negante*

Digitized by Google

re adultero, mulier in confeſſione perſiſtat, conſilium requiſiſti. Ideoque mandamus, quatenus condignam pœnitentiam præfatæ imponens adulteræ Eccleſiam per aſperſionem aquæ benedictæ reconciliare procures. (1 Cor. 8; 2 Cor. 6) Prædicto autem Sacerdoti, ne contra Apoſtolum, infirmorum corda, mala fama ipſius percutiantur, & ne vituperetur miniſterium noſtrum, neque Presbyteri ſecuriores exiſtentes, in peccatum licentius prolabantur, cum vicinis Presbyteris, quos ſe pejerare nolle cognoveris, juxta arbitrium tuum, purgationem indicas, quem ſi purgare poteris, in officio ſuo miniſtrare permittas, alioquin ipſum ab officio ſuo ſuſpendere non poſtponas. Hæc canon.

Pœna autem pro adulterio imponitur mortis, quaſi pro ſacrilegio. B Nam ſacrilegos nuptiarum gladio puniri oportet, ut C. de adulteriis. L. Quamvis. Femina autem, jure authenticorum, verberata in Monaſterium retruditur, quam intra biennium viro recipere licet, biennio tranſacto, vel viro mortuo, antequam uxorem de monaſterio educat, adultera tonſa, monaſtico habitu ſuſcepto, ibi, dum vivit, permaneat, duabus partibus propriæ ſubſtantiæ liberis applicandis, tertia Monaſterio. Si liberos non habeat, parentibus extantibus hujuſmodi iniquitati non conſentientibus, tertia pars applicatur, duæ monaſterio; quibus prædictis non extantibus, tota ſubſtantia monaſterio quæritur, pactis dotalium inſtrumentorum omni caſu ſervandis, ut in auth. Ut nulli judicum. Hæc ſunt verba Ganfredi.

Caput III.

De pœnitentia medicorum corporum, medicos animarum non vocantium.

Particula LVIII.

Extra. de pœnitentia & remiſſ. Innocent. III. *Cum infirmitas corporalis nonnumquam proveniat ex peccato, dicente Domino languido, quem ſanaverat; Vade & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat; præſenti decreto ſtatuimus, & diſtricte* A *præcipimus medicis corporum, ut cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos* (Joan. 5) *ante omnia moneant, & inducant, ut medicos advocent animarum, ut poſtquam fuerit infirmo de ſpirituali ſalute proviſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur, cum cauſa ceſſante ceſſet effectus. Hoc quidem inter alia huic cauſam dedit edicto, quod quidam in ægritudinis lecto jacentes, cum eis a medicis ſuadetur, ut de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidunt, unde facilius mortis periculum incurrunt. Si quis autem medicorum hujus noſtræ conſtitutionis, poſtquam per Prælatos locorum fuerit publicata, tranſgreſſor extiterit, tamdiu ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, donec pro tranſgreſſione hujuſmodi ſatisfecerit competenter. Ceterum cum anima ſit multo pretioſior corpore, ſub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ convertatur.* Hæc canon.

Caput III.

De pœnitentia & pœna negligentium confeſſionem & communionem, & peccata in confeſſione detecta revelantium.

Particula LIX.

C Extra de pœnitent. & remiſſ. Innocent. III. *Omnis utriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus peccata, ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, & injunctam ſibi pœnitentiam, propriis viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reverenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum, niſi forte de proprii Sacerdotis conſilio, ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus ab hujuſmodi perceptione duxerit abſtinendum. Alioquin vivens, ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Unde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in Eccleſiis publicetur, ne quiſquam ex ignorantiæ cæcitate, velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit*

juſta

Digitized by Google

juſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet, & obtineat a proprio Sacerdote, cum aliter ipſe illum non poſſit abſolvere vel ligare. Sacerdos autem ſit diſcretus & cautus, ut more periti medici, ſuperinfundat vinum & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens, & peccatoris circumſtantias & peccati, quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere conſilium, & cujuſmodi remedium adhibere, diverſis experimentis utendo, ad ſanandum ægrotum. Caveat autem omnino, ne verbo, aut ſigno, aut alio quovis modo aliquatenus prodat peccatorem. Sed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſque ulla expreſſione perſonæ caute requirat: quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio ſibi detectum præſumpſerit revelare, non ſolum Sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendum perpetuam pœnitentiam in arctum Monaſterium detrudendum. Hæc canon.

Luc. 10

DE USU CLAVIUM

Caput IV. Continens Particulas III.

De quotuor caſibus, in quibus Sacerdos non poteſt abſolvere, & quod ſex modis falſa pœnitentia dicitur, & proprius Sacerdos ſex modis dicitur.

PARTICULA I.

Quatuor modis dicitur qui non vere contritus

PRIMUS caſus, in quo ſacerdos non poteſt confitentem abſolvere, eſt, cum quis non eſt vere contritus. Talis enim nec a ſummo Pontifice, poſſet abſolvi a peccatis. Quatuor autem modis dicitur, & eſt aliquis non vere contritus, ſed falſe, qui notantur de pœnitentia diſtinct. 5. & ſunt verba Gregorii: Falſas pœnitentias dicimus, quæ non ſecundum auctoritatem ſanctorum patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque quicumque miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod ſine peccato exerceri non poſſit, ſi gravioribus culpis irretitus ad pœnitentiam ve- A nerit, vel qui bona alterius injuſte detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoſcat ſe veram pœnitentiam non poſſe peragere, per quam ad vitam æternam valeat pervenire: niſi negotiationem relinquat, vel officium deſerat, bona quidem, quæ injuſte abſtulit, reſtituat, & odium ex corde dimittat, arma deponat, ulteriuſque non ferat, niſi conſilio Religioſorum Epiſcoporum, pro defendenda juſtitia. Quintus modus, notatur eadem diſt. ex verbis Inno. I. Fratres noſtros Epiſcopos & Presbyteros admonemus, ne falſis pœnitentiis laicorum animas decipi, & in infernum pertrahi patiantur: falſam autem pœnitentiam eſſe conſtat, cum B ſpretis pluribus, de uno ſolo pœnitentia agitur, aut cum ſic agitur de uno, ut non diſcedatur ab alio. Unde ſcriptum eſt: Qui totam legem obſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus, ſcilicet quantum ad vitam æternam. Sicut enim, ſi peccatis omnibus eſſet involutus, ita & ſi in uno tantum maneat, vitæ æternæ januam non intrabit. Falſa eſt etiam pœnitentia, cum pœnitens ab officio vel curiali, vel negotiali non recedit, quod ſine peccatis agi nullatenus prævalet, aut ſi odium in corde geſſerit, aut ſi offenſo cuilibet non ſatisfacit, aut ſi offendenti offenſus non indulgeat, aut ſi arma quis contra juſtitiam ferat. C Hæc canon.

Greg. VII. in Syn. 1 Romæ celebrata an. 1078 c. 6

Jac. 2

Pœnitentia falſa ſex modis dicitur.

Ex his duobus capitulis colligitur, quod quinque modis falſa pœnitentia dicitur. Primus eſt, ſi confitens ex contemptu & ſine rationabili cauſa, pœnitentias ſecundum auctoritatem Patrum taxatas, ſubire noluerit. Secundus, ſi officium, de quo vivit, non juſtificaverit, vel ſi ſine peccato exerceri non poſſit, non dimiſerit. Tertius, ſi odium in corde tenuerit. Quartus, ſi ablata non reſtituerit. Quintus, ſi in voluntate peccandi remanſerit. Sextus addi poteſt; ſi de peccatis præteritis ſufficienter non doluerit; & hic ſextus modus tangitur ab Auguſtino, cujus verba ſunt hæc: Continue enim dolendum eſt de peccato, quod declarat ipſa dictionis virtus. Pœnitere

Aug. l. de vera & falſa pœnitentia c. 13 tom. 4

re

re enim eſt pœnam tenere; quapropter pœnitentia talium dicitur attritio, non contritio. Secundus caſus eſt, quando tam gravia quis commiſit peccata, quod ad ſuperiorem debeat confitens tranſmitti; quæ autem ſint illa, poſtea differetur. Tertius, ſi majori excommunicatione ſit confitens innodatus, a qua non poteſt abſolui, niſi per proprium Sacerdotem. Quartus, ſi confitens non eſt ſubditus confeſſoris, & confeſſor non ſit ejus Sacerdos proprius. Quia ut dicit canon. 6. quæſt. 3. Scriptum ex Deuter. 23. Nemo debet falcem in meſſem alterius mittere. Et 9. q. 2. Nullus Parochianum alterius judicare præſumat, & de pœn. d. 6. fin. dicit Urban. II. Qui contra hæc ſtatuta facere tentaverit, gradus ſui periculo ſubiacebit, ut dicit Calixtus Papa IX. q. c. 1. Talis judicatio nullas habet vires, quoniam nullius alterius judicis niſi ſui ſententiam tenebit. Si autem cogitas, quia tota die contrarium fieri videmus. Reſpondeo, tanto pejus: & qui hos canones non ſervant, graviſſime peccant.

Sacerdos proprius ſex modis ficitur. Sciendum tamen, quod proprius Sacerdos alicujus ſex modis efficitur. Uno modo per determinationem ſuperioris, prout determinantur paſtores, vel vicarii ab illis, quibus *licet habere vicarios ex diſpenſatione ſuperioris*. Secundo modo per privilegium aliquorum, ut quidam religioſi ſunt. Sed talibus confeſſi, niſi legitimum impedimentum habeant, debent iterum Sacerdoti proprio confiteri. Tertio per licentiam proprii Sacerdotis, cum mittit ſubditos ad aliquos diſcretos. Illa tamen licentia non debet fieri generaliter ad omnes, ſed ad illos, vel ad illum, quem ſcit eſſe diſcretum & notum. Quarto cum quis eſt vagabundus, & pervenit ad Sacerdotem diſcretum & notum. Quinto, cum quis eſt in articulo extremæ neceſſitatis. In illa enim poteſt quilibet Sacerdos quemlibet verum contritum abſolvere ab omni excommunicatione, & ab omni peccato, quantumcumque ſit grave. Unde Julius Papa 26. quæſt. 6. Si Presbyter abnegaverit pœnitentiam morientibus, A reus eſt animarum. Sexto propter nimium defectum Sacerdotis.

Quinque autem faciunt nimium defectum in Sacerdotibus. Unum eſt, ſi ſunt confeſſionis proditores: per hoc enim non ſolum damnantur æternaliter, ſed, ut dicitur in canone, etiam in præſenti puniuntur, per B. Gregorium depoſitione, & perpetua peregrinatione, de pœn. diſt. 6. Sacerdos. Per innoc. III. non ſolum depoſitione, ſed inſuper arcta Monaſterii intruſione. Extra. de pœnit. & remiſſ. Omnis utriuſque ſexus. Item alius canon. 5. q. 6. Delatori, aut lingua capuletur, aut convicto caput damnetur, vel amputetur. Hæc canon. Capuletur, id eſt, ſuſpendatur B caput, ſcilicet civile, non naturale, quod dicitur ſtatus hominis. Inſtit. de capit. diminut. Secundum ſi ſunt notorii juris, & ut credo facti fornicatores. Tertium, ſi ſunt judicii confeſſionis perverſores, eo quod ſunt de quibus dicit Iſaias: Væ qui juſtificatis impium pro muneribus, & juſtitiam juſti aufertis ab eo. *Iſa. 5* Quartum, ſi ſunt aliquarum perſonarum ſollicitatores. Quintum, ſi gravem & cæcam patiuntur ignorantiam, ne ſi cæcus cæcum ducat, &c. Nam ut dicitur in ſentent. lib. 4. diſt. 21. c. ult. & de pœn. diſt. 6. Quod autem dicitur: aliud eſt favore, vel odio, Secerdotem proprium contemnere, quod canones prohibent: aliud cæcum vitare, quod Urbanus facere C monet. Ne ſi cæcus cæcum, &c. Et illiſc caſibus tunc efficitur ſubito alius Sacerdos proprius, non quilibet tamen, ſed diſcretus, & notus ex ordine, vel perſona. Dico autem notos, ne detur occaſio declinandi ad hæreticos. Si vero prædictorum quatuor nihil impediat, poteſt confeſſor confitentem ab omnibus abſolvere, cum diſtinctione prædicta, videlicet, quod confitens ſit bene contritus, quod non ſit gravioribus criminibus irretitus, quod non majori excommunicatione innodatus, quod confeſſoris ſubditus uno prædictorum ſex modorum.

Caput IV.

Quibus Sacerdos poſſit, vel non poſſit injungere pœnitentias utiles ad ſalutem, & de pœnitentia ſolemni.

Particula II.

ATtendendum igitur, cum ſint tria genera confitentium, quod ſecundum omnes doctores primis nulla poteſt injungi pœnitentia utilis ad ſalutem, nec per majorem videlicet, nec per minorem. Horum autem ſunt ſex genera. Primi raptores, ſecundi uſurarii, tertii incendiarii, quarti fures, quinti ſimoniaci, ſexti doloſi circumventores, ut ſunt perverſi judices, advocati iniqui, teſtes falſi, negotiatores fraudulenti, & hujuſmodi, quibus omnibus, non poteſt alia a quocumque injungi pœnitentia, niſi illa Evangelica: Redde quod debes: & illa Apoſtolica: Redde omnibus debita: & illud Eccleſiaſtici: Redde debitum tuum. Quod ſi hanc acceptare noluerit confitens, nulla alia injungi poteſt, quæ ſibi valeat ad ſalutem. Quia ut dicit Auguſtinus in Epiſtola ad Macedonium 14. q. 6. Si res aliena, propter quam peccatum eſt, poſſit reddi, & non redditur, pœnitentia non agitur, ſed ſimulatur. Si vero pœnitentia veraciter agitur, non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Septimi ſunt quibus etiam a nullo injungi poteſt pœnitentia, quicumque mortale peccatum dimittere nolunt, de quibus tactum eſt ſupra, poteſt tamen eis dari conſilium Beati Gregorij dicentis de pœnit. diſt. 5. Falſas pœnitentias dicimus, &c. Nec tamen deſperet, ſed faciat interim quidquid boni poteſt, ut dominus illuminet cor ejus ad pœnitentiam.

Matt. 18
Rom. 13
Eccl. 4
Aug. ep 54 ad Maced. tom. 2

Secundi vero ſunt, quibus tantum a majore injungi poteſt pœnitentia, quorum ſunt quinque genera. Primi quibus ſolemnis pœnitentia eſt injungenda, non dico publica, ſed ſolemnis, quæ fit in capite Quadrageſimæ, cum ſolemnitate illa, quæ traditur diſt. 50. In capite & eſt decretum illud Agathen. concilii, cujus verba

Greg. VII. in Synod. Rom. celebrata anno 1078 ca. 6

A ſunt hæc: In capite quadrageſimæ, omnes pœnitentes, qui publicam ſuſcipiunt aut ſuſceperunt pœnitentiam, ante fores Eccleſiæ ſe repræſentent Epiſcopo civitatis, ſacro induti, nudis pedibus, vultibus in terram demiſſis reos ſe eſſe ipſo habitu & vultu proteſtantes. Ibi adeſſe debent debent decani, id eſt archipresbyteri parochiarum, & presbyteri pœnitentium, qui eorum converſationem diligenter inſpicere debent, & ſecundum modum culpæ, pœnitentiam per per præfatos gradus injungere. Poſt hoc eos in Eccleſiam introducant, & cum omni clero, ſeptem pœnitentiæ Pſalmos in terra Pontifex proſtratus cum lacrymis pro eorum abſolutione B decantet. Tunc ſurgens ab oratione, juxta quod canones jubent, manus eis imponat, aquam benedictam ſuper eos ſpargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum cooperiat, & cum gemitu & crebris ſuſpiriis denunciet eis, quod ſicut Adam projectus eſt a Paradiſo, ita & ipſi pro peccatis ab Eccleſia abiiciuntur. Poſtea jubeat miniſtris, quod eos extra januam Eccleſiæ expellant, clerus vero proſequatur eos cum reſponſorio: In ſudore vultus tui, &c. ut videntes ſanctam Eccleſiam, pro facinoribus ſuis tremefactam atque commotam, non parvipendant pœnitentiam. *Gen. 3* In ſacra autem Domini cœna rurſus ab eorum decanis, & eorum presbyteris, Eccleſiæ liminibus repræſen- C tentur. Hæc canon.

Secundi, quando quis eſt excommunicatus a jure, vel a judice, qui non debet abſolvi, niſi a majore, ſalva diſtinctione juris.

Tertii, quando quis eſt in quacumque irregularitate, quia propter illam debet pœnitentem mittere ad Epiſcopum, vel ad alium qui poſſit diſpenſare.

Quarti, ſunt incendiarii ſatisfacere volentes, de quibus 23. q. ult. Eutichianus Papa. c. Si quis. & Inno. II. c. ſeq. Peſſimam. Nam talia majoribus reſervantur, & propter quorumdam ſacerdotum ſimplicitatem, juxta verbum quod elici poteſt ex Gloſſa Bedæ ſuper illud: Confitemini alterutrum, &c. Majora majoribus, *Jacob. 5*

Digitized by Google

bus, minora minoribus confitenda ſunt.

Quintus caſus, ſi ſit conſuetudo in aliquo Epiſcopatu, quod aliqua certa, & gravia crimina ad Epiſcopum deferantur, quæ ſibi ſingulariter reſervavit, puta in quibuſdam Eccleſiis homicidia, ſacrilegia, peccata contra naturam notorie facta, peccata falſariorum, & hujuſmodi talia, ſi ſit conſuetudinis, ut majoribus reſerventur. Pro omnibus aliis poteſt injungi pœnitentia vere conrito etiam a minori, cum diſtinctione prædicta.

Caput IV.

De quatuor regulis obſervandis in pœnitentiis injungendis.

Particula III.

POſt hoc, notandæ ſunt quatuor regulæ, in injunctione pœnitentiæ ſtrictiſſime obſervandæ.

Prima eſt, ut ſecundum qualitatem culpæ, imponat qualitatem pœnitentiæ, videlicet pro occultis peccatis occultam, pro manifeſtis vero manifeſtam injungat pœnitentiam, ut ait ſuper Mar. 6. magna Gloſſa Bedæ, quæ ſic incipit: Chriſtus tres mortuos. Notandum quoque, quod publica nona publico eget medicamento, levia autem & ſecreta, poſſunt deleri pœnitentia levi & ſecreta. Hæc Gloſſa. Auguſtinus: Qui enim multos offendit peccando, multos oportet placare ſatisfaciendo. Item in homilia de pœnitentia. 2. q. 1. Si peccaverit, ubi contingit malum, ibi moriatur.

Aug. lib. de vera & falſa pœnit. c. 11 to. 4 Idem ſer. 16 de ver. Dom. to. 10

Secunda regula, ut ſecundum quantitatem peccati, major vel minor pœnitentia injungatur, conſideratis tamen diverſis ſtatibus perſonarum, & circunſtantiis, de quibus tactum eſt in c. 3. partic. 1. Sic enim præcipit Dominus: Juxta menſuram peccati, erit & modus plagarum, ita tamen quod quadragenarium numerum non excedat, id eſt, vires pœnitentis. Status enim pœnitentiæ per quadragenarium numerum figuratur. Item: In menſura contra menſuram, cum abiecta fuerit, judicavit eam ſcilicet culpam. Attendendum tamen, quod ſi minorem condigno injungat ſacerdos pœnitentiam, non eſt propter hoc pœnitens a pœna abſolutus, ſed quidquid purgandum remanſerit, ſi decedit, procul dubio in igne purgatorii purgabitur, quia dicit Gregorius de pœnitentia diſt. 1. c. Si peccatum David: Aut Deus punit, aut homo. Et infra: Nequaquam igitur peccatori parcitur, quia nullatenus ſine vindicta culpa laxatur. Hæc canon. Qualiter autem ſe habere debeat ſacerdos circa infirmos, docetur in pœnitentiali a Theodoro Epiſcopo Cantuarien 26. q. 7. c. 1. §. Ab infirmis, & libro ſententiarum 4. diſt. 20. c. Solet quæri. Ab infirmis in periculo mortis poſitis, pura eſt peccatorum confeſſio inquirenda, non tamen illis eſt imponenda quantitas pœnitentiæ, ſed innoteſcenda, & cum amicorum orationibus, & eleemoſynarum ſtudiis, pondus pœnitentiæ ſublevandum, ſi forte migraverint, ne obligati, & communione, & conſortio veniæ fiant alieni. A quo periculo ſi divinitus ereptus convaluerit, pœnitentiæ modum a ſacerdote ſibi impoſitum, diligenter obſervet. Et ideo ſecundum auctoritatem canonicam, ne illis janua pietatis clauſa videatur, orationibus & conſolationibus Eccleſiaſticis, ſacra olei inunctione inuncti, ſecundum ſtatuta ſanctorum Patrum communione viatici reficiantur. Hæc canon.

Deut. 25 *Iſa. 27* *Greg. li. 9 Mor. c. 18*

Tertia regula eſt, ut injungat toto tempore vitæ ſuæ, de peccatis præteritis pœnitere, & propoſitum habeat in futuris ſemper abſtinendi. Quia quamvis pœnitentia exterior injungatur alicui ad tempus, debet tamen uſque ad finem vitæ ſuæ dolere, ſecundum quod dicit Auguſtinus in libro de vera & falſa pœnitentia, & introducitur de pœnitentia diſtinct. 3 cap. 4. & ſuperius tactum eſt. Continue dolendum eſt de peccato, quod declarat etiam ipſa dictionis virtus. Pœnitere enim eſt pœnam tenere, ut ſemper puniat in ſe ulciſcendo, quod commiſit peccando. Ille pœnam tenet, qui ſemper vindicat, quod commiſiſſe ſe dolet, ubi dolor finitur,

c. 19 to. 4

tur, deficit & pœnitentia. Hæc canon. A

Quarta regula eſt, ut ſibi injungat illud quod ait ipſe Salvator: [*Joan. 8*] Vade, & amplius noli peccare. Unde Auguſtinus: [*Aug. de vera & falſa pen. ca. 13 to. 4*] Non dixit. Nec pecces, ſed nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod, quomodo ſervabitur, niſi dolor in pœnitentia continue cuſtodiatur? Sic igitur ſemper doleat, & de dolore gaudeat, & non ſemper doluiſſe, doleat. Hæc Auguſtinus. Qui ergo in uno, vel in pluribus offendere vult, non debet tali ſive ſano ſive infirmo, ſive litterato, ſive illitterato, religioſo, vel ſæculari veniam peccatorum ſacerdos promittere, nec corpus Domini aliquatenus dare, vel licentiare, niſi ſemper de cetero deſiſtere voluerit ab omni mortali, etiam ſi ſit ſacerdos, & inſtet feſtum quodcumque, etiam ſi veſtitus miſſalibus indumentis, etiamſi expectaret Papa, & Imperator, & totus mundus ſacerdotem ſic indutum, etiamſi poſt annum peccare vellet, & tibi confiteretur. Talis enim confeſſio eſt iſtorum, qualis erat confeſſio presbyterorum, [*Dan. 13*] de quibus legitur, quod ad invicem confeſſi ſunt concupiſcentiam ſuam de Suſanna, & quia tamen deſiſtere noluerunt, propter iniquitatem ſuam perierunt. Similiter & iſti peribunt in voluntate peccandi permanentes, quia ut [*Heb. 10*] Apoſtolus ait: Voluntarie nobis peccantibus, jam non relinquitur hoſtia pro peccato, Gloſſa: In voluntate peccandi permanentibus. Quotieſcumque autem ſacerdos, in voluntate peccandi mortaliter permanentibus licentiat corpus Chriſti, peccat mortaliter: quia Chriſtum cum Juda tradit, ut ſecundario crucifigatur. Imo dicit Auguſtinus in gloſſa ſuper illud Pſalmi: [*Pſal. 68*] Et dederunt in eſcam meam fel, quod gravius peccat, qui contemnit regnantem in cœlo, quam qui crucifixerunt ambulantem in terra. Hoc quidam peſtiferi & idiotæ non attendentes, dant largam licentiam communicandi, luxurioſis, exactoribus, uſurariis, concubinariis, & hujuſmodi monſtruoſis, ira & odio plenis. O magna & infelix præſumptio, licentiare aliis tam ingens flagitium, quod ſibi nullus hominum licentiare poſſet. Magna vero præſumptio ſimplicis ſacerdotis, licentiare aliis, quod nec Papa, nec Angelus, nec Petrus, nec omnes Angelorum exercitus poſſent licentiare. Cum ſententiam judicis Paulus voce præconia proclamaverit: [*1 Cor. 11*] Quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domni indigne, reus eſt corporis & ſanguinis Domini. Gloſſa: Indignus eſt, qui aliter celebrat myſterium Euchariſtiæ, quam a Chriſto traditum eſt, & qui non devota mente accedit ad Euchariſtiam, vel in voluntate peccandi manens, & iſte talis eſt reus corporis & ſanguinis Domini, id eſt, mortis Chriſti pœnas dabit, id eſt, ac ſi Chriſti occiderit, punietur. B Hæc gloſſa. continua: Tam grave peccatum eſt, Chriſtum indignis licentiando tradere, ut ipſe judex per ſe clamet: Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. [*Matt. 26*] Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille. Gloſſa: Multo melius eſſet omnino non eſſe, quam male eſſe. Ac ſi aperte dicat: Melius eſſet tali homini, quod Chriſtus numquam fuiſſet incarnatus, numquam natus, numquam paſſus, numquam a morte reſuſcitatus, licet per hoc multos liberaverit, infernum ſpoliaverit, cœlos ditaverit: quia omnia hæc talia non proficiunt ad ſalutem, ſed ad acerbiorem damnationem, quia gravius peccant, C qui contemnunt regnantem in cœlo, quam qui crucifixerunt ambulantem in terra, ut dictum eſt. Unde in nullo caſu, ſanis, nec infirmis, nec ſacerdotibus, nec aliis peccare volentibus, debet ſacerdos corpus Chriſti licentiare vel indulgere, quia præcipit Dominus: [*Matt. 7*] Nolite ſanctam dare canibus, id eſt, ad vomitum peccatorum redire volentibus. Sciat ergo confeſſor ſtudioſus, quod ſi diſcrete in omnibus prædictis, ſe circa confitentem habuerit, non tantum ſalvat ipſum confitentem, ſed etiam ſeipſum. Inſuper & operit multitudinem peccatorum, ac ampliora gaudia vitæ cœleſtis ſibi conquirit. Sicut beatus Jacobus dicit: [*Jac. 5*] qui cum diſſeruiſſet de ſacerdotibus, & confeſſione, ſtatim ſubintulit dicens:

cens: ſcire debet, quoniam qui converterit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ſuam a morte, & operit multitudinem peccatorum.

DE IRREGULARITATIBUS, & diſpenſationibus. Cap. V. continens Particulas LVIII.

PARTICULA I.

Summa irregularitatum ipſo jure injunctarum.

QUi adultus cauſa mortis baptizatur, non debet promoveri, ut diſtinct. 57 Si quis. Poteſt tamen Epiſcopus diſpenſare cum eo, propter raritatem clericorum, ſi meruerit ejus vita, ut d. c. Si quis.

PARTICULA II.

QUi ſcienter bis baptizatur de conſec. diſt. 4 Qui bis. Vel bis confirmatur, de conſec. diſt. 5 Dictum. & diſt. 50 Presbyteros. Cum his non diſpenſatur. Si vero ignoranter, Epiſcopus poteſt diſpenſare, ut in d. c. Qui bis. & 1. q. 4. placuit.

PARTICULA III.

QUi ſine baptiſmo ordinatur, talem poteſt Epiſcopus baptizare, & iterum ordinare. Extra eod. de presbytero non baptizato. Si quis & cap. Veniens.

PARTICULA IV.

QUi bis ordinatur. 1 quæſt. 3 Saluberrimum. Cum hoc diſpenſat Epiſcopus, ſi ignoranter, ut ibidem Alexander Papa.

PARTICULA V.

QUi per ſaltum aſcendit ad ordinem prætermiſſo aliquo, poteſt ab Epiſcopo ordinari, interim ab executione ſuſpenſus, donec prætermiſſum ſuſcipiat. diſt. 48 Sicut. & diſt. 52 Solicitudo. Extra. de cle-

B

rico per ſaltum promoto. c. Unico.

PARTICULA VI.

QUi furtive ab Epiſcopo ſuo ordinem recepit. Extra eodem. Veniens. Cum H. Lator. Si talis intraverit religionem, Epiſcopus vel prælatus ſuus poteſt cum eo diſpenſare. Hoc intellige, ſi ſententia excommunicationis lata non fuit, ut in dictis capp. & in App.

PARTICULA VII.

QUi ab alieno Epiſcopo, præter ſui Epiſcopi licentiam ordinatur. 7. q. 1. Epiſcopus in diœc. Cum hoc poteſt Epiſcopus diſpenſare. 9. q. 2. Lugdunenſis.

PARTICULA VIII.

QUi extra tempora ſtatuta ordinatur. Extra de temporibus ordin. Cum quidam. Cum hoc ſolus Papa diſpenſat, ut dicitur ibid.

PARTICULA IX.

QUi ab Epiſcopo, qui ceſſit loco & ordini ordinatur. Extra de ordinatis ab Epiſcopo, qui reſignavit Epiſcopatui, vel excommunicato, requiſivit. Sed ſi ignoranter ad majores ordines a tali promovetur, Epiſcopus ſuus cum eo poterit diſpenſare, niſi craſſa fuerit ignorantia, ut in dicto. c. Requiſivit. Apparatus tamen dicit, quod etiam ſi probabilis ſit ignorantia, neceſſaria eſt diſpenſatio.

C

PARTICULA X.

QUi ab Excommunicato vel ſuſpenſo ordinatur. Extra. de ordinatis ab Epiſcopo, qui reſignavit Epiſcopatui, vel excommunicato. Cum clericis. Sed Epiſcopus poteſt cum eo diſpenſare, ut ibidem dicitur, ſi ignoranter recipit, quia ſi ſcienter, non diſpenſaretur cum eo. 9 quæſt. 1 Ordinationes.

Digitized by Google

Particula XI.

QUi ſuſpenſus vel excommunicatus ordinem recipit. Arg. extra de ætate & qualitate ordinandorum. Cum bonæ. Extra. de clerico excommunicato miniſtrante. Poſtulaſti. Cum hoc ſolus Papa diſpenſat. Extra eod. Clerici in Appa.

Particula XII.

QUi reijcit religionis habitum, & in ſæculo in apoſtaſia fuerit ordinatus. Extra eod. Conſultationi. Cum hoc ſolum Papa diſpenſat, ut ibidem dicitur. Ubi nota quoſdam ſpeciales caſus, in quibus Papa diſpenſat in Apparat.

Particula XIII.

QUi in quolibet mortali ordinatur. Arg. Extra. de cohibitatione clericorum & mulier. Qui ſint diſt. 25. Primum. & 9. quæſt. 2. Audi. Et licet talis indigeat diſpenſatione, ſecundum Raymundum Rodonen. tamen dicit hæc verba: Non credo quod indigeat diſpenſatione poſt pœnitentiam, ſi ſit occultum. Arg. Extra de temp. ord. Qui ſint, cui concordat Bernardus in Appar. ibid. Item Rodonen. dicit, quod talis large dicitur ſuſpenſus, non per modum ſententiæ, ſed per ſimplicis prohibitionis, contra quam prohibitionem, qui celebrat, non incurrit irregularitatem, ſicut incurrit, qui celebrat ſuſpenſus per ſententiam. De hac materia multa invenies in ſumma Raymundi titulo de lapſis, &c. Is §. contra prædictas tres regulas.

Particula XIV.

QUi duos ſacros ordines, vel minores cum ſubdiaconatu, aut diaconatu recipit una die. Extra. de temporibus ordin. Litteras. Extra eod. c. Dilectus. Extra. de eo, qui furtive ſuſcepit ordines. Cum H. Lator. Innotuit. Cum hujuſmodi poteſt Epiſcopus diſpenſare in minoribus, & majoribus, ſi intraverit re-

A ligionem, vel prælatus ſuus poteſt, ut in dicta decretali Innotuit.

Particula XV.

QUi non habens ordines, divinum exercet officium, vel habens aliquem ordinem, & alterius ordinis, quem non habet, officium exercet, hic per diſpenſationem Papæ in ordine, quem habet, toleratur, ſed ad alium non promovebitur, ut 14 quæſt. 3. Privilegium 25 quæſt. 2 Sic decet. Extra eo. Si quis. &c. Ex litteris.

Particula XVI.

B QUi excommunicatus, vel ſuſpenſus celebrat, ut extra. de cleri. excommunic. miniſtrante. Clerici. & cap. Latores, & cap. ſequen. & Fraternitati, & Apoſtolicæ. Si minori.

Particula XVII.

QUi in loco interdicto celebravit. Extra. de cleri. excomm. min. Poſtulaſti. In hoc caſu, & in præcedenti diſpenſat Papa, ut dicitur in cap. dictis. maxime c. Cleririci. ubi hoc ſatis dicitur in Appa.

Particula XVIII.

C QUi in hæreſim lapſus, ab ea revertitur. 1. quæſt. 7. Saluberrimum, &c. Convenientibus. Hic ad majores ordines non promovetur, ſed in ſuſceptis poteſt Epiſcopus diſpenſare cum eo, ut in dicto cap. Saluberrimum.

Particula XIX.

QUi hæreticis Eccleſiaſtica ſacramenta diſtribuerit, vel eos ſepulturæ tradiderit, vel oblationes eorum receperit. Extra eod. Excommunicamus, 1. §. Si vero clericus. Cum his diſpenſat ſolus Papa, ut ibidem dicitur.

Par-

A

Particula XX.

QUi hæreticis credentibus, fautoribus, & defenſoribus eorum in aliquo præſtiterit auxilium, conſilium, & favorem, & qui eis in cauſis, vel factis, vel aliis litigationibus ſub eorum examinatione patrocinium præbuerit, & pro eis publica inſtrumenta, vel ſcripta fecerit, perpetuo eſt ab officio ſuſpenſus. Extra eod. Si adverſus nos.

Particula XXI.

QUi duas uxores ſimul, vel ſucceſive habuit, diſt. 34 Chriſtiano 30. quæſt. 1. Quomodo. Extra. de divort. Gaudemus.

B

Particula XXII.

QUi contrahit cum corrupta, vel vidua. diſt. 32 Seriatim, & diſt. 34. Curandum, & cap. Præcipimus. & extra de bigamis. c. 1. & 2. Secundum Raymundum non poteſt Epiſcopus cum bigamo diſpenſare. Extra. de bigamis. Nuper. Ad idem facit extra. de bigam. Super eo. diſtinct. 50. Si quis viduam. Sed hoc non tenet illud. c. diſt. 34. Lector. niſi forte quoad minores ordines, in quibus credo, quod Epiſcopus poteſt diſpenſare propter neceſſitatem, arg. diſt. 34 Subdiaconus. & in d. c. Lector. & diſt. 50. Placuit. Si tamen clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, qui nullam ante ſuſceptionem ordinum habuit uxorem, contraheret de facto matrimonium, & poſtea tranſiret ad religionem, in qua converſaretur honeſte, poſſet ſuus Epiſcopus diſpenſare. Extra. Qui clerici vel vo. hucuſque Raymun.

C

Particucua XXIII.

QUi duxit viduam a primo viro intactam, vel qui duas uxores habuit prima incognita, ſi mortua fuerit, non eſt bigamus. Extra eodem. cap. Debitum, & diſt. 34. cap. ultimo.

Particula XXIV.

QUi cum virgine contraxit, ſed poſtea alterum cognovit. 34. diſt. Si cujus uxorem, &, c. ſeq.

Particula XXV.

QUi infra ſacros ordines conſiſtens, de facto contraxit. Extra de bigamis, A nobis fuit.

Particula XXVI.

QUi poſt votum caſtitatis emiſſum, profeſſione regulari contempta, de facto contraxit matrimonium. 27. quæſt. 1. Quotquot. In Iſtis caſibus quinque bigamiæ, poteſt Epiſcopus diſpenſare in minoribus tantum propter neceſſitatem. Arg. 34 diſtinct. Lector. & cap. Subdiaconus. & diſtinct. 50 Placuit.

Particula XXVII.

QUi clauſtra egrediens, phyſicam vel leges audit. Extra. Ne cler. vel mon. Super ſpecula. Cum hoc ſolus Papa diſpenſat, ut dicitur ibid.

Particula XXVIII.

QUi duxit levem perſonam, utpute ancillam joculatricem, licet virginem, a promotione repellitur. 34. diſt. Si quis viduam.

Particula XXIX.

QUi in duello pugnavit. Extra eod. Porro. Cum hoc Epiſcopus diſpenſat, ſi mors, vel deciſio membrorum non ſit ſecuta, ut in d. c. Porro.

Particula XXX.

QUi ſolmnem egit pœnitentiam. diſt. 50. Ex pœnitentibus 32 diſt. Illiteratos. Extra de bigamis cap. primo. Cum his diſpenſat Epiſcopus, tantum in minoribus propter neceſſitatem Eccleſiæ, vel uti-

Digitized by Google

litatem diſt. 50. Placuit Extra. de ſent. excommunicationis. Nuper.

A

PARTICULA XXXI.

QUi illegitime natus eſt. Extra. de fil. presbyter. c. 1. Extra. de elect. Innotuit. Extra. Qui fil. ſint legit. Per venerabilem. Si intraverit religionem, poterit promoveri, quia religio tollit hanc irregularitatem ad omnes ordines. Si remanſerit in ſeculo, poteſt Epiſcopus cum eo diſpenſare ad omnes ordines. Extra eod. Veniens. Solus autem Papa diſpenſat, ut habeat curam animarum vel prælationem habeat. Extra eodem. Nimis in provincia tua, ubi de hoc plene dicit in Apparat.

B

PARTICULA XXXII.

QUi contempto Eccleſiaſtico judicio in caſu non licito, vadit ad ſæcularem judicem. 3 q. 5: Si quis Epiſcopus 11 quæſt. 1. Continuam in auth. Quomodo Apoſtolus §. Non aliter.

PARTICULA XXXIII.

QUi mutilatus eſt ſponte ſine cauſa, vel juſta cauſa, vel magno, vel parvo membro repellitur a promotione, & deiicitur jam promotus. Extra. de corpore vitia. Significavit & diſt. 15. Si quis abſcidit partem, & diſt. 33. Maritum.

C

PARTICULA XXXIV.

QUi juſta cauſa, vel propter lepræ periculum, amputare facit virilia, vel aliud parvum membrum non repellitur, vel reiicitur. Idem intelligitur, ſi ſit caſu fortuito mutilatus, vel in infantia ſectus niſi fuerit magnum membrum, quod deformitatem generet, vel ſcandalum. diſt. 55. Si quis a medicis. & Si quis per ægritudinem. & Lator. Extra eodem. Ex parte M. & ex parte B.

PARTICULA XXXV.

SI membrum amiſit, quod generet deformitatem, vel ſi amiſit oculum, non poteſt ſine diſpenſatione Papæ promoveri.

PARTICULA XXXVI.

DEbilitatus ſi ſine baculo ſtare non poterit, ab altari repellitur. Arg. de conſecr. diſt. 1. Nullus 44 diſtinct. Diſciplina. Si manum aridam habet. Si maculam in oculo, quæ generet deformitatem. Extra eod. Quoniam tua. Si leproſus efficitur. Extra. de clerico ægrotante. De rectoribus. & cap. Tua nos. Si morbum caducum patiatur. 7 quæſt. 1 Illud. & quæſt. 2. Nuper. & diſtinct. 33. Maritum. & cap. Communiter. & cap. Clerici. Idem eſt de furioſis, ut cap. Maritum. Tales non ad adminiſtrationem, vel ordinem admittuntur, & ſuſpenſi ſunt ſine culpa, ſed non ſine cauſa, tamen a beneficio non removentur. diſtinct. 55. Si Eccleſiaſtica 7. quæſt. 1. Cum percuſſio.

PARTICULA XXXVII.

QUi homicidium fecerit ſine cauſa juſta, cum hoc non diſpenſatur. Si cauſa juſtitiæ, cum hoc non diſpenſatur, ut poſſit promoveri: ſed ſi ſit promotus in ipſis ordinibus, cum ipſo poteſt per Papam diſpenſari. diſt. 51. Aliquantas. Alias ſi ſponte fecerit homicidium ſine ſpe recuperationis, & diſpenſationis deponatur diſtinct. 50. Clerici. & cap. Si quis viduam. Si neceſſitate evitabili, ſimiliter ad ſuperiores ordines non poteſt aſcendere, ſed in ſuſceptis, cum eo poteſt diſpenſari, licet non facile diſpenſatur, & per Papam. Si inevitabili, datur conſilium ut non miniſtret homicida, etiam in ſuſceptis ordinibus. diſt. 50. De his clericis. non tamen deponitur, ſed in ſuo ordine toleratur, de jure abſque diſpenſatione, ſecundum L. & Raymundum, extra de homicid. c. 2 & ſecundum Bernardum in Ap-

Appar. ſuper illud cap. extra eod. A Sicut dignum. Si caſu, cum culpa & negligentia, ab ordine ſuſcepto perpetuo ceſſabit. diſt. 50. Hi qui arborem. & extra eod. Presbyterum. Epiſcopus tamen poteſt in minoribus, & in ſubdiaconatu jam ſuſcepto diſpenſare. Extra eod. Continebatur. Si diaconus vel ſacerdos fuerit, ad Papam pertinet, ut in ipſis ordinibus, vel miniſtret, vel promoveatur ad ipſos, ut in dicto cap. Continetur. & cap. Lator præſentium. Secundum Raymundum tamen non poteſt diſpenſare Epiſcopus diſt. 50. Miror, quod intelligitur quidam indiſtincte, ſcilicet tam de voluntario, quam de caſuali, alii de homicida voluntario. Hæc Raymundus. Si ſine culpa, & negligentia, in ordine ſuſcepto poterit miniſtrare, & ad majores promoveri. Extra eod. Litteris ſignificaſti. cap. Dilectus. cap. Ex litteris. Et dicunt quidam, quod non oportet cum eo diſpenſari, ut in dictis capitulis apparet. Sed ſecurius, & tutius eſt, ut vel ſaltem Epiſcopus cum eo diſpenſet. diſtinct. 50. Clerico.

Particula XXXVIII.

SUnt & alii caſus, in quibus tenetur reatu ſanguinis, licet non occidat, utpote qui homini, vel mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non poſſit generare, vel concipere, vel naſci ſoboles.

Particula XXXIX.

QUi hominem ceperit, vel capi fecerit, vel conſilium dederit, vel in preſſionem miſerit, ſi ex preſſione, vel captione mors ſubſecuta fuerit. Extra eodem. Sicut dignum.

Particula XL.

QUi conſilium, vel mandatum, vel ſtudium dederit, ut homo occidatur. Extra. eodem. Significaſti, 2 diſt. 50. Si quis viduam. de pœnit. diſt. 1 periculoſe.

Particula XLI.

QUicumque in cauſa ſanguinis eſt judex, aſſeſſor, Procurator, advocatus, officialis, teſtis, notarius ſcribens ſententiam, vel dictans, diſtinct. 51 Aliquantas & cap. Clericis.

Particula XLII.

QUi chirurgiæ curam adhibuerit, vel potionem dederit, unde mors fuerit ſecuta, ſi per cupiditatem fecit, & in arte eadem expertus non extitit, nec diligentiam, quam debuit, adhibuit, tenetur, ut B de caſuali homicidio, cum culpa, & negligentia. Extra eodem. Tua nos.

Particula XLIII.

QUi intereſt ubi vindicta ſanguinis exercetur. Extra. Ne clerici, vel monachi. Sententiam ſanguinis. Bernardus in Appar. Si tantum intereſt, propter hoc non videtur irregularis effici, vel debere deponi, ſed alias debet puniri, quia interfuit contra præceptum dicti canonis.

Particula XLIV.

SI hi qui retinent beneficium, vel feudum de Eccleſia, ipſi Eccleſiæ C perſonam occiderint filii eorum uſque in quartam generationem in clericos non debent promoveri. Extra de pœnis. In quibuſdam. Bernardus in Appara. dicit ſecundum Joannem, quod Epiſcopus poteſt cum talibus diſpenſare, honeſtum tamen eſſet, quod nullus Epiſcopus in hoc caſu diſpenſaret, ut ſupra dictum eſt.

Particula XLV.

QUi pro ordinatione ſua, promiſſum, vel juramentum fecerit, ordinatori, vel præſentatori, quod eos ſuper proviſione ſua non inquietabit, cum eo non diſpenſat, niſi Papa. Extra. de ſimonia. Si quis ordinavit.

Digitized by Google

Particula XLVI.

QUi a ſimoniaco ordinatur Epiſcopo, ſive tunc ſciat eſſe ſimoniacum, ſive non. 1 quæſt. 1. Si qui a ſimoniacis. Sed in primo caſu ſine miſericordia deponitur. 1 quæſt. 1. De cetero, niſi violenter attrahatur. 1 quæſt. 1. Conſtat. In ſecundo caſu diſpenſatio toleratur. ut in cap. Si qui a ſimoniacis.

Particula XLVII.

QUi ordinem vel beneficium aliquod ſpirituale aliquo dato, vel promiſſo, vel retento, vel in pactionem deducto, vel precibus carnalibus, vel alienis receperit. 1 quæſt. 1. Ordinationes. Sunt nonnulli. Statuimus decretum. Si qui a Simoniacis.

Particula XLVIII.

NOta quod ſimoniacus in ordine, ſive ſit occultum, ſive manifeſtum, ſuſpenſus eſt, quoad ſe, & quoad alios. Similiter ſimoniacus in beneficio dando, vel recipiendo, vel in ordine confirmando, vel conferendo ſi ſit notorium. Extra eod. Tanta. Si occultum quoad ſe tantum. Extra eod. Ex tuæ fraternitatis. De hoc dicitur in Appa. Extra eod. ſupra illud c. Accuſatum. Tales ſine ſpe diſpenſationis oportet renunciare ordini & beneficio ſic ſuſcepto. 1 q. 1. Erga ſimoniacos. Extra eod. Ex tuæ fraternitatis, &c. Matthæus. Poteſt tamen Papa cum eis ex plenitudine poteſtatis diſpenſare, quamvis non ſit in jure expreſſum. Epiſcopus vero diſpenſare non poteſt, niſi in caſu, ſcilicet ſi crimen neſcientibus ordinato, & ordinatore commiſſum ſit, & poſtquam ſimpliciter renunciavit ordini, vel beneficio ſic ſuſcepto. Extra eod. De ſimoniace ordinatis.

Particula XLIX.

QUi Decanatum, vel Archidiaconatum, vel aliquam juriſdictionem ad agendas vices Epiſcoporum, ſub annuo cenſu receperit, ut ſimoniacus eſt ſuſpenſus, prima quæſt. tertia. Ex multis. extra eodem. Ne prælati vices ſuas ſub annuo cenſu, c. Quoniam in quibuſdam.

Particula L.

SUnt & alii caſus, in quibus ſuſpenditur aliquis ipſo jure, ſed ipſo facto non efficitur irregularis. Monitione competenti non præmiſſa, prælatus excommunicans aliquem, ſuſpenditur ipſo jure per unum menſem ab introitu Eccleſiæ, extra. de ſententia excommunicationis. Sacro approbante, & in nova conſtitutione. Cum medicinalis. Quando dicitur monitio competens, intelligitur trina, 24 q. tertia. De illicita.

B

Particula LI.

REctor Eccleſiæ, qui pro alienis debitis gravat Eccleſiam ſibi commiſſam, vel litteras alicui concedit, vel ſigilla quibus Eccleſia poſſit obligari, ſuſpenditur ipſo jure, donec cum ipſo diſpenſetur, extra. de ſolutionibus. Si quorumdam.

Particula LII.

ADulter manifeſtus, fornicator, vel teſtis falſus, ſi crimina ipſa ſint notoria, ſuſpenſi ſunt quouſque pœnitentiam egerint: extra de temporibus ordi. & qualitate ordin. Quæſitum eſt de ſacerdotibus: extra de cohabitatione clericorum. Quæſitum.

C

Particula LIII.

SI ordinator ab ordinato acceperit juramentum, vel promiſſionem, quod ſuper proviſione eum non inquietet a collatione ordinum, per triennium eſt ſuſpenſus. Extra. de ſimoniacis. Si quis ordinaverit.

Particula LIV.

USurarium manifeſtum, & in hoc decedentem, qui tradiderit ſepulturæ Eccleſiaſticæ, vel receperit

obla-

oblationes ejus, ſuſpenſus eſt uſque ad arbitrium Epiſcopi. Extra. de uſuris. Quia in omnibus.

Particula LV.

QUi eligunt in Epiſcopum perſonam patientem defectum in natalibus, ætate, & ſcientia, id eſt illegitime natam, & infra trigeſimum annum ætatis, vel non competentis litteraturæ, triennio a beneficiis ſuſpenduntur. Extra de electiom.

Particula LVI.

NOta quod capitulum quandoque diſpenſat ſecundum Raymundum extra. de ſimon. Ex inſinuatione. Extra. de præben. Cum non ignores, ubi Bernar. in Appar. videtur ſentire contrarium.

Particula LVII.

AD pleniorem autem intelligentiam, omnium in hoc ultimo capitulo prædictorum, nota verba Auguſtini ſcribentis ad Bonifacium, quæ introducuntur 50 d c. Ut conſtitueretur, & ſunt hæc: Ut conſtitueretur in Eccleſia, ne quiſquam poſt alicujus criminis pœnitentiam, clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat: non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factum eſt diſciplinæ. Alioqui contra claves Eccleſiæ datas diſputabitur, de quibus dictum eſt: Quæ ſolveritis in terra, ſoluta erunt & in cœlo. Sed ne forte etiam de criminibus ceteris, ſpe honoris Eccleſiaſtici, animus intumeſcens ſuperbe ageret pœnitentiam, ſeveriſſime placuit, ut poſt actam pœnitentiam de damnabili crimine, nemo ſit clericus, ut deſperatione temporalis altitudinis, medicina major, & verior eſſet humilitatis. Nam & ſanctus David de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore ſuo perſtitit, & beatum Petrum quando amariſſimas lacrymas fudit, utique Dominum negaſſe pœnituit, & tamen Apoſtolus manſit. Sed non ideo

Aug. ep. 50 poſt med. tom. 2

Matt. 18

A putanda eſt ſupervacua poſteriorum diligentia, qui ubi ſaluti nihil detrahebatur, humilitati addiderunt aliquid, quo ſalus tutius muniretur, experti, credo, aliquorum fictas pœnitentias, per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas invenire medicinas multorum experimenta morborum. Verum in hujuſmodi cauſis ubi per graves diſſenſionum ſciſſuras non hujus, aut illius hominis periculum, ſed populorum ſtrages jacent, detrahendum eſt aliquid ſeveritati, ut majoribus malis ſanandis charitas ſincera ſubveniat. Hæc Auguſtinus.

Particula LVIII.

B

EX his verbis Auguſtini colliguntur tres regulæ. Prima, qui peccavit poſt baptiſmum, non poteſt promoveri.

Secunda eſt, promotus qui mortale crimen committit, dejicitur.

Tertia eſt, qui ab ordine deponitur, non poteſt reſtitui, ubicumque mitius agitur, diſpenſatio eſt.

Contra prædictas tres regulas poteſt Papa diſpenſare in omni caſu ex plenitudine poteſtatis, licet plures caſus ſint in quibus nullo modo diſpenſat, ut in homicidio voluntario, diſt. 50. Miror, in quatuor caſibus, qui continentur in his verſibus;

C

Sive bis ordo datur, ſive Baptiſmus repetatur,
Sive, ut evertatur fidei ſtatus, ordo petatur,
Vel ſi præſtetur, ut utrinque Simon operetur,
Ut diſpenſetur ſpes irrita prorſus habetur.

Baptiſmus repetatur, ſive ignoranter, ſive ſcienter. Secus tamen eſt, ſi aliquis ad cautelam ſub conditione ſe faciat baptizari, quia talis non incurrit irregularitatem. *Evertatur*, quando ſcilicet aliquis cum poſſit ordinari a catholico Epiſcopo, ſe facit ab hæretico ordinari. *Utrinque Simon*, id eſt ſi ſimonia interveniat ex parte ordinati, & ordinatoris. Sed circa Epiſcopos inferiores duplex eſt ſolemnis opinio. Una dicit, quod Epiſcopus poteſt diſpenſare contra duas regulas

gulas primas in adulterio, & minoribus criminibus, in majoribus adulterio nequaquam, niſi in caſibus a jure expreſſis, quod in eis poſſit Epiſcopus diſpenſare. Alia opinio dicit, quod poteſt Epiſcopus diſpenſare in omni crimine contra duas regulas primas, niſi expreſſe ſibi prohibeatur a jure. Hoc probatur 82 diſt. Preſbyter. & de pœnit. diſt. 6 c. 1 in fine. ver. Itaque Pontifex juſtus atque diſcretus, non cogitur ſacerdotes ſuos ſemper abiicere, nec mox reſtituere niſi a Romano Pontifice fuerit ſtatutum. Hanc ſecundam opinionem tenent Laurentius, Vincentius, Tancred. Joannes, Raymundus, & Bernardus, ut notatur in Appar. illius c. Extra. de judic. At ſi clerici. Quibus, conſentiendo dicatur, quod Epiſcopus contra primas regulas duas, niſi expreſſe ſibi prohibeatur a jure, poteſt in omni crimine diſpenſare.

Unde ſciendum, quod Epiſcopis in vigintiquinque caſibus diſpenſare prohibetur.

Primus de homicidio, diſtinct. 50. Miror, quod intelligunt quidam indiſtincte, tam de voluntario, quam de caſuali, quod etiam generali Eccleſiæ conſuetudine roboratur. Alii de homicida voluntario.

Secundus caſus de ſimoniaco, cum diſtinctionibus, quas require ſupra c. eod. partic. 48.

Tertius caſus de eo, qui excommunicatus majori excommunicatione vel per judicium ſuſpenſus ab officio, celebrat officiando 7 q. 1 Si quis Presbyter. 11 quæſt. 3. Si quis Epiſcopus, primo. Extra: de ſententia excommunicationis, Cum illorum abſolutio. Quidam dicunt contrarium in hoc caſu, ſcilicet, quod poſſet Epiſcopus diſpenſare. Arg. 2 quæſt. 4. Quæ de cauſa. Sed non tutum, nec conſuetum, niſi in caſu, ſcilicet ſi eos redderet ignorantia facti probabiliter excuſatos. Extra. de clerico excommunicato miniſt. Apoſtolicæ.

Quartus caſus eſt de clerico excommunicato in concilio, qui accedit ad judicium principis in caſu non conceſſo, contempto judice Eccleſiaſtico. 26 quæſt. 5. Si quis Epiſcopus.

Quintus caſus eſt, de bigamo. Extra. de bigamis. Super eo. Nuper. & require ſupra c. eod. de bigamis.

Sextus caſus eſt, de duobus preſbyteris, ut præſint uni Eccleſiæ æqualiter 21 q. 2 c. pen.

Septimus caſus eſt de habendis duobus vel pluribus beneficiis curam animarum habentibus. Extra. de cler. Dudum.

Octavus caſus eſt, de eo, qui conſtitutus eſt infra vigeſimumquintum annum, quia non poteſt cum eo Epiſcopus diſpenſare, ut promoveatur ad honores. Extra de elect. Cum in cunctis. Extra. de ætate, & qualitate ordin. Eam te. ubi præcipit Papa, quod nullus promoveatur, niſi ſit ætatis legitimæ. Extra. de elect. Nihil eſt.

Nonus caſus eſt de illegitime nato, cum quo non poteſt Epiſcopus diſpenſare, ut promoveatur ad honores. Extra. de filiis presbyt. c. pen. & ult. ubi dicit, quod cum illegitime natis ſolus Papa diſpenſat. Quod autem tales prohibentur ab honoribus, dicitur in concilio Pictavien. Extra. de filiis presbyteror. cap. 1.

Decimus caſus eſt, de eo, qui recipit ordinem ſcienter ab Epiſcopo, qui reſignavit Epiſcopatui, cum quo non diſpenſatur niſi a Papa.

Undecimus caſus eſt, de eo, qui recipit ordinem ſcienter ab Epiſcopo excommunicato. Extra. eod. c. 2.

Duodecimus caſus eſt, de tertia regula ſupradicta, contra quam non poteſt Epiſcopus, nec aliquis alius a Papa diſpenſare diſt. 50 cap. 1 & 2 & 2 quæſt. 6. Ideo, 1 & 2 Et intelligas hoc de ſolemniter degradato. Bernardus in Appar. illius cap. Extra. de clerico excommunicato miniſtrante, Clerici, dicit, quod ſi Epiſcopus cum aliis Epiſcopis ipſum a ſacerdotio tantum depoſuit, poteſt eum recipere in inferioribus ordinibus & ſic de aliis ordinibus. Arg. 15 quæſt. 8. Qui admiſerit, & cap. Si quis presbyter. Si vero depoſitus eſt ab omni ordine, tunc ſolus Papa reſtituit. Hæc Appar. & ſunt verba hæc. Quidam tamen dicunt, & male, quod Epiſcopus poteſt depoſitum reſtituere pro eis eſt 11 quæſt. 3. Epiſcopus, presbyter, ſed illud

Digitized by Google

illud poteſt intelligi, cum conſtabat A depoſitionem nullam eſſe. Item pro eis eſſe videtur diſtinct. 46. Clericus maledicus. Sed ibi expone, degradetur, id eſt, ſuſpendatur.

Tredecimus, & Decimusquartus, Decimusquintus, & Decimusſextus, continentur in his verſibus.

Sine bis ordo datur, ſive baptiſmus repetatur.

Sive, ut evertatur fidei ſtatus, ordo petatur.

Vel ſi præſtetur, ut utrinque Simon operetur,

Vel diſpenſetur, &c.

De primo requirere hujus capituli particulam 4. De ſecundo require eod. partic. 2. De tertio, habes 1. quæſt. 7. Convenientibus. §. Item B Tharaſius patriarcha verſ. Conſtantinus Epiſcopus dixit. De quarto require ejuſdem cap. partic. 46 & 48. Decimusſeptimus caſus eſt, de eo qui extra tempora ſtatuta ordinatur, de quo require hujus c. partic. 8.

Decimumoctavum caſum require particula 8.

Decimum nonum require particula 11.

Vigeſimum require particula 12.

Vigeſimumquintum require particula 15.

Vigeſimumſecundum require particula 17.

Vigeſimumtertium require particula 19.

Vigeſimumquartum require particula 27.

Vigeſimumquintum require particula 35. Fortaſſis apparebunt & alii caſus, ſed de iſtis dixiſſe ſufficiat, qui ad præſens memoriæ occurrerunt. Et quoniam.

Rebus in humanis, nihil omni parte beatum.

Quod Deus unus habet, cui ſubjacet omne creatum,

Plura quidem dicta, cum reor, eſſe relicta.

Hæc quoque cognoſco, merito veniam mihi poſco.

Chriſte reum purga, fac dignum vera Sophia.

Lux, dux, vita, via fer opem prece virgo Maria.

Fac precibus gratum, culpæ ſolvendo reatum.

Fac cruce damnatum quondam, nunc clarificatum.

Virgo tuum natum, ſine fine videre beatum.

Quem dilexiſti, molli gremio tenuiſti.

Ubere nutriſti, cui lac ſacrum tribuiſti.

Fac faciem Chriſti, cognoſcere, quem genuiſti.

De qua facie loquitur Apoſtolus, cum dicit: Videmus nunc per ſpeculum, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Hæc facies ſumme luminoſa eſt finis omnium ſtudiorum, ſumme gratioſa finis omnium deſideriorum, ſumme virtuoſa finis omnium ſacramentorum. Sufficientiſſime copioſa eſt finis omnium laborum & dolorum. De hac facie Auguſtinus ait: Facies Dei, manifeſtatio ejus intelligenda eſt. Hanc optabat cognoſcere ille mitiſſimus Mo- C ſes, dicens: Si inveni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, ut ſciam te. Ad hanc faciem pervenire eſt finis ſine fine. Ad quam finem omnia finientem, nos perducat bonitas infinita, Pater, & Filius & Spiritus ſanctus Beata Trinitas unus Deus. Qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ S. R. E. CARDINALIS, EPISCOPI ALBANENSIS.

OPUSCULUM, QUOD INSCRIBITUR.

SPECULUM ANIMÆ.

Aperte huic opuſculo S. Bonaventura, Speculum animæ, nomen dedit. Sicut enim in ſpeculo objectarum rerum imagines apparent, & quiſque in eo effigiem ſuam intuetur: ita in hoc tractatu capitalia vitia, eorumque propagines adeo perſpicue cernuntur, ut eo ſibi ob oculos mentis propoſito non mediocriter juvetur is, qui conſcientiam ſuam examinare, & patrata ſcelera inquirere, eademque in memoriam revocare ſtudet, ad integram eorum confeſſionem. Hoc autem opuſculum tripartitum eſt. Primo ſiquidem Auctor præfationem præmittit, in qua deſcribit arborem, cujus radix cupiditas eſt, truncus vero voluntatis conſenſus, rami affectiones variæ, quæ ut ipſe ait, ex voluntate procedunt, & ſecundum ejus conditionem penſantur. Deinde per tria capita tractat de tribus præcipuis hujus arboris ramis, ſcilicet ſuperbia, concupiſcentia divitiarum, & concupiſcentia carnis. Poſtremo, ut facilius ſibi arborem quiſque confingat, breviori, quo poteſt compendio, ſeu epilogo, hæc omnia comprehendit. De hac re legendus eſt Auctor his præſertim in locis, videlicet 2 Sent. d. 35 & 36 Breviloq. p. 3 per tot. itidem Centiloq. p. 1 Diaet. ſalut. tit. 1 opuſc. proxime ſeq. & pleriſque in aliis.

CAPITA HUJUS OPUSCULI.

De ſuperbia.	*Cap.* I.
De Concupiſcentia divitiarum.	*Cap.* II.
De Concupiſcentia carnis.	*Cap.* III.
Epilogus prædictorum, ubi Arbor deſcribitur.	*Cap.* IV.

PRÆFATIO.

Matt. 7 ARbor *mala fructus malos facit*, dicit Dominus, ſecundum Gloſſam interlinealem ibidem. Mala arbor, mala voluntas eſt, ex qua ſecundum aliam Gloſſam, fructus malæ operationis procedit. Hujus autem arboris folia, mala verba ſunt, ſecundum Gloſſam in principio pſalmiſtæ ſuper illud: (*Pſal.* 1) Et folium ejus non defluet. Per folia enim verba ſignantur, folia ſiquidem vanitatem & fluxibilitatem habent, quod eſt de natura verborum. Hujus arboris rami ſunt affectiones diverſæ, quæ ex voluntate procedunt, & ſecundum ejus conditionem penſantur. Si enim voluntas mala eſt, ramis ſuis ſuam corruptionem immittit, ſecundum illud Apoſtoli: *Si radix ſancta, & rami, &c.* (*Rom.* 11) Truncus autem iſtius arboris eſt voluntatis conſenſus, quoniam ſicut radix ramos ſuos, niſi mediante trunco, non poteſt expandere; ſic nec radix malæ

voluntatis, ramos vitiorum non poteſt emittere, niſi mediante conſenſu. Siquidem ſecundum Gregorium, ſuggeſtione, delectatione, & conſenſu peccatum perficitur. Radix autem iſtius arboris ſecundum Apoſtolum eſt cupiditas. Licet autem radix arbori præſtet originem, tamen a fructu incipimus per folia & ramos & truncum deſcendentes per ordinem ad radicem, ut iterum incipientes ab ipſa, qualiter procedant aſcendendo monſtremus.

Greg. in reg. l. 11 ind. 7 ep. 31 interr. 11

1 Tim. 6

Sciendum igitur, quod hæc radix, quæ cupiditas, vel concupiſcentia nominatur, ſecundum Bedam, ex corruptione ſeminis transfuſa per primos parentes ad poſteros habet ortum. Sicut autem materialis radix humorem trahit & germinat: ſic radix concupiſcentiæ, ſecundum Gregorium, ab imaginatione ſuggeſta, ab extrinſeco ſumit naturam, qua mediante germinat, cum delectatio ex imaginatione procedat. Tunc autem emittit virus, cum ex delectatione conſenſus oritur, quia ſecundum Auguſtinum, eſt duplex conſenſus, ſcil. in delectatione & opere. Cum enim ex imaginatione, & delectatione moroſa cum adverſione periculi, conſenſus in delectationem ſequitur, etiam ſi opere non complendum decernat, mortale eſt. Et propter hoc ſecundum Auguſtinum, totus homo damnabitur, licet iſte progreſſus peccati, qui dictus eſt, potiſſime in peccato carnali locum habeat, & maniſeſtius ibidem appareat; tamen & in omnibus aliis mortalibus locum habet. Si enim quodcumque peccatum mortale, mente per cogitationem tenueris, & delectationem conſenſus in ipſum ſequatur abſque conſenſu in opus ſi facultas adeſſet, nihilominus eſt mortale.

Beda in ep. ad Rom. c. 5 in illa verba, Propterea ſicut per unum hominem, &c.

Greg. ibid. ubi ſup. inter. 10 circ. med. in ſenſu

Aug. de Gen. cont. Manich. l. 2 c. 22 prope fin. tom. 1

Ibid.

Ut autem de radice iſta pleniorem notitiam habeamus, & quomodo ex ipſa fructus malæ operationis procedat, quadruplicem actuum differentiam aſſignamus. Sunt enim quidam actus, qui de natura ſui bonum dicunt. Sunt alii, qui quantum de natura ſui eſſe, indifferentiam habent, nec boni, nec mali, in genere moris dicuntur, ut levare feſtucam, & hujuſmodi. Sunt alii, qui de natura ſui malum dicunt, & tamen aliqua de cauſa vel fine, bonitatem moris ſortiri poſſunt, ut occidere hominem quod quidem exiſtente juſtitia bonum fieri poteſt, licet de ſui genere malum dicat. Sunt autem, ſecundum Auguſtinum alii, qui ita habent deformitatem annexam, quod nullo bono fine vel intentione poſſunt fieri, nec facientem excuſare: ut fornicari, vel injuſtitiam facere, vel adulterium committere, & hujuſmodi. Hoc igitur circa iſtam materiam eſt ſciendum, quod ſecundum Ambroſium, Affectus nomen operi imponit, & ex intentione opera judicantur. Quod quidem de duobus primis generibus actuum intelligit Ambroſius, ſcilicet quando bonum eſt, vel indifferens. Si enim aliquis intentione inanis gloriæ paſcat pauperem, vel ex contemptu feſtucam erigat, ex mala intentione procedit & rationem radicis ſortitur. In alio autem genere actuum ſola juſta intentio opus bonum facere poteſt. In quarto autem genere actuum, nulla intentio vel finis poteſt facere bonum actum: quacumque enim intentione quis fornicationem, vel actum adulterii committat, nullatenus excuſatur. Hoc etiam circa iſtam arborem eſt ſciendum, quod truncus iſtius arboris, rami & fructus cum foliis, ex quibuſdam circumſtantiis quantitatem aſſumunt, ſicut materialis arbor ex ſterquilinii, & corruptionis injectione in fructibus & aliis recipit incrementum, ſecundum quod dicit colonus ille in Luca. Hæ autem circumſtantiæ hoc verſiculo continentur, videlicet.

Actuum quadruplex differentia.

Aug. de ſer. Dom. in mon. l. 2 cap. 28 tom. 4

Amb. l. 1 off. c. 30 ante med. tom. 4

Luc. 13

Quo, quis, ubi, cum quo, quoties,
cur, quomodo, quando.

Quo, motu ſupple, utrum ex tentatione gravi, vel levi, vel nulla, ſi malitia vel infirmitate, vel ignorantia. Quis, perſona, prælatus, vel ordinatus, clericus, vel alius, vel alii in exemplum poſitus religioſus, vel hujuſmodi, in quibus peccatum aggravari poteſt ratione perſonæ. Ubi ſi in loco ſacro, vel communi, ita quod malum poſſit eſſe in aliis exemplum. Cum quo, ſi multos ad ſimile malum traxit, &c. Quoties, ſi habuit

Circumſtantiæ actuum.

buit in conſuetudine. Cur, ſcilicet quo fine vel intentione, licet enim malum facere bona intentione, non excuſet a toto, tamen excuſat a tanto. Similiter autem & perverſa intentione, aggravat peccatum. Quomodo, ſi forte modum novum, modum effrenatum peccati invenit. Quando, ut ſi forte tempus ſacrum, vel orationi deputatum, in peccato expendit. Sunt autem aliæ circumſtantiæ, quæ ſpecialem ſpeciem dant peccato, ut cognoſcere uxorem alterius, & ſimilia, quæ nullatenus a confitente omitti debent, & plenius in arboris proſecutione patebunt. Quod autem, ut jam ſupradictum eſt, ſecundum Apoſtolum, rami & fructus ex radice penſantur, ſatis de facili poteſt quique perpendere, ſi peccatum ejus radicem mortalem habet, & ponitur exemplum. Videre enim mulierem de ſe non habet rationem peccati, nec tangere, & tamen ſi de radice luxuriæ procedat directe, cujus malus habitus latet interius, eſt mortale. Quando autem radix rationem mortalis habeat, in proſecutione, & formatione arboris poterit plenius pertractari; Hoc autem addo, quod illud mortale de ſuo genere dicitur, quod directe eſt contra Deum, vel proximum. Directe autem dico, quia ſicut in materiali arbore ex trunco vel ramis, quædam pullulationes indirecte procedunt, quas adulterinas vocamus: ita ex radice malæ voluntatis, quam concupiſcentiam nominamus, multa ſemina prodeunt, quæ directe contra Deum vel proximum non faciunt, ſed aliqualiter indirecte, & talia venialia nuncupantur. Unde etiam advertendum, quod multa talia ponuntur in formatione iſtius arboris, quæ licet in ſe, & in ſuo genere mortalia non dicantur, tamen ad ſuam radicem relata, & eidem conjuncta, poſſunt habere rationem mortalis. Licet autem contingat interdum, quod unum opus, & idem a diverſis trahat originem, ut percutere, ex ſuperbia, invidia, & ira poteſt procedere: tamen idem actus in arbore nullatenus iteratur. Sed vere pœnitens, arboris inſpector, diligenter advertat, quibus ex cauſis &

A radicibus actus ille inveniatur in ipſo, digna etiam deliberatione conſideret progreſſum peccati, quomodo radix concupiſcentiæ germinaverit in ipſo, & circumſtantiis de quibus ſuperius eſt expreſſum. Et ſi de fructu, vel foliis, vel ramis arboris ſe comediſſe advertat, per confeſſionem evomat, ut animæ recuperet ſanitatem. Hæc eſt enim arbor, de cujus fructu mortifero protoplaſti parentes contra præceptum ſummi medici guſtaverunt, & mortem experti ſunt, quam ad poſteros tranſmiſerunt. Et hæc eſt arbor, quæ ſecundum teſtimonium Matthæi, excidetur, & in ignem mittetur, & ardebit. *Gen. 1* *Matth. 3*

His ergo prælibatis, arborem imaginariam deſcribamus, in cujus radice ſit illa Apoſtoli auctoritas: Radix omnium malorum cupiditas. Truncus autem iſtius arboris taliter deſcribatur, quod ab imaginatione incipiat, & in delectatione moroſa cum adverſione periculi ſit ejus medium, & in conſenſu triplici terminetur, ſcilicet in conſenſu, in delectatione, & in opere, ſecundum quod progreſſus peccati ſuperius eſt expreſſus. Quia autem omne peccatum vel cogitatione, vel locutione, vel opere perpetratur, & ſicut ſupra probatum eſt, in ramo mala voluntas ſignificatur, in verbo autem folium, fructus in opere: ideo omnia peccata, quæ in progreſſu occurrunt, quæ ad cogitationem pertinent per modum rami, quæ vero ad locutionem per modum foliorum, quæ autem ad opus per modum fructuum in arbore deſcribantur. Sed hos ramos, fructus, & folia, deſcribamus hujus arboris. Siquidem ſecundum Joannis teſtimonium, tres rami principales ex radice concupiſcentiæ prodeunt, quoniam omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ, quæ concupiſcentia honoris nominatur. Et de hoc ultimo, primo eſt dicendum, tamquam de groſſiori, & a quo plures rami, onuſti fructu, & foliis mortiferis oriuntur, & primo de ſuperbia. (B) *1 Tim. 6* (C) *1 Joan. 2*

CA.

Caput I.

De primo principali ramo, ſcilicet Superbia.

Hic igitur ramus, qui ſuperbia nominatur, in genere ſuo mortale peccatum dicitur, quoniam directe eſt contra Deum, & eius reverentiam, cum ſcilicet creatura ultra quod a factore accepit, extollitur, & quaſi uſurpare præſumit. Unde & Gregorius 34. Moralium dicit: Evidentiſſimum ſignum reproborum eſt ſuperbia. Per hoc patet, quod illa ſuperbia eſt mortalis, qua quis ſe ultra merita extollere appetit, & ſe melioribus anteponit, & hoc ſi ex deliberatione procedat. Sicut enim alia peccata carnalia motus habent, qui præveniunt rationem, quibus ratio non conſentit: ſic & ſuperbiæ motus quamplurimi in homine rationem præveniunt, quos ratio advertens reprimit, vel ſaltem non conſentit. Hic autem ramus ſuperbiæ tres præcipue ramos habet, ſcilicet præſumptionem, contemptum, & inanem gloriam.

Greg. lib. 34 Mor. c. ult. cir. fi.

Præſumptio in hoc conſiſtit præcipue, quod homo præſumit gratiam ſe habere, vel ex ſe, vel pro meritis ſuis, vel falſo, vel plus aliis, unde verſus.

Præſumptio quid.

Ex ſe pro meritis falſo plus omnibus inflat.

Et ſecundum hoc præſumptio quatuor ramos habet ſecundum Gregorium in Moralibus. Hi autem rami cum ſuis fructibus, & foliis habent rationem mortalis, eo modo, quo de ſuperbia eſt prædictum. Ex hoc autem ultimo ramo, ſcilicet plus omnibus, duplex ramus oritur. Hoc enim in gratuitis ſicut in virtutibus, vel in gratis datis, ſcilicet in gratiis exterioribus poteſt intelligi. Ex quorum ramorum medio oritur elatio cordis inordinata, & confidentia de ſe, & inepta audacia. Ex ramo autem, qui eſt præſumptio de bonis gratuitis, oritur folium divinæ tentationis, & fructus diſcriminis. Appellatur Dei tentatio, quando quis experimentum divinæ potentiæ quærit, ut ſicut petere abſque neceſſitate. Diſcrimen autem dicitur, quando quis ſe exponit periculo, in ſola divina virtute confidens, contempto humano adiutorio, abſque neceſſitate fidei, vel Eccleſiæ, & habet rationem mortalis. Unde dicitur in Deuteronomio: Non tentabis Dominum tuum, dicit Gloſſa: Deum tentat, qui habens quod faciat ſine ratione ſe committit periculo.

Greg. l. 31 Mor. c. 17 poſt med.

Deut. 6

Secundus ramus ſuperbiæ eſt contemptus, eo enim quo quis alios ſe præſumit ſupergredi, Deum contemnit & hominem, & ſecundum hoc hic ramus in duos dividitur, videlicet in contemptum Dei, & proximi B qui plane habent rationem mortalis: quia contra charitatem Dei & proximi ſunt directe. Ex ramorum iſtorum medio procedit ramus inobedientiæ, per quam a poteſtate alterius, & ſubiectione ſe eximit, nulli volens ſubeſſe. Ex primo autem ramo, qui eſt contemnere proximum, procedunt iſti fructus, ſcilicet ſe a ſocietate & verbo ſubtrahere, & geſtu indignationem, vel contemptum oſtendere, folia etiam ex ipſo procedunt, quæ ſunt verborum indignatio, irreverentia in verbo, *ironia*, *deriſio*, *ſubſannatio*, quæ omnia ſunt contra charitatem ad proximum, & mortalia ſunt, ſecundum quod ex ſuperbia & contemptu naſcuntur. Eſt autem ironia C alterius deteſtatio per contrarium. Deriſio autem, & ſubſannatio differunt: quoniam deriſio fit in voce; ſed ſubſannatio fit in geſtu, vel trahendo linguam, vel faciendo nutus, & ſimilia, irreverentia autem in modo loquendi. Cum hoc autem folio eſt irreverentia in facto, ex quorum medio procedunt iſti fructus, ſcilicet irreverentia facta parentibus, prælatis, principibus, maioribus, ſenioribus, patribus ſpiritualibus, & ſanctis viris, locis, & rebus ſacris, & temporibus, ut in violatione feſtorum contingit, & præcipue ſacramentis, maxime ſacramento altaris. Qui enim excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel interdictus, vel in mortali peccato ſolemniter in Eccleſia officiat, vel ſacramentum adminiſtrat

Contemptus quid.

Hæc ſuppleta ſunt ex quarto capite ubi continetur horum epilogus

Digitized by Google

ſtrat, vel recipit in mortali, vel irregularis, vel inconfeſſus poſt mortale, cum copia ſacerdotis celebrat, vel notorius peccator officium correctionis exercet, vel excommunicato ſcienter participat in divinis, & hoc ſcienter faciat, & ignarus juris exiſtat, irreverentiam divinis exhibet, & mortaliter peccat. Hoc etiam ſciendum eſt, quod excommunicati vel interdicti, qui ſe ingerunt divinis, ſi hoc ſcienter faciant contra præceptum Eccleſiæ, mortaliter peccant. Alia etiam ſupra poſita rationem mortalis peccati habere poſſunt, ſecundum quod ex ramo contemptus procedunt.

Nota pro excommunicatis.

Secundus ramus, qui ex contemptu Dei & proximi oritur, eſt ſuperbia, quæ quidem reſpectu Dei manifeſte mortale eſt, reſpectu etiam majorum quibus obedire debemus, ſive parentibus, ſive prælatis rationem mortalis habet, ſi præcipiantur licita & honeſta. Unde dicit Apoſtolus: Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Et parentibus non obedire, ab eodem Apoſtolo inter mortalia computatur.

Rom. 13

Rom. 1

Ex medio autem ramorum inobedientiæ reſpectu Dei & proximi procedit ramus impatientiæ ſimiliter bipartitus contra Deum, & proximum, & iſta quidem impatientia ex inobedientia oriri dicitur: quia cum a ſuperiori aliquid faciendum imponitur, quod perverſæ diſplicet voluntati, in ipſa impatientia excitatur, quod nihil aliud eſt, quam immoderata animi perturbatio, ex dicto vel facto alterius, quod perſonam ipſius tangit, & in quo ſe reputat gravari, unde hoc laborat vitio, qui infirmitates, vel infortunium, vel onus impoſitum non ſuſtinet patienter, & habet rationem mortalis, cum uſque ad odium Dei, & proximi ſe extendit. Et ſecundum hoc, ex hoc ramo impatientiæ procedit aliud, ſcilicet odium Dei, qui licet in ſe odio haberi non poſſit, tamen in effectibus ſuis odiri poteſt. Ex hoc ramo folium blaſphemiæ, & murmuris naſcitur, & manifeſte rationem habet mortalis.

Inobedientia duplex.

Ex ramo autem impatientiæ ad

A prælatum oritur, & murmuratio, folium ſcilicet vento ſuperbiæ agitatum. Eſt autem murmuratio, injuſta querela contra ſuperiores latenter multorum auribus conculcata, & habet rationem mortalis, ſecundum quod ad alterius diffamationem anhelat. Cum hoc autem folio eſt fructus obſtinationis, & pertinaciæ.

Murmurationis deſcriptio.

Eſt autem Pertinacia, perſeverantia in malo propoſito contra voluntatem ſuperiorum. Ex qua oritur folium rebellionis apertæ, & fructum tranſgreſſionis ſecum habet, quæ omnia habent rationem mortalis, ſecundum quod ex inobedientia oriuntur. Cum fructu autem tranſgreſſionis ſunt excommunicationis, interdicti, & B ſuſpenſionis ſententiæ, quas ſuſtinere procedit ex inobedientia, ſi debite infligantur.

Pertinacia quid.

Item ex ramo inobedientiæ ramus infidelitatis procedit, ſecundum quam aliquis ſe ab obedientia Romanæ Eccleſiæ alienat. Et quidem hic ramus in hos ramos ſe dividit, ſcilicet in hæſitationem, dubitationem, & errorem, & hos fructus habet, hæreſim, ſchiſma, ſortilegium, & divinationis, ſuperſtitioniſque folia, quæ etia fructus apoſtaſiæ, & idololatriæ ſecum habent. Et de ſingulis, quid ſint per ordinem exprimamus.

Eſt autem hæſitatio, mentis titillatio contra fidem cum ſcilicet intellectus non perfecte conſentit his, quæ C ſunt fidei, ſed dubitat, quod etiam de ſuo genere eſt mortale.

Hæſitatio quid.

Eſt autem error, quando jam tenetur contrarium fidei, ſive ſcienter, ſive ignoranter. Sed tamen multum intereſt: qui enim credenda novit per fidem Eccleſiæ, & tenet contrarium, peccat mortaliter: qui autem ex ſimplicitate ignorat, ſi tamen intentionem, & voluntatem habeat generaliter credendi, quod credit Eccleſia, nullatenus judicandum eſt mortale. Si quis ex ſimplicitate veritatem videre oculis corporalibus credat, non propter hoc contemnendus eſt, cum paratus ſit credere, quod credit Eccleſia indiſtincte. Unde dicit Auguſtinus: Errare potero, ſed hæreticus non ero.

Error quid.

Eſt

Digitized by Google

Hæreſis, & ſchiſma.

Eſt autem hæreſis, obſtinata affirmatio contra fidem. Schiſma autem a ſciſſione dictum eſt. Unde ille ſchiſmaticus dicitur, qui ab unitate Eccleſiæ ſe ſeparare intendit, licet eadem ſentiat, quæ tenet Eccleſia & fides catholica ſecundum Auguſtinum contra Fauſtum.

Auguſt. habet hoc li. 2 con. Creſc. Gramm. ca. 7 to. 7.

Sortilegium eſt, cum id quod futurum eſt, inquiritur, & habet multas ſpecies, quæ per folia in arbore deſignantur, ſcilicet divinationes per aſtra, per incantationes, per dæmonum conſultationes, per garritum avium, quod dicitur augurium, per ligaturas nominum, temporum obſervationes, & ſomniorum, quæ omnia prohibentur ab Eccleſia tamquam mala, & habent rationem mortalis: quia quod ſoli Deo competit, attribuitur creaturæ. Hoc tamen circa obſervantiam temporum, & orationes debes advertere, quod ſortiuntur ſortilegii rationem, quando ſcilicet creditur, quod magis valeant ad unum effectum, quam ad alium, vel quando quis confidat in determinato orationum numero, vel effectum optatum, qui ſic fecerit, infallibiliter conſequi putat.

Augurium unde dicatur.

Apoſtaſia.

Quid autem ſit apoſtaſia, a fide, vel idololatria plane patet.

Inanis gloria quid.

Tertius ramus ſuperbiæ eſt inanis gloria, qua quis appetit ſuam excellentiam oſtendere, quæ habet rationem mortalis, in quantum quis gloriam ſibi appetit, quæ ſoli Deo debetur, quoniam ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Unde qui gloriam non refert in Deum, vel ſic gloriam affectat acquirere, quod ſi ex hoc aſſequatur, offenſam Dei non metuit, mortaliter peccat. Unde Auguſtinus in libro de civitate Dei, dicit: Hoc vitium inimicum eſt piæ fidei, ſi major in corde ſit cupiditas gloriæ, quam Dei timor & amor. Si autem in bono proprio, quis inaniter glorietur, ita tamen quod ibidem non ſiſtat, vel actu vel habitu in Deum referat, nec ut hoc acquireret aliquo modo Deum vellet offendere, nullatenus eſt judicandum mortale.

Pſal. 99

Aug. lib. 5 de civ. Dei ca. 14 to. 5

Ex hoc inanis gloriæ ramo quatuor rami oriuntur, ſcilicet ambitio honoris, & favoris humani appetitus, confuſionis timor, & laudis amor. Ex primo autem ramo inanis gloriæ, qui eſt ambitio, oritur fructus pompæ, qui tres fructus habet, & unum folium ſcilicet faſtum in ſuperfluo comitatu, & apparatu, & faſtuoſo geſtu, & affatu, quæ licet mortalia non ſint ex ſuo genere, tamen prout oriuntur ex ramo ſuperbiæ mortalia eſſe poſſunt.

Ex ſecundo ramo qui eſt appetitus humani favoris, eſt adulationis folium, quæ quandoque mortalis, & quandoque venialis, qui enim ad malum alium incitat, malum factum ejus laudando per adulationem, vel alii occaſionem præbet ut in peccato remaneat, vel ut ultra merita ſua efferat ipſum, ſcilicet falſa laudando, in tali adulatio eſt mortalis: ſi autem ſola intentione placendi, & ut Dei gratia augeatur, quam in veritate ipſe commendat, mortalis nullatenus judicatur. Et hoc Auguſtinus in ſermone de purgatorio judicat veniale.

Auguſt. de ſanctis, ſerm. 41 ante med. tom. 10

Secundum igitur hoc, folium adulationis in tria dividitur, quia aut adulatio eſt de bono habito, aut non habito, vel de malo.

Item ex ramo appetitus favoris humani, oritur prodigalitatis fructus, fit enim homo prodigus, ut humanum favorem acquirat. Habet autem prodigalitas rationem mortalis, ſecundum quod bona, quæ utiliter in pauperes fundi debebant, inutiliter expenduntur, & in perſonis inhoneſtis non ſervando modum, vel tempus. Et quidem hoc vitium, malum eſt in perſonis Eccleſiaſticis, quorum bona ultra ſuſtentationem perſonæ & ſtatus, debent pauperibus erogari. Secundum hoc autem prodigalitas quatuor fructus habet, quia nec perſonam, cui dat, nec modum, nec tempus conſiderat, & incuriam ſecum habet. Eſt autem incuria, cum quis ſic curam de bonis ſuis abiicit, quod bona ejus depereunt, quæ a Deo collata ſunt, ut exinde ſuſtententur pauperes Chriſti, hæc autem incuria non judicatur mortalis, niſi ſecundum quod ex aliqua radice mortali procedit. Quandoque enim ex contemptu temporalium procedit, tamen ſem-

Incuria quid ſit.

per ad indiſcretionem pertinet, & ex tanta negligentia procedere poteſt, quod mortalis eſſe poſſet, ut ſi forte indigentiam manifeſtam pauperum viderit, & bona quibus eos juvare poſſet, deperire permittit.

Item ex tertio ramo inanis gloriæ, qui eſt timor confuſionis, hi procedunt fructus, mala ſcilicet verecundia, & falſa humilitas. Verecundia autem hos habet fructus ſecum, ſcilicet erubeſcentiam divinorum, ut cum quis erubeſcit vel facere Miſſam, vel orare. Item verecundiam paupertatis parentum, vel pauperum amicorum. Item in confeſſione, ſecundum quod aliquis confeſſionem dimittit, vel non confitetur veritatem propter confuſionis timorem. Falſa autem humilitas eſt cum aliquis ſe ipſum humiliat, ne per ſuperbiam minus reputetur ab aliis. Item ex illo ramo, qui eſt timor confuſionis, hæc folia oriuntur, videlicet veritatis negatio in judicio, vel extra judicium, veritatis impugnatio, falſa excuſatio, & peccati defenſio. Iſta autem, quæ ad timorem confuſionis pertinent, habent rationem mortalis, non ex genere, ſed ſecundum quod amor favoris humani, amori divino præfertur, & eligit hoc magis contra Deum facere, quam confuſionem humanam incurrere. Hoc tamen circa negationem veritatis in judicio advertendum eſt, quod ex ſuo genere mortale eſt, & quia ſuperiori in judicio obedire tenemur, & juſtitiæ opponitur. Si tamen aliquid ſuperior interroget, quod ſecundum juris ordinem interrogare non debet, poteſt appellari, ſed nullo modo licet mentiri.

Humilitas falſa quid.

Ex quarto ramo inanis gloriæ, qui eſt amor humanæ laudis oriuntur tres fructus, ſcilicet hypocriſis, oſtentatio, ſingularitas, & jactantiæ folium quod in quatuor eſt diviſum. Aut enim eſt de bono habito, vel non habito, aut de malo facto, vel non facto, & de his per ordinem videamus. Eſt autem hypocriſis, ſecundum Iſidorum, ſimulatio boni non exiſtentis, unde eſt mendacium in ſigno. Sicut enim mendacium omne non ſemper eſt mortale, ſed quando eſt in detrimentum proximi, vel contra veritatem fidei, vel morum: ſic nec hypocriſis ſemper eſt mortalis, niſi quando fit intentione decipiendi ſub ſpecie bonitatis, ſicut illi qui ſimulant ſanctitatem, ut bona Eccleſiæ habeant, quæ habere digni non ſunt, & Eccleſiam per ſuam ſimulationem decipiunt. Quando autem fit intentione laudis, tunc de ea ſicut de inani gloria judicandum eſt, ſicut ſuperius eſt expreſſum.

Hypocriſis Iſid. de ſum. bono c. 14 ſent. 2

Oſtentatio eſt, quando bonum quod quis habet, vel habere ſe putat, exterius oſtendere nititur, ut laudem humanam exinde conſequatur, nec eſt mortale ex ſuo genere, niſi ſecundum quod inanis gloria judicatur mortalis. Singularitas eſt, cum quis vult ſingulariter apparere, & ſecum habet fructus diverſos, ſecundum quod in diverſis materiis invenitur, cum ſcilicet communia quis non dignatur facere, vel docere, vel modum ſingularem in factis ſatagit oſtendere, & hoc quandoque rationem mortalis habere dicitur, ſecundum conditionem radicis, eo modo quo inanis gloria, quæ propter hoc intenditur eſſe mortalis. Jactantia quandoque mortalis, quandoque venialis. Cum enim quis ſe jactat de bono quod habet, vel ſe habere putat, ut inanem gloriam conſequatur, tunc judicandum eſt de tali jactantia, ſicut de radice ipſius. Cum de bono quod non habet, tunc eſt ibi mendacium, & tunc ſi tale eſt mendacium, quod ſit contra divinam reverentiam, vel proximi charitatem, habet rationem mortalis. Contra Dei reverentiam ſe jactabat Phariſæus. Cum autem quis de peccato mortali quod non fecit, vel quod fecit, ſe jactat, mortale eſt, quoniam in peccato facto ſibi complacet, & unde confuſionem meruit, quærit gloriam, ſi factum ſuum in alios extendit.

Oſtentatio

Singularitas.

Jactantia

Luc. 18

Item nota, quod fructus ſingularitatis, qui procedit ex inani gloria, ut jam ſupradiximus, non ſolum per modum fructus in opere, ſed etiam per modum rami, debet deſcribi in arbore, ad ſignificandam voluntatem ſingularem apparendi. Ex hoc autem ramo procedit ramus invidiæ. Sic autem ex voluntate ſingulariter apparendi pro-

procedit, quia dum quis videri ſingulariter appetit, ſi aliquem videt in gratia præeminere qui ejus offuſcet gratiam, eidem invidet, & eſt peccatum mortale.

Invidia quid. Damaſc. ortho. fid. l. 2 c. 14

Eſt autem invidia triſtitia de bono alterius ſecundum Damaſcenum. Circa quod notandum, quod hoc quatuor modis poteſt contingere, uno quidem modo, cum quis bonum alterius ſibi eſſe damnoſum advertit, & cum quis de promotione inimicorum triſtatur, & hoc rationem mortalis non habet. Item ſecundum quod quis bonum videt in alio, in quo defectum patitur, & ex quo dolet, non quidem, quia alius bonum habeat, ſed quia ipſe non habet, & non habet rationem peccati. Item alio modo dolet quis de bono alterius in quantum ipſum indignum videt bonis, quæ habet, & hoc etiam non habet rationem peccati in bonis temporalibus, quæ homini quandoque proficiunt ad ruinam. Alio modo quis dolet de bono alterius, ſecundum quod per bonum alterius gloriam ſuam putat diminui, & hoc eſt invidia, quæ judicatur mortalis, & quia ex ramo procedit ſuperbiæ, & quia directe opponitur charitati, in qua vita animæ conſervatur. Sicut autem de ſuperbia dictum eſt, quod quidam motus præveniunt rationem, quibus ratio non conſentit, nec habent rationem mortalis, ita & de invidia eſt dicendum.

De ramis fructibus, & foliis invidiæ.

De ramo autem invidiæ præcipue, exeunt duo rami, ſcilicet exultatio in adverſis, & dolor in proſperis, qui, ſicut dictum eſt de invidia, rationem habent mortalis. De primo autem ramo, ſcilicet de gaudio in adverſis, oriuntur hi fructus, machinatio, ſcandalum, inſidiæ, proditio, ſuſpicio, & judicium. Inter hæc folia, diſcordiarum ſeminatio, ſecretorum & confeſſionis revelatio, ſigno, vel verbo, vel circumſtantia, & falſum teſtimonium, de quibus ſigillatim aliquid eſt dicendum.

Machinatio quid. Scandalum quid. Hier. potius in c. 15 Matt. in illa verba: Scis, quia Phariſæi &c. to. 6

Machinatio, eſt mali occulta, & ſtudioſa procuratio. Scandalum ſecundum Auguſtinum eſt dictum vel factum minus rectum, præbens alii occaſionem ruinæ, cum ſcilicet aliquis alium in malum inducit, & eſt mortalis, cum aliquis per conſilium vel exemplum ex intentione inducitur in mortale. Inſidiæ ſunt, prout hic de inſidiis loquimur, inveſtigatio & conſideratio factorum alterius, ut accuſari poſſit deprehenſus in malo. Proditio eſt, cum aliquis amicitiam ad alium ſimulat, ut ipſum decipiat, de quo dicit Boetius, quod nulla peſtis efficacior eſt ad nocendum, quam familiaris inimicus. Suſpicio eſt, cum quis facilis eſt, ut malum de alio ſuſpicetur, unde Tullius: Suſpicio eſt mala opinio, ex levibus cauſis, & hoc ex mala affectione invidiæ procedit, & tunc habet rationem mortalis, alias autem non judicatur mortalis. Judicium perverſum eſt, cum quis ad alium male affectus, non ſolum malum ſuſpicatur in ipſo ex cauſis levibus, verum etiam deffinit in corde vel ore ſententialiter peccatum mortale committi ab aliquo, & hoc de ſuo genere eſt mortale, ex quacumque radice procedat. Unde Gloſſa ſuper illud ad Corinthios: Nolite ante tempus judicare. Suſpiciones vitare non poſſumus, quia homines ſumus: judicia tamen, id eſt, ſententias diffinitivas cavere debemus. Hoc autem judicium ſemper eſt nimis grave peccatum, & procedit, cum quis ex ſola ſuſpicione ex cauſis levibus condemnatur. Item folia quæ de ramo iſto procedunt, ſicut dictum eſt, ſunt diſcordiarum ſeminatio. Cum enim adverſitati quis congaudet alterius, alios concitat contra ipſum, quod eſt peccatum mortale. Unde in proverbiis dicitur: Sex ſunt quæ odit Dominus, & ultimum ponitur tamquam pejus. Qui ſeminat inter fratres diſcordias. Item ſecretorum revelatio, tunc eſt peccatum mortale, cum tale ſecretum eſt quod in illius, qui ſecretum commiſit, poteſt verti detrimentum, tunc autem maximum eſt peccatum, cum videlicet ad revelationem confeſſionis, verbo, vel ſigno, vel circumſtantia aliqua quis procedit.

Inſidiæ quid. Suſpicio quid. Judicium perverſum quid. 1 Cor. 4. Prov. 6.

Secundus ramus invidiæ principalis, eſt dolor in proſperitate proximi, quod, ut ſupra dictum eſt de invidia, habet rationem mortalis. Ex hoc autem

tem ramo procedit detractionis folium, A quo proximi proſperitas impeditur. Hoc autem folium principaliter in duo dividitur: quia qui detrahit, aut hoc eſt, ejus bonum diminuendo, aut eidem malum imponendo. Primum folium quatuor folia ſecum habet, ſcilicet bonum proximi tacere, diminuere, pervertere, & negare. Ex ſecundo autem ramo hæc folia procedunt, malum libenter audire, diſſimulare, confirmare, aggravare, addere, revelare, & imponere, de quibus videamus qualiter habeant rationem mortalis. Sciendum igitur quod eſt denigratio famæ alterius per verba occulta. Unde Salomon dicit: *Eccl. 10* Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil habet, eo minus qui occulte detrahit, habet autem ex ſuo genere rationem mortalis. Cum enim ſecundum Sapientem, *Prov. 22* Melius ſit nomen bonum, quam divitiæ multæ, ſicut mortale eſt rem invito domino pertractare, & qui hoc facit, ad reſtitutionem tenetur: ſic etiam alterius famam auferre, mortale eſt, & qui hoc facit, ad reſtitutionem tenetur. Hoc tamen circa iſtam materiam eſt advertendum, quod quodlibet breve verbum, quod in derogationem vergit alterius, non eſt judicandum mortale, maxime cum ex habitu invidiæ non procedit. Ad detractionem autem ſpectat, ut dictum eſt, bonum proximi tacere, quod quidem mortale eſt, cum videt aliquis injuſte famam alterius deperire. Sicut enim in arcta neceſſitate tenemur proximo in rebus temporalibus providere; ſic etiam & in neceſſitate famam ejus ſervare. Diminuere bonum alterius eſt, cum aliquis commendationem alterius audire non poteſt, ſed eam diminuit quod charitati opponitur, & ſi ex ramo invidiæ procedat, mortale eſt, quandoque tamen abſque mortali contingit, ut cum quis audit commendari indignum, vel ultra merita, & ex hoc poteſt oriri aliqua deceptio, tunc non habet rationem peccati. Convertere bonum alterius, eſt bonum quod negari non poteſt, mala intentione factum aſſerere. Unde de tali dicitur: *Eccl. 11* Bona in mala convertens inſidiatur, & in electis ponit maculam. Quod manifeſte habet rationem mortalis, cum procedit ex invidia; tamen cum hoc ex falſo procedit judicio, de hoc quandoque iudicari debet, ſicut de malo judicio eſt dictum. Cum quis bonum pervertit alterius cum mendacio, tale mendacium cum ſit perniciosum, rationem mortalis ſortitur. Item negare bonum alterius, quod ſcitur ineſſe, pertinet ad detractionem mortalem. Item de alio malum libenter audire, vel occaſionem detractionis præſtare, vel diſſimulare cum poſſit corrigere, eſt mortale. Unde Apoſtolus, Detractores Deo odibiles eſſe commemorat, *Rom. 1* dignos morte judicat, non ſolum autem facientes, ſed conſentientes. Tamen B circa hoc debemus dicere, quod ſi aliquis detractionem alterius audiat, & non ex invidia, ſed ex verecundia, vel aliquo timore humano ne offendat aliquem, non eſt judicandum mortale; niſi ſit talis perſona, quod ex officio corrigere debeat, cui poſſet cedere in mortale. Item malum auditum de aliquo confirmare, & additis circumſtantiis aggravare, vel dicto alterius addere mendaciter, vel veraciter, ad diffamationem intendendo, eſt mortale. Multum tamen intereſt, utrum hoc procedat ex invidia, vel indiſcreto zelo juſtitiæ, quandoque enim contingit mala aliorum, facta ex quadam indignatione vel levitate loquendi, nec intentione diffamandi C contra aliquem malum recitari, vel etiam aggravari, quod eſſet durum judicare mortale. Hoc tamen a pleriſque magis dicitur, quod crimen alterius etiam verum extra correctionis ordinem revelare mortale eſt. Ordo autem correctionis fraternæ eſt a Domino inſtitutus, qui ait: *Matt. 18* Si peccaverit in te frater, in te, id eſt, te ſciente, vade & corripe eum, &c. Hic etiam circa iſtam materiam eſt notandum, quod crimen alterius detegere, ubi non poteſt prodeſſe niſi ad diffamationem, eſt contra ordinem correctionis fraternæ.

Item ex medio duorum ramorum invidiæ deſcriptorum, procedit ramus rancoris, cum enim invidus bonum proximi non poteſt diminuere, nec eidem malum inferre prorumpit in cor-

Rancor quid.

cordis rancorem. Eſt autem Rancor motus cordis gravis ex mala affectione procedens in proximum, & habet rationem mortalis, ſi ex invidia procedat, vel libera voluntate. Ex libera autem voluntate dico, quia contingit interdum, quod aliquis homo propter ſuam ineptitudinem, vel illatam injuriam, ſine motu diſplicentiæ videri non poteſt; quod quidem in multis magis habet rationem paſſionis, quam peccati, dum voluntas libera non conſentit. Ex hoc autem ramo rancoris procedit ramus odii, qui manifeſte habet rationem mortalis: quia rectæ charitati opponitur, in qua vita animæ conſervatur. Hoc etiam advertendum, quod non ſolum ſecundum præceptum tenemur diligere amicos, ſed etiam inimicos & malos; vitium tamen in aliquo non tenemur diligere. Unde & ſi quis contra alium moveatur propter ejus vitium, quandoque non eſt vitium, ſed virtus, licet quandoque zelus indiſcretus circa hoc poſſit contingere, & ſic oditur vitium, quod aliquando redundat in perſonam. Debent autem, ſecundum Auguſtinum in ſpeculo, corrigi vitia hominum, cum dilectione perſonarum, & odio vitiorum.

Inimici & mali ſunt diligendi non tamen vitium.

Aug. habet hoc ep. 109 poſt med. tom. 2

Ex ramo autem odii oritur ramus iræ. Eſt autem ira, ut hic accipitur, inordinatus animi motus ad nocendum proximo ſine cauſa, & cum ſit contra charitatem habet manifeſte rationem mortalis. Hoc tamen notandum eſt, quod quælibet ira non debet judicari mortalis ſecundum enim Gregorium, eſt ira per zelum, & eſt ira per vitium. Eſt autem ira per zelum, cum quis multum intenſe contra malum movetur, & in punitionem tendit, quod quidem virtutis eſt, niſi zeli indiſcretio interveniat, ſicut de odio immediate eſt prædictum. Ira autem per vitium eſt, cum quis contra proximum movetur injuſte, & ad ejus pœnam intendit. Et quandoque ſicut de aliis vitiis eſt dictum, talis modus prævenit judicium rationis ex complexione, vel ex cauſa alia, & tunc non habet rationem mortalis. Ex hoc autem ramo iræ procedit ramus appetitus vindictæ & fructus crudelitatis, & folium diſcordiæ, quæ conſiſtit in verbis.

Ira quid. Greg. l. 5 Mor. c. 31 poſt med.

Ira duplex

A

Circa appetitum vindictæ intellige, quod aliquis vindictam de aliquo dupliciter poteſt appetere; aut in quantum eſt in proximi nocumentum, & procedit ex odio: aut inquantum per pœnam poteſt corripi proximus, ne de cetero ad peccatum declinet, & hoc modo vindictam appetere non eſt malum, licet autem vere puniens debet advertere, quod quandoque mens ſibimet mentitur, & quod facit ex odio, ex bona intentione fieri ſibiipſi ſimulat, & in hoc conſcientiam ſuam mendaciter informat.

Ex ramo appetitus vindictæ oriuntur hi fructus: Calumnia, vexatio, & damnificatio. Calumnia eſt falſi criminis impoſitio, & eſt manifeſte mortale, quia eſt pernicioſum mendacium, & procedit ex odio, & quia injuſtitia invenitur ibidem.

Calumnia quid.

B

Eſt autem vexatio, cum quis alium trahit ad judicium ſine cauſa, & ipſum in perſona ſua vexat, & in expenſis damnificat, quod fit quandoque per falſas litteras, vel falſo impetratas, vel non ſuas, ſed alterius, vel juris ordine prætermiſſo, vel ad impoſſibilia obligando, ut citando coram diverſis judicibus ad loca diſtantia, & injuſte, in quibus cauſis non ſolum quis peccat mortaliter, verum etiam ad reſtitutionem omnium damnorum, & expenſarum tenetur.

Vexatio

C

Item, damnificatio eſt, cum quis in temporalibus bonis damnificat, & eſt mortale. Hoc etiam poteſt fieri dupliciter, aut impediendo bonum habitum, vel habendum, aut malum inferendo, quod etiam fit pluribus modis, quæ per modum fructus in arbore deſcribuntur. Unde circa hoc eſt notandum, quod quinque modis eſt quis reus damnificatione proximi, ſcil. faciendo, præcipiendo, conſulendo, juvando, & diſſimulando, ſcil. cum prohiberi poteſt vel impediri damnum proximi, & voluntarie ſuſtinetur, & quatuor caſibus primo dictis, qui ſic reus eſt, ad reſtitutionem tenetur, & in omnibus iſtis eſt peccatum mortale, quoniam hæc omnia directe charitati proximi opponuntur. Hoc tamen circa diſſimulationem damni alterius eſt advertendum

Damnificatio.

Digitized by Google

dum, quod alterius damnum diſſimulare non ſemper judicandum eſt mortale, puta cum quis ex timore magis quam ex ira vel odio diſſimulat, timens ne forte malefactores contra ipſum moveantur, & in damnum proprium, poſſit aliqualiter redundare, vel in caſu ubi probabiliter credit, quod ſua correctio non prodeſſet. Unde Auguſtinus primo de Civitate Dei: Si propterea quiſque objurgandis, & corripiendis mala agentibus parcit, ne deteriores efficiantur, non videtur eſſe cupiditatis occaſio, ſed conſilium charitatis.

Aug. l. 1 de civ. Dei c. 9 ante med. t. 5

Secundus ramus iræ eſt crudelitas, ex qua oriuntur hi fructus, ſcilicet, incarceratio, percuſſio, verberatio, duellum, bellum, mutilatio, & occiſio, de quibus aliquid videamus.

Crudelitas *Sen. l. 2 de clem. c. 4*

Eſt autem crudelitas, ſecundum Senecam, atrocitas animi in exigendis pœnis. Ex hoc etiam ramus feritatis procedit. Eſt autem feritas, cum quis ſævit in proximum abſque aliqua culpa præcedente in ipſo, & in hoc a crudelitate differt, quia crudelitas eſt exceſſus in infligendo pœnam pro peccato commiſſo, habet autem utrumque rationem mortalis, quia opponitur charitati. Si tamen exceſſus in puniendo, ex zelo juſtitiæ quandoque contingat, ut alii terreantur, niſi ſit exceſſus notabilis, non eſſet de facili judicandum mortale. Punire autem abſque omni culpa, & cauſa, ſemper habet rationem peccati mortalis, abſque autem cauſa dico, quia ſine culpa quandoque quis punitur non tamen ſine cauſa, ſicut patet in crimine læſæ majeſtatis. Et quandoque etiam illi de terra alicujus inquantum ſunt res domini offendentis abſque culpa propria in temporalibus puniuntur.

De incarceratione autem & verberatione, vel percuſſione, mutilatione, vel occiſione proximi, clarum eſt, quod habent rationem mortalis, niſi fiant, per juſtitiæ auctoritatem, juris ordine, & moderamine obſervato, vim vi repellendo, cum moderamine inculpatæ tutelæ, hæc enim opponuntur charitati proximi, & licet de ſuo genere mala ſunt, tamen multum aggravantur ſecundum radicem, ſi ex radice odii oriuntur.

Hoc tamen de percuſſione notandum, quod parentum percuſſio ſpecialius eſt peccatum, a quo ſimplex ſacerdos non poteſt abſolvere, & eſt contra præceptum divinum de honore parentum. Percuſſio autem clerici gravior eſt quam alia: & ſi gravius eſt ad ſolum Papam pertinet abſolutio.

Simplex ſacerdos non poteſt abſolvere parentum percuſſores.

Tria ad juſtum bellum requiſita.

De bello autem notare debemus, quod ad juſtum bellum tria ſpecialiter requiruntur, ſine quibus habet rationem mortalis, videlicet, principis auctoritas. Unde Auguſtinus contra Fauſtum: Suſcipiendi belli auctoritas, atque conſilium penes principes ſit. Item juſta cauſa. Unde idem Auguſtinus: Juſta debent eſſe bella, quæ ulciſcuntur injurias. Tertio requiritur intentio recta. Unde idem etiam Auguſtinus de verbis Domini: Apud veros Dei cultores, bella non crudelitate, aut cupiditate geruntur.

Aug. cont. Fauſt. l. 22 c. 75 to. 6

Idem qu. ſup. Joſ. l. 6 qu. 10 tom. 4

Refertur ex Aug. 23 qu. 1 cap. apud.

Duellum.

Duellum autem nota, quod ſecundum jura eſt prohibitum, & ſecundum rationem habet rationem mortalis, & in appellatione, & in Domino, cujus auctoritate fit, & procuratoribus, & in pugilibus propter pecuniam. Et hoc patet cum manifeſte habeat rationem tentationis divinæ, & a forti debilis per naturam vincatur. Dicunt tamen quidam, quod conſuetudo excuſat in hoc facto: cujus contrarium tenetur communiter a Theologiis, & Juris peritis.

Tertium, quod ex ramo iræ procedit, eſt diſcordiæ folium, ſecundum quod conſiſtit in verbis. Ex diſcordia enim animorum, etiam diſcordia verborum procedit. Hoc autem folium in hujuſmodi folia eſt diviſum, quæ ſunt: irritatio, comminatio, contumelia, improperium, maledictio, procacitas, clamor, & irreconciliatio. Circa materiam iſtam in generali notandum eſt, quod diſcordia in verbis contentio dicitur, qua quis verbis alterius procaciter contradicit, unde contentio duorum dicitur, dicit enim modum inordinatum & contradictionem. Poteſt igitur inordinate aliquis contradicere proximo malum & falſum dicenti, & tunc ratione contradictionis, pec-

peccatum non habet, ſed in modo A poteſt eſſe exceſſus, ſcilicet cum extendit modum negotii vel perſonæ, & poteſt eſſe mortale, cum quis ad confuſionem anhelat alterius ex ira forte, vel odio, vel ſit tanta contentio, quod exinde ſcandalum oriatur. Cum autem quis contendit cum aliquo, & veritati etiam contradicit, vel veritatem impugnat ex invidia, vel ira, vel odio, tunc eſt mortalis contentio, & eſt contentio, quæ inter opera carnis ab Apoſtolo numeratur: Qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. Hujuſmodi autem contentionis ſpecies eſt irritatio, quando aliquis proximo loquitur pungitive, ſecundum quod quandoque contingit, quod homo ex odio, quod habet ad alterum, libenter eum verbis ſtimulat & irritat, ſicut de fratribus Joſeph in Geneſi dicitur: Oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui. Et ſic eſt mortale peccatum, ſecundum quod ex odio vel ira mortali procedit, unde de hoc judicandum eſt ſecundum rationem radicis.

Gal. 5 — *Gen. 37*

Comminatio. Item cum hoc folio eſt comminatio, cum ſcilicet aliquis alicui ſe malum facturum promittit. Et ſicut lædere proximum eſt mortale, ſicut dictum eſt ſuperius, ſic malum comminari, quod ſi fieret mortalis eſſet, peccatum mortale eſt, ſi ſit deliberatio, & proponat facere quod minatur. Unde ſcriptum eſt: Ante ſanguinem, maledicta, contumelia & minæ.

Eccli. 22

Contumelia. Sequitur videre de contumelia, improperio, & convitio, & notandum, quod contumelia eſt objectio criminis perpetrati. Improperium eſt, cum quis injurioſe reducit ad memoriam auxilium, quod contulit neceſſitatem patienti. Unde ait Sapiens: Pauca dabit, & multa improperabit. Convitium autem eſt, cum defectus corporalis, vel aliud quodcumque crimen obiicitur ad confuſionem perſonæ, & de his videamus quomodo habeant rationem peccati. Hoc igitur circa iſtam materiam eſt notandum, quod cum ſecundum Philoſophum, voces ſint ſigna intellectuum, multum conſiderandum eſt, quo animo verba dicantur. Contingit autem quandoque talia verba dici ex indiſcreto zelo, vel zelo juſtitiæ, aut amoris, vel ex quadam ſurreptione & ſubito motu iræ, & tunc non eſſet judicandum mortale, niſi tantus eſſet exceſſus, & verba ſic inordinata, quod aliquis per talem contumeliam in diffamationem incurreret manifeſte. Tunc enim zelus juſtitiæ nullatenus excuſaret; quin peccaret mortaliter, ſicut ſi aliquis aliquem ludendo interficeret per cautelam, tamen poſſet peccare mortaliter. Cum autem quis alteri convitium vel contumeliam, vel improperium dicit ad proximi confuſionem, & dehonorationem intendens, tunc agitur contra charitatem proximi, & peccat B mortaliter, & ſic intelligitur verbum Domini, dicentis: Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis.

Eccli. 20 — *Ariſt. lib. Periher. tex.* — *Matt. 5*

Item folium diſcordiæ, ut dictum eſt ſuperius, eſt maledictio, ut cum aliquis malum alii imprecatur optative, & manifeſte habet rationem mortalis, quia eſt contra proximi charitatem, ſi tamen mente ita teneatur, ſicut ore profertur. Et hoc modo loquitur Apoſtolus cum dicit: Maledici regnum Dei non poſſidebunt. Contingit tamen verbum maledictionis eſſe veniale, vel propter parvitatem mali optati, vel quia ludo, vel ſurreptione, vel zelo juſtitiæ, vel non malo affectu verba dicuntur. Et hoc modo Auguſtinus in C ſermone de Purgatorio, hoc judicat veniale.

1 Cor. 6 — *Auguſt. de ſanctis ſerm. 41 ante med. tom. 10*

De clamore autem verborum, & procacitate ſciendum, quod quandoque contingit, quod licet intentione verborum convitia gravia non dicantur, tamen tantus clamor & procacitas poteſt eſſe, quod ſcandalum ſequitur, vel etiam ex intentione proximus provocatur, & tunc habet rationem mortalis, eo modo, quo dictum eſt de contentione. Si tamen ex deliberatione procedit, & ex ramo iræ vel odii procedit, alias autem non judicaretur mortale.

Item ad diſcordiam pertinet, irreconciliatio, cum ſcilicet quis proximum per contumeliam, vel alio modo læſit, & ipſum pacificare contemnit. Sicut enim rem alterius ablatam,

Digitized by Google

tam, vel famam, tenetur reſtituere proximo, ſic, & pacem, petendo veniam. Unde convenienter dicit Auguſtinus in ſpeculo, quod melior eſt ille, qui quamvis ira ſæpe tentetur, tamen ad impetrandum feſtinat, ut ei dimittat, cui ſe feciſſe agnoſcit injuriam, quam qui tardius iraſcitur, & ad impetrandum veniam tardius inclinatur. Unde non pigeat ex ipſo ore proferre medicamenta, unde facta ſunt vulnera. Quod ſi quis contemnat facere, peccatum committit, ſicut patet per verbum veritatis dicentis: *Matt. 5* Si offers, &c. ſecundum Gloſſam, munus nequaquam acceptatur talis offerentis, ante reconciliationem fratris. Et per hoc manifeſte probatur, quod eſt ibi peccatum mortale, non enim niſi per peccatum mortale amittit acceptationem divinam, hoc tamen ſane debet intelligi, cum ſcilicet tamen fuit offenſa, quod rationem mortalis habuerit. Qualiter autem contumelia rationem mortalis habeat, jam dictum eſt.

Caput II.

De concupiſcentia divitiarum.

Secundum ramus, qui ex radice concupiſcentiæ, & ex trunco mali conſenſus procedit, eſt concupiſcentia oculorum, qui alio nomine avaritia nominatur. Dicitur autem avaritia, *Avaritia quid.* ſecundum quod eſt aviditas æris, id eſt, pecuniæ, ita quod per pecuniam omnia temporalia deſignantur. Unde avaritia eſt inordinatio animi circa temporalia habita vel habenda. Quod duobus modis poteſt contingere, vel inordinate amando vel appetendo, vel injuſte acquirendo. Circa hoc tamen advertendum eſt, quod utroque modo poteſt eſſe mortale, cum ſcilicet aliquis amorem divitiarum præfert charitati Dei vel proximi, vel cum injuſte præfertur, vel per rapinam temporalia acquiruntur, & ſic avaritia ab Apoſtolo inter mortalia computatur. Sicut autem de aliis vitis dictum eſt, quod ſua venialia habent, dum ſcilicet rationem præveniunt; ſic etiam avaritia quælibet non judicatur mortalis, ut cum quis ad temporalia inordinate afficitur, tamen ſalva charitate Dei, & proximi, vel proximus in tam modico læditur, quod nullo modo judicaretur mortale. Secundum hoc igitur, ex primo ramo avaritiæ tres rami principales procedunt, qui dicuntur, inordinatum deſiderium habendi, inordinatus habiti amor, & inordinatus dolor amiſſi, & eo modo, quo dictum eſt de avaritia, eſt judicandum de ipſis.

Item ex primo ramo, qui eſt inordinatum deſiderium habendi, procedunt hæc, ſcilicet ſolicitudo in mente, & injuſtitia in opere. Hæc autem ſolicitudo poteſt habere rationem mortalis, ſcilicet cum propter ſolicitudinem rerum temporalium dimittuntur neceſſaria ad ſalutem. Unde ex hoc ramo, Sabbati violatio oritur, cum ſcilicet contra præceptum divinum vel Eccleſiæ, tempora non ſervantur. Per hoc autem ſabbatum, in lege noſtra Dominica intelligitur, & feſta alia ab Eccleſia inſtituta. Obſervatio ſiquidem diei Dominicæ eſt de jure divino, ſcilicet præceptum divinum, ut habetur in Exodo: *Exod. 20* Memento, ut diem ſabbati ſanctifices, ex conſtitutione Eccleſiæ, & Spiritus ſancti familiari conſilio, propter ſolemnitatem reſurrectionis Dominicæ, & propter quietem, quæ octavæ ætati reſpondet, ſuccedit Dominica ſabbato, & in ipſa ceſſare a ſervili opere debemus, & vacare divinis. Hoc autem circa iſtam materiam eſt notandum, quod obſervatio iſta quantum ad aliquid eſt moralis, & de jure divino, quantum autem ad aliquid cæremonialis, & ad jus poſitivum pertinet, quod enim homo aliquod tempus habeat ad vacandum divinis, hoc pertinet ad morale præceptum, ſed quod tali vel tali die, vel ab iſto opere ceſſetur, vel ab illo, hoc ad jus poſitivum pertinet. Igitur mandatum divinum tranſgreditur, qui ſic temporalibus negotiis occupatur, quod numquam vacat divinis. Præcipue etiam feſtum vel Dominicam violat, qui peccato operam dat, hoc enim eſt opus ſervile, qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. Unde Auguſtinus de decem chordis: *Auguſt. li. de decem chor. cap. 3 ante med. tom. 3* Me-

Digitized by Google

Melius faceret Judæus in agro ſuo aliquid utile, quam in theatro ſeditioſus exiſteret, & melius fœminæ eorum, die ſabbati lanam facerent, quam tota die in Neomeniis ſuis impudice ſaltarent, quod tamen intelligendum eſt de ludis, qui fiunt cum peccato mortali. Non enim intelligo ſabbatum violari per peccatum veniale, quia ſecum compatitur obſervantia mandatorum. De operibus autem mechanicis, quæ ſervilia dicuntur, ſicut jam dictum eſt, ad Eccleſiam percinet judicare, qualiter ſit abſtinendum. Unde Eccleſia pro tempore neceſſitatis, quæ legem non habet, diſpenſat, unde in hoc caſu præceptum univerſalis Eccleſiæ particulariter vel conſuetudo generaliter approbata ab omnibus eſt obſervanda. Unde de mercatis, & quadrigatione, & negotiatione, & nundinis, & talibus, quæ quandoque fiunt in multis locis diebus Dominicis, & feſtivis, utrum ſit mortale, vel non, a legiſlatoris interpretatione dependere videtur, ſi enim hoc Eccleſia prohibeat ſub virtute obedientiæ conſtat tranſgredi eſſe mortale peccatum.

Secundum, quod ex ramo inordinati appetitus temporalium procedit, ut dictum eſt, eſt injuſtitia in opere, quæ in duos fructus principales diſtinguitur: quia aut eſt aperta injuſtitia, aut occulta, quæ fraus alio nomine nuncupatur. Injuſtitia autem aperta hos fructus ſecum habet, qui ſunt, furtum, uſura, rapina, & iniqua ſententia, de quibus aliquid videamus.

Furtum quid.

Circa furtum nota, quod furtum eſt occulta rei alienæ contrectatio invito Domino, & habet rationem mortalis, in quantum eſt contra juſtitiam, & opponitur charitati proximi. Unde lex divina dicit, Non facies furtum. *Exod. 20* Hoc tamen advertendum, quod tam modica res poſſet eſſe, vel tam modici valoris, quod non haberet rationem mortalis, niſi forte adeſſet voluntas majus accipiendi, ſi facultas adeſſet, vel in illo modico eſſet alterius notabilis damnificatio, plus enim quandoque damnificatur pauper in parvo, quam dives in magno, vel niſi forte eſſet

A tanta neceſſitas, quod accipere rem alterius cogeretur: tunc enim poteſt aliquis rem alterius pro extrema, vel urgente neceſſitate corporis accipere: quia in neceſſitate omnia ſunt communia, & tunc furtum dici non debet, quia ſuum eſt, quod in neceſſitate accipit, vel etiam pro neceſſitate alterius. Unde Ambroſius: Eſurientium panis eſt, quem tu detines, & loquitur de avaro. Hujus autem furti quatuor ſunt ſpecies, ſcilicet rei occulta acceptio, rei inventæ detentio, ſacrilegium, & proprietas in Religioſis.

Ambr. in Do. 8 poſt Pent. ſer. 64 cir. fi. t. 5 edit. Rom.

Circa rei inventionem nota, quod quædam inveniuntur in littore maris vel aquæ communis, talia enim

B cedunt in proprietatem invenientis. Similiter & theſauri, qui inveniuntur in terra, qui non fuerunt a tempore, a quo ſit memoria in bonis alicujus, tamen ſecundum leges, dominus terræ debet habere medietatem. Unde in Matthæo dicitur de inventione theſauri abſconditi, quod emit eum. Illa autem quæ inveniuntur, quæ probabiliter fuerunt in bonis alterius, retinere, eſt furtum. Unde Auguſtinus: Si quid inveniſti, & non reddidiſti, rapuiſti. Si autem poſſeſſor inveniri non poſſit, conſuetudo terræ eſt ſervanda.

Matt. 13

Aug de verb. Ap. ſer. 21 poſt med. t. 9 & li. 50 hom. 9 cir. med. Refertur 14 q. 5 § quid.

Circa ſacrilegium a nota, quod ſacrilegium eſt ratione acceptionis ſacræ rei, vel in loco ſacro, & ſecun-

C dum hoc triplex eſt ſpecies ſacrilegii, ut quando aufertur ſacrum de ſacro, vel non ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro.

Triplex ſacrilegii ſpecies.

Quarto circa furtum Religioſorum in retentione proprii, notandum eſt quod dicit Auguſtinus de Religioſis, quod ſi quis rem ſibi collatam celaverit, furti judicio condemnetur, tunc autem intelligo hoc celari, & habere proprii rationem, quando ſic celatur, quod ſi etiam prælatus in virtute ſanctæ obedientiæ præciperet, quod revelaretur, etiam celaretur. Nec aliter intelligo mortale, niſi quando contra voluntatem prælati præceptoriam detineretur. Hoc etiam notandum de Religioſis, & diſpenſatoribus, & filiisfamilias, & uxoribus, quod furtum poſſunt committe-

Aug. ſer. 8 ad frat. in eremo. cir. med. t. 10

re,

Digitized by Google

re, ſi notabiliter dominos rerum in diſpenſando damnificant, contra voluntatem & intentionem dominorum, cum autem intuitu pietatis etiam commune bonum procurando, nec mala intentione dant aliqua, vel diſpenſant, non eſt judicandum mortale.

Sequitur de rapina. Eſt autem rapina, cum quis rem alterius manifeſte per violentiam accipit injuſte, & habet manifeſte rationem mortalis ſicut de furto dictum eſt. Unde in Iſaia dicitur: Ego Dominus diligens judicium, & odio habens rapinam. Poteſt tamen eſſe veniale, vel etiam nullum, eo modo quo de furto dictum eſt, vel etiam in bello juſto, quando bona inimicorum rapiuntur. *Iſa. 61* Quid autem requiratur ad bellum juſtum, dictum eſt ſuperius. Cum rapina autem ſunt fructus alii, ſcilicet inductio novæ taliæ, vel conſuetudinis exatio, extorſio, munerum acceptio, & ludus alearum.

Notabile pro Principibus. Circa primum notandum, quod novas talias, vel leges, vel conſuetudines conſtituere, ad extorquendum pecuniam abſque juſta cauſa, habet rationem rapinæ. Item exactio eſt, cum quis debitum inordinate exigit, & poteſt habere rationem rapinæ, cum ſcilicet creditor videt damnum notabile debitoris, nec neceſſitatem patitur, ſed commode poteſt expectare, tunc enim poſſet lædi charitas, & poſſet eſſe neceſſitas, quod exactio haberet rationem mortalis. Unde qui a ſubditis talias & ſervitia iſto modo exigunt, nec neceſſitati eorum, quantumcumque ſint pauperes, compatiuntur, recte raptores dicuntur. Unde hæc, quæ de exactione dicta ſunt, contra illud præceptum morale ſunt, quod ponitur in Exodo: *Exod. 22* Si pecuniam dederis mutuo populo meo pauperi, non urgebis eum quaſi exactor.

Tertius fructus rapinæ eſt extorſio, quod quidem eſt cum quis terrendo, vel adulando, vel violentis precibus extorquet ab aliquo ſervitium, vel aliquod temporale: & tunc quidem poteſt habere rationem mortalis, cum tollitur ratio voluntarii arbitrii ab illo, cui infertur talis ex-

A torſio, & talis eſt qui minatur, vel rogat ab eo, qui poteſt nocere, & cujus offenſa probabiliter timetur, niſi habeat quod petit, & hoc modo extorſio violenta eſt, & ſic eſt contra præceptum in Levitico poſitum, ubi jubetur non aliquid extorqueri. *Lev. 6*

Quartus fructus rapinæ eſt munerum acceptio, quæ quandoque non habent rationem peccati, ſcilic. cum pauper dat diviti, reus judici, creditori debitor. Suſpecta tamen eſt talis munerum collatio, & receptio, ex intentione dantis vel recipientis cito poſſet inveniri ratio mortalis peccati Unde cum dives a paupere recipit, ut ipſum ſecundum juſtitiam tuea-B tur, cum alias hoc facere teneatur, & judex cui datur aliquid, ut pervertat judicium, vel ut iuſtitiam conſequatur, cum munus recipit, aut judicium pervertit, aut iuſtitiam vendit, manifeſte habet rationem mortalem. Creditor etiam, qui a debitore munus recipit, in rationem debiti videtur quod accipiat, & ſi hac ratione non accipit, tunc habet rationem uſuræ. Quandoque tamen non habet rationem peccati, ut cum quis ſimpliciter recipit munus, abſque mala intentione, nec habet rationem, quare poſſit ſuſpicari, quod mala intentione donetur.

Quintus fructus rapinæ eſt ludus alearum, ſeu taxillorum, qui prohi-C bitus eſt tam a iure canonico, quam civili. Unde & de hoc dicunt quidam, quod ſit peccatum mortale, eo quod ſit contra ius canonicum, & civile; & quod ex ludo habetur, nullo bono titulo poſſidetur, nec poteſt retineri, ſed debet pauperibus erogari. Quia enim qui in ludo lucratur, iniuſte lucratur, & qui amittit, iuſte amittit, ideo qui lucratur, eidem a quo lucratur reſtituere non tenetur, niſi forte induxerit ad ludendum. Cum autem ludus ſatis videatur ex radice rationem habere mortalis peccati, quia ſcilicet ex avaritia videtur procedere, & quia ludo multa communicantur peccata, ſcilicet fraus, mendacium, periurium, blaſphemia, ſcandalum, amiſſio temporis, & ita frequenter: ideo hæc cauſa prohibitio.

Digitized by Google

tionis ludi eſſe videtur. Cum ludit aliquis cauſa recreationis, peccatis ſupradictis excluſis, non videtur habere rationem mortalis.

Uſura quid.

Tertius fructus principalis injuſtitiæ ad proximum quæ ex ramo avaritiæ procedit, eſt uſura. Dicitur autem uſura ab uſu æris, ſunt enim quædam res, quarum uſus eſt rei conſumptio, quarum dominium in accipientem transfertur, ut pecunia, & bladum, & vinum, unde qui talium uſum vendit, uſurarius dicitur, & habet rationem mortalis peccati, & inquantum contra præceptum mortale juſtitiæ eſt, quia vendit alii quod ſuum non eſt, cum jam ſit translatum dominium. Unde ſcriptum eſt: *Pſal. 14* Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram. Uſura enim in has ſpecies dividitur. Eſt enim uſura in ſpe, cum quis non expreſſe contractum uſurarium facit, licet ſperet pro mutuo ſe aliquid accepturum, & hac intentione dat mutuum, alias non daturus; conſtat, quod talis quantum ad Deum, qui cor intuetur, uſurarius judicatur. Unde Dominus: *Luc. 6* Date mutuum, nihil inde ſperantes. Item eſt uſura non ſolum intentione, ſed & opere, cum quis debitorem ad amplius obligat quoquomodo, vel tacite, vel expreſſe, tacite quidem mutuando ſpeciem pro ſpecie, ut bladum pro blado, & hujuſmodi, ut ea recipiat tempore cariori, vel dando antiquum pro novo, ut melius recipiat innovatum, in quibus caſibus uſura committitur, cum proprium commodum, non neceſſitas proximi ibidem attendatur. Tunc autem poteſt manifeſte ſciri corrupta intentio, cum ſolummodo præcluditur infra tempus, quo carius venduntur, cum quis autem hujuſmodi intendit ſervare, uſque ad tempus, quo vendentur carius, licet debitor in ſe periculum ſuſcipiat, non tamen in creditore judicatur uſura, ſi hoc faciat, ut proximo ſubveniat. Item tacita uſura eſt, cum quis ratione dilationis plus juſto vendit & accipit, & cum quis ratione mutui ſervitium vel munus accipit, ut ſuperius eſt expreſſum. Item eſt uſura tacita, cum quis aliquid commune habet cum aliquo, A quidquid ſit illud, & periculum vel damnum non ſit commmune. Item eſt uſura manifeſta, cum promiſſum ex pacto intervenit accipiendi amplius; vel etiam obligatio ex pacto ad ſimile mutuum faciendum.

Injuſtitia in contractibus.

Secundus ramus principalis avaritiæ eſt injuſtitia occulta, quæ in contractibus multis modis contingit, ſcilicet vendendo, emendo, commutando, & hoc poteſt eſſe, quando circa ſpiritualia vel temporalia, ſit fraus in numero, pondere, & menſura, in valore, ſeu in quantitate, in defectus taciturnitate, cum ſcilicet notabilis eſt defectus, & occultus rei venditæ, & tacetur, & ita care venditur, ac ſi non eſſet ibi defectus B aliquis. Item notabiliter care vendendo, vel propter neceſſitatem ementis, vel propter ſolutionis dilationem, vel propter ſimplicitatem ementis, qui rei valorem non novit. Item in venditione ſuſpecta locutio, plurima, ſcilicet rei falſa commendatio, perjurium, execratio, verborum duplicitas, ſeu falſitas, quæ omnino ſecundum quod ad nocumentum proximi, vel deceptionem ordinantur, ſic contra proximi charitatem ſunt. Hoc tamen advertendum, quod ſicut ſupradictum eſt de furto, ita poſſet eſſe proximi tam modicum nocumentum, quod quantum eſſet de ratione contractus, non judicaretur mortale.

Mendacium.

C Hoc tamen circa mendacium eſt notandum, quod ſicut habetur ſuper illud Pſalmi: Perdes omnes qui loquuntur mendacium, triplex eſt *Pſal. 5* mendacium, ſcilicet jocoſum, officioſum, quod ſit propter bonum proprium vel etiam proximi, & pernicioſum, quod ſit in nocumentum proximi, vel fidei detrimentum, & hoc ultimum de ſuo genere eſt mortale. Unde cum mendacium ſit in proximi nocumentum, in contractibus, patet, quod habet rationem mortalis.

Hoc etiam circa perjurium, & juramentum eſt notandum, quod juramentum, ſecundum Hieronymum, tres comites habere debet, ſcilicet veritatem, judicium, & juſtitiam. Judicio caret juramentum abſque diſcre-

Hier. l. 1 commen. in Hier. c. 4 non longe a prin. t. 4 Refertur 22 q. 2 c. animadvertendum

ſcretione, & deliberatione factum. Juſtitia caret juramentum illicitum, quod eſt in detrimentum ſalutis æternæ. Veritate autem caret, cum falſum juratur.

Juramentum.

Circa juramentum etiam eſt ſciendum, quod duplex eſt juramentum, ſcilicet aſſertorium, & promiſſorium. Juramentum aſſertorium eſt cum falſum juratur, vel quod creditur eſſe falſum ex ſuo genere eſt mortale, & contra præceptum divinum, de non aſſumendo nomen Dei in vanum: hoc autem ſic intelligendum videtur, cum quis ex deliberatione peccat, & ſe peccare advertit.

Exod. 20

Circa juramentum promiſſorium notandum, quod cum quis promittit per juramentum aliquid ſe facturum, & deliberative, tenetur illud adimplere: aliter eſt tranſgreſſor præcepti, niſi forte ad implendum reddatur impotens, vel niſi juramentum vergat aliquo modo contra Dei vel proximi charitatem. Dicit enim Iſidorus: In malis promiſſis reſcinde fidem: in turpi voto muta decretum. De verborum autem duplicitate & falſitate, quando fit in proximi deceptionem & nocumentum, ſicut de mendacio judicandum videtur. Unde dicit Iſidorus: Quacumque arte quis juraverit, Deus, qui conſcientiæ teſtis eſt, illud accipit, ſicut ille, cui juratur.

Iſid. de contemp. mut. c. de voto.

Iſid. de ſum. 'o. l. 2. c. 31 ſent. 8

Circa fraudes, quæ in emendo fiunt, notandum, quod quandoque in venditore eſt ſimplicitas, vel neceſſitas: & hoc modo contingit fraus in emptore, ſcilicet cum res emit vilius, vel ratione ſimplicitatis illius vendit, vel neceſſitatis, vel ignorantiæ.

Item peccata locutionis in emptoribus frequenter inveniuntur, cum ſcilicet res mendaciter vilipenduntur & rationes, quæ circa venditores ſunt dictæ. Et eo modo quo dictum eſt de venditore, ſic etiam de fraude in commutationibus eſt ſimiliter judicandum.

Item, ut dictum eſt, non ſolum conſiſtit injuſtitia & fraus in contractu temporalium rerum, ſed etiam circa ſpiritualia. Et quidem poteſt fieri, vel circa judicia, & ſic eſt fru-

A ctus iniquæ ſententiæ: vel circa beneficia, & ſic ſimonia. Eſt autem ſimonia, ſecundum quod communiter diffinitur ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi aliquod ſpirituale, vel ſpirituali annexum; & habet rationem mortalis: quia manifeſte ibi eſt injuſtitia contra Deum, cum ſpiritualia non poſſint cadere ſub pretio temporali, & quia non poteſt quis vendere vel emere illud, cujus non poteſt habere dominium, ſpiritualium autem non ſumus Domini, ſed miniſtri. Unde Apoſtolus ait: Sic nos exiſtimet homo, &c. Item, quia gratis accipiuntur, gratis conferri debent. Juxta illud: Matthæi: Gratis accepiſtis, &c. Simonia autem

Simonia quid.

1 Cor. 4

Matt. 10

B tribus modis committitur, & ſecundum hoc tres fructus habet in arbore; committitur enim a manu, ut munera corporalia conferendo pro ſpiritualibus obtinendis. Item munus a lingua, ut per preces carnales & injuſtas, ſpiritualia obtinendo. Item munere ab obſequio, ut cum quis per ſervitium humanum, iniuſtum, vel inhoneſtum ſpiritualia obtinet. Item nota alias ſpecies ſimoniæ, quia permutando, tranſigendo ſpiritualia beneficia abſque ſuperioris auctoritate, contrahitur ſimonia ſecundum iura. Appellatur permutatio, cum fit mutatio dignitatum, vel quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum. Tranſactio autem eſt de qua-

C cumque re ſpirituali non gratuita pactio. Hoc autem circa materiam generaliter eſt advertendum, quod ſpirituale dare vel accipere pro temporali, ita quod ſpirituale cadat ſub pretio, eſt vitium ſimoniæ. Licet autem pro labore & pro ſuſtentatione ſecundum bonas conſuetudines accipere ſeu dare.

Item ut dictum eſt, alius fructus iniuſtitiæ ſeu fraudis eſt ad proximum, ſcilicet iniuſta ſententia & multos fructus mortiferos habet, qui ſunt, iuſtitiæ perverſio ſive dilatio ordinis, iuris mutatio, falſum teſtimonium, iniuſta advocatio, litterarum abuſio, quæ omnia habent rationem mortalis, ſecundum quod cedunt in proximi nocumentum, & ex radice avaritiæ procedunt, ut pecunia emergatur.

Cir-

Digitized by Google

Advocatio injuſta.

Circa quartum ſcilicet de iniuſta advocatione nota peccata, quæ ibi inveniuntur frequenter, ſcilicet iniuſtum patrocinium, litis prolongatio, & iuris ſophiſtica allegatio, iniuſtum conſilium, ſcilicet de mendacio, ſeu periurio in iudicio faciendo, quæ manifeſte rationem mortalis habent, cum fiunt in proximi nocumentum.

Abuſio litterarum

Circa quintum, ſcilicet litterarum abuſionem, nota etiam multa peccata, quæ committuntur hoc facto, ſcilicet iniuſta impetratio, ut cum veritate tacita vel falſitate ſuggeſta, litteræ ad vexationem proximi impetrantur; iniuſta extenſio, ut cum quis habet litteram ad aliquas perſonas ſpecialiter, vel ad certum numerum perſonarum, vel ad certum negotium, & ultra litteræ virtutem vel tenorem, extenditur ad negotia vel perſonas. Item additio vel diminutio per raſuram, vel fictio, cum quis bullam ſubtiliter raſerit, vel bullam falſam facit, in quo ultimo caſu, ipſo iure maiorem excommunicationem incurrit.

Secundus ramus principalis, qui ex avaritia procedit, eſt inordinatus amor habiti: & ex hoc ramo hi fructus procedunt, iniuſta congregatio, immiſericordia, ſeu incompaſſio, reſtitutionis dilatio, irrecompenſatio, illiberalitas; de quibus eſt videndum, quomodo habent rationem peccati.

Circa primum de iniuſta congregatione eſt notandum, quod iniuſta congregatio eſt, cum quis bona ſua, ſeu fructus terræ congregat ſolo ardore habendi, vel ut careſtia procuretur, & res ſervatæ poſtmodum carius vendantur, & iterum pretium reponatur. Et hoc quidem rationem mortalis habere poteſt, dum eſt tibi intentio ita congregandi, nec diſpergendi, loco & tempore, ſed ſolo ardore habendi, & luxuriandi in eis. Et hoc exemplum patet in illo divite, de quo dicitur, quod dicebat: Anima mea habes, &c. cui reſponſum eſt: Stulte hac nocte repetent animam tuam, ſcilicet dæmones, &c. ergo manifeſtum eſt, quod faciebat peccatum mortale. Secundus fructus eſt immiſericordia in effectu, cum ſcilicet proximus in arcta neceſſitate videtur, & ſcitur hoc, & non ſubvenitur ei, cum tamen omnia in neceſſitate debeant eſſe communia, & tunc poteſt eſſe mortale, & ſecundum hoc mali iudicabuntur de defectu miſericordiæ, ſicut patet in Matthæo. Unde & ſic intelligit Ambroſius, ubi dicit: Paſce fame morientem, ſi non paviſti, occidiſti. Non ſolum autem eſt in præcepto proximum iuvare in datione temporalium, ſed etiam in aliis actibus miſericordiæ, ſicut patet in Matthæo ubi ſupra. Tertius fructus eſt reſtitutionis dilatio. In illis enim caſibus, in quibus non transfertur dominium, ſicut in furto, rapina, & ſimilibus ſemper eſt detentor in mora, & peccat mortaliter retinendo, licet pœniteat accepiſſe, ſi tamen adſit reddendi poſſibilitas, vel opportunitas. Unde & Auguſtinus dicit: Non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. In his autem, in quibus dominium tranſit in accipientem, ſicut in mutuo, non eſt quis in mora, niſi ſecundum conditiones appoſitas, & ſic poſſet eſſe tantæ conditionis tranſgreſſio in proximi læſionem, quod poſſet habere rationem mortalis. Quartus fructus inordinati amoris temporalium eſt irrecompenſatio, cum ſcilicet quis multa bona accipit ab aliis, & ex inordinato amore temporalium, aliquid recompenſare dimittit, qood manifeſte eſt contra ius naturale. De hoc tamen ſecundum radicem iudicandum eſt, ſcilicet, utrum hoc ex avaritia procedat, quæ habeat rationem mortalis: qualis autem avaritia radicem mortalis habeat, dictum eſt. Sicut autem de irrecompenſatione, ita & de illiberalitate dicendum eſt, cum quis non eſt liberalis in dando.

Luca 12 — Matt. 25 — Refertur ex Amb. d. 86 c. paſce — Aug. ep 54 ad Maced. poſt med. tom. 2

Caput III.

Tertius principalis ramus eſt concupiſcentia carnis.

Tertius ramus principalis, qui ex radice concupiſcentiæ, ex trunco malæ voluntatis procedit, eſt carnis concupiſcentia, [illegible]

1 Joan. 2 nem in canonica ſua, ſcilicet, in quærendo delectationem, & vitando moleſtiam. Et ſecundum hoc in duos ramos principales iſte ramus dividitur. Primus autem ramus, qui ex quæſtu delectationum conſiſtit, in duos ramos dividitur, quia quædam eſt delectatio pertinens ad conſervationem invidui per actum refectionis; alia eſt pertinens ad conſervationem ſpeciei per propagationem ſeminis.

Quantum autem ad primum, ſpecialiter peccatum gulæ conſiſtit. Eſt autem gula, ſecundum quod habet rationem peccati mortalis, inordinatus appetitus vel uſus nutrimenti, rationem ſubvertens, & avertens a Deo, & hoc patet in illa gula præcipue, qua quis præcepta Dei non timet prætergredi, ut delectamenta ciborum ſequatur, & illa in qua etiam ratio ſubvertitur, cum ex deliberatione, ſeu adverſione rationis procedit, ut cum quis ſcienter ſe inebriat, vel naturam propriam gravat. Unde Gregorius trigeſimo Moralium, ſic loquitur de gula dicens, quod dominante gulæ vitio, omne quod egerint homines fortiter, perdunt. Sicut autem alia vitia ſua venialia habent, ut ſupra dictum eſt, ita etiam gula ſua venialia habet. Ubi circa actum nutritionis & deſiderium non eſt inordinatio contra Deum, nec averſio rationis; quia tales actus non ſunt quandoque in poteſtate hominis. Ex hoc autem ramo præcipue tres rami exeunt principales, ſcilicet incontinentia gulæ, immodeſtia, & delectatio.

Gula quid.

Greg. l. 30 Mor. c. 13 ante med.

Circa primum ſcilicet de incontinentia gulæ notandum eſt, quod iſtos fructus habet ſecum, anticipationem, frequentationem, & jejunii fractionem. Anticipatio eſt, cum quis horam comedendi anticipat, quod poteſt fieri tempore jejunii, vel alio tempore. Si autem tempore jejunii, quod eſt in præcepto, cum hora comedendi ſecundum jura & conſuetudinem aſſignetur poſt meridiem, qui horam notabiliter anticipat ſine cauſa, ſola comedendi libidine, fraudem facit, nec tale jejunium reputatur: ut ſi quis forte hora tertia comederet, & ſic ſe impleret, quod

Gulæ in incontinentia.

A poſt modum illa die non eſuriret. Qui autem fraudem facit legi, committit in legem. Unde Chalcedonenſe Concilium: Nullatenus judicandi ſunt jejunare, qui ante comedunt, quam veſpertinum celebretur officium, quod tempore Quadrageſimali dicitur. Alias autem poſt nonam. Item iſta anticipatio fit etiam alio tempore, ut multi qui volunt comedere, ſtatim quando de lecto exeunt, ſicut bruta etiam quandoque abſque aliquo appetitu ex prava conſuetudine, quod eſt grave peccatum, & vix poteſt contingere, quin a radice mortali procedat. Secundus fructus eſt frequentia cibi vel potus, quod niſi cogat ætas, vel infirmitas, B vel iuſta neceſſitas, manifeſte contra rationem eſt peccatum; quam prohibet Apoſtolus, qui ponit comeſſationem inter opera carnis. De quibus dicit: Qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. Per quod patet manifeſte, quod aliqua commeſſatio habet rationem mortalis, cum ſcilicet procedit ex gula eo modo, quo habet rationem mortalis. Quando autem habeat rationem hanc, dictum eſt ſupra. Tertius fructus incontinentiæ gulæ, eſt fractio jejunii ab Eccleſia inſtituti, quod fit in numero, in qualitate. In numero comeſtionum, pluries comedendo, in qualitate cibi, cibum vetitum comedendo, ut comedendo carnes, vel lacticinia, C & hujuſmodi in Quadrageſima. Et hoc de jeiuno eſt ſciendum, quod quicumque hoc ieiunium non obſervat abſque diſpenſatione ſuperioris, iuſta neceſſitate laboris neceſſarii, vel paupertatis notabilis, vel ætatis, vel infirmitatis, eſt transgreſſor præcepti, & ſic peccatum mortale committit. Unde Hieronymus ad Lucinium, loquens de ieiunio dicit: Unaquæque provincia abundet in ſuo ſenſu, & præcepta maiorum, leges Apoſtolicas arbitretur; per quod patet, ieiunium eſſe in præcepto.

Gal. 5

Jejunium.

Hier. ep. 28 quæ eſt ad Lucin. prope fin.

Secundus ramus principalis gulæ, eſt immodeſtia, ſcilicet cum in nutriendo corpus, modus debitus non ſervatur: & duos fructus habet, ſcilicet aviditatem, & nimietatem. Eſt autem aviditas, inordinata in comedendo

Immodeſtia.

dendo guloſitas, & eſt peccatum, cum motus brutales & inordinatos debeat refrenare, & poteſt quandoque ſine peccato eſſe, ut cum homo non ſubjacet ſuæ poteſtati: & quandoque eſt veniale, ut cum ita reprimit ſicut decet, & poteſt eſſe mortale, ſi ex radice mortali procedat, ſicut de frequentia dictum eſt. Secundus autem fructus immodeſtiæ in cibo eſt nimietas, ut cum quis comedit in nimia quantitate, vel bibit. Ex hoc fructu naſcitur corporis gravitas & infirmitas, mentis hebetudo & cæcitas, judicii præcipitatio, incircumſpectio, ebrietas, loquacitas, inepta lætitia, & diſſolutio. Circa materiam iſtam notandum in generali, quod ille nimis dicitur comedere, qui ultra commoditatem naturæ comedit & bibit: & eſt contra rationem, & per conſequens peccatum, cum actus nutritionis ſit ad conſervationem individui, & per talem culpam fiat naturæ ſubverſio: unde patet, quod ibi eſt abuſio & peccatum. Et tantum in gravamen naturæ procedere poteſt, ſi ex deliberatione fiat, quod habebit rationem mortalis. Ex deliberatione autem dico, quia quandoque ex paſſione famis, vel prætextu æſtimatæ neceſſitatis hoc poteſt fieri, quod de facili non eſſet judicandum mortale. Ex hoc autem fructus, ut dictum eſt, eſt corporis gravitas & infirmitas, quæ ex nimia cibi ſumptione procedit, & hebetudo mentis, & cæcitas, quæ licet magis rationem pœnæ, quam culpæ habeant, tamen cauſa peccati eſſe poſſunt, cum quis ratione infirmitatis, vel gravitatis carnis jam non poteſt facere, nec implere id, ad quod a natura ex præcepto tenebatur; vel cum ex nimia ſumptione cibi vel potus, in talem hebetudinem, vel cæcitatem mentis incidit, quod neceſſaria ad ſalutem non cogitat, nec diiudicat, & tranſgreditur, vel ſententiam, vel verbum præcipiat in proximi nocumentum. Et tunc manifeſte non excuſatur quin talibus poſſit peccare mortaliter in talium commiſſione, cum factus ſit ineptus ad talia exercenda, dando operam rei illicitæ. Et hæc intelligo, niſi amiſiſſet totaliter

A

rationem, vel forte corporis poteſtatem, eo modo, quo de ebrietate dicetur.

Ebrietas.

De ebrietate autem notandum, quod ſi quis ſciens vini vel liquoris fortitudinem, & advertens, quod ex ejus nimia ſumptione poteſt ebrietatem incurrere, nimis ſumendo, peccat mortaliter, quia ſcilicet uſu rationis ſe privat, & omnium peccatorum periculis ſe exponit. Unde Ambroſius in libro de Patriarchis. Vitandam diſcimus ebrietatem, per quam crimina vitare non poſſumus: nam quæ ſobrii cavemus, per ebrietatem ignorantes committimus. Et Apoſtolus ad Galatas inter opera mortalia ebrietatem connumerat. Poteſt

Amb. l. 1 de Abrah. c. 6 cir. fi. Refertur 15 q 1 c. ſane.

Gal. 5

B

tamen ebrietas contingere abſque mortali, & etiam veniali, ut cum quis liquoris fortitudinem non agnoſcit, vel liquorem inebriantem pro alio bibit, vel ſiti ducitur non advertens: Unde & Auguſtinus contra Fauſtum, Loth de ebrietate excuſat. Cum autem quis ratione ebrietatis, vel occaſione, peccatum mortale ignoranter poſtmodum committit, ſi mortalis fuit ebrietas, non totaliter excuſatur: tamen ſecundum quod ratio voluntarii diminuitur, ſic peccatum excuſatur a tanto, licet non a toto. Si autem ebrietas abſque peccato contingit, tunc a peccato mortali excuſare poteſt. Unde Auguſtinus, Loth ebrium ab inceſtu excuſat, dicens

Aug. l. 22 contra Fauſt. c. 44 tom. 6

Aug. ibid.

C

contra Fauſtum: Loth culpandus, non quantum inceſtus, ſed quantum ebrietas meruit. Tamen cum quis ad ſe redierit, debet de illo peccato dolere, ut credo, & etiam confiteri: quia ad ſuperiorem pertinet judicare, utrum talis fuerit ebrietas, quæ peccatum valeat excuſare. Item folium iſtius immodeſtiæ eſt loquacitas, quæ multa folia ſecum habet, ſcilicet multiloquium, vaniloquium, ſtultiloquium, turpiloquium: de quibus cum voces ſint ſigna intellectuum, iudicandum videtur ſecundum rationem radicis.

Ultimus fructus nimiæ comeſtionis eſt inepta lætitia & diſſolutio, quæ ſortiuntur rationem peccati ſecundum radicem, & in aliquibus ſecundum ſcandalum, ſeu occaſionem ſcandali,

quod tantum eſſe poterit, quod habebit rationem mortalis.

Tertius ramus principalis, qui ex gula procedit, eſt inordinata delectatio, & hos fructus etiam ſecum habet, ſcilicet ſolicitudinem in quærendo, ſtudioſitatem in præparando, multiplicitatem in diverſificando, careſtiam in emendo, voracitatem in ſumendo, quæ rationem peccati ſortiuntur ſecundum rationem radicis, & perſonarum & ſtatuum, vel ſecundum quod in talibus fit ita notabilis ſuperfluitas atque ſumptus; quod pauperum indigentia & neceſſitas hoc faciat habere rationem mortalis, eo modo, quo ſuperius de prodigalitate eſt dictum.

Secundus ramus principalis, qui ex radice carnalis concupiſcentiæ procedit, eſt delectatio inordinata circa actum, qui pertinet ad conſervationem ſpeciei, ut dictum eſt ſupra, quæ luxuria appellatur, quæquidem habet rationem peccati, inquantum repugnat rationi vel naturæ, & habet rationem mortalis, ſicut patet ad Galatas, ubi inter carnis opera computatur. Hic autem ramus cum præcedenti ramo convenienter inſeritur, quia ex gula procedit, & gula ei materiam adminiſtrat, quia ſemen ſecundum Philoſophum eſt ſuperfluum alimenti. Sicut autem dictum eſt de aliis peccatis, quod motus proprii & diverſi, qui præveniunt rationem, nec adhibetur conſenſus, non habent rationem mortalis, ſic etiam de luxuria eſt dicendum.

Luxuria. — Gal. 5 — Ariſt. l. 1 de generat. anim. c. 29

Ex hoc autem ramo tres rami ſpeciales procedunt, qui ſunt, inhoneſtas, carnalis affectio, & incontinentia. Inhoneſtas hos fructus emittit, quia eſt inverecunda in verbo, in geſtu, in facto, in habitu. Circa inverecundiam hoc eſt advertendum, quod licet ſit paſſio, tamen ex vitio oritur; cum enim inverecundia ſit de turpi proprie, quia qui inverecundus eſt, turpia videtur diligere; unde de ipſa iudicandum eſt, ſecundum rationem radicis. Neque enim quandoque eſt in poteſtate hominis, quando voluerit verecundari, quia huiuſmodi paſſiones, ut frequenter complexionem ſequuntur.

Inhoneſtas

A Circa inhoneſtatem in geſtu, vel facto, vel verbo, ſciendum, quod multum ex affectu penſantur, vel ſecundum quod ex hoc ratione temporis, vel loci, vel perſonæ poteſt oriri ſcandalum, & tunc ex aliqua circumſtantia, poſſet tantam præſtare occaſionem ſcandali, quod poſſet habere rationem mortalis, ut ſi forte perſona Religioſa, vel poſita in exemplum, choreas, vel tripudia duceret, vel ſi forte quæcumque in Paraſceve talia exercerentur. Inhoneſtas autem in verbo, quæ ſcurrilitas dicitur, de qua dicit Apoſtolus: Nec nominetur in vobis; ex affectu penſatur vel ſecundum ſcandalum ratione perſonæ, vel ſecundum quod verba talia alios ad malum incitant, cum & tali intentione dicuntur, & ſic poſſet habere rationem mortalis. Et ſic etiam de choreis, & cantilenis, & luſibus, intelligendum eſt. Per hæc igitur quæ dicta ſunt, patet, quomodo hiſtriones, ſaltatrices, & tales ioculatores, qui inhoneſtis verbis & factis, homines faciunt delectari, non penſantes quæ verba vel facta proferant, dum tamen poſſint pecuniam extorquere, non ſunt in ſtatu ſalutis. Dare etiam talibus eſt in peccato fovere. Unde Auguſtinus ſuper Joannem: Dare res ſuas hiſtrionibus, vitioſum eſt. Qui autem talia exercent officia abſque inhoneſtate ad recreationem hominum, cum quandoque talis recreatio ſit lætitia & virtus, etiam ſecundum Philoſophum Eutrapelia nominatur, non tales damnandi, nec talibus dare judicatur peccatum.

Epheſ. 5 — B — Aug. tract. 100 in Joan. ante med. tom. 9 — Ariſt. l. 4 Ethic. c. 8 — C

Circa inhoneſtatem habitus, notandum, quod iſte fructus quatuor ſecum habet, ſcilicet ſuperfluitatem, pretioſitatem, curioſitatem, & inhoneſtatem. Superfluitas autem conſiſtit in duobus, numero & menſura, ut cum habentur veſtes plures, vel nimis latæ vel defluentes. Item curioſitas in veſte duobus modis invenitur, ſcilicet in colore & modo facturæ. Inhoneſtas autem eſt, cum modus facturæ, veſtium impudicitiam prætendit, & ad malum provocat, ut pretioſarum veſtium, vel circa collum, & guttur, tale quod. Huius autem inhoneſtatis ſunt fructus, unctio,

Inhoneſt. habitus.

unctio, lotio, deceptio, compoſitio, A multiplicatio, adinventio, ut cum fiunt unctiones, vel lotiones ad acquirendum colorem, vel deceptiones in mutando capillos, vel fucando caput & huiuſmodi. Item compoſitio, ut cum nimis ſtricti ſotulares, vel ſingularis modus in compoſitione ſervatur. Item multiplicatio iocalium, etiam adinventio novi modi in talibus, quæ omnia, quomodo rationem peccati habeant, videamus.

Circa ergo hanc materiam eſt notandum, quod iſta quatuor poſſunt habere rationem peccati, vel ratione perverſæ intentionis, vel contrariæ conſuetudinis, vel conditionis perſonæ, vel temporis, vel ratione radicis poſſunt habere rationem peccati, B vel cum iſta ex ſuperbia oriuntur, & ad inanem gloriam ordinantur, vel cum iſta fiunt intentione placendi, & ad luxuriam provocandi, & ſi radix mortalis ſit, & ramus mortalis erit. Dicit enim Auguſtinus, quod non ſolum appetere, ſed etiam appeti velle, criminoſum eſt. Hæc etiam ratione conſuetudinis contrariæ poſſunt habere rationem peccati, ut cum quis quærit habitum, qui conſuetudini terræ non congruit, vel unguentis utitur, vel modo ornat, & incedit in ſcandalum proximorum, ut ſi vir veſte muliebri uteretur, & econverſo, & huiuſmodi. Et ita talibus tanta poſſet dari occaſio ſcandali, quod poſſet iudicari mortale. Unde C Auguſtinus tertio confeſſionum: Conſuetudo vel lex terræ, nulla civis vel peregrini libidine violetur. Item ratione conditionis perſonæ, quia aliud decet clericum & perſonas Eccleſiaſticas, vel prælatum & religioſum; aliud perſonas laicas, aliud divitem, aliud pauperem, aliud viduam, aliud coniugatam. In hoc etiam poteſt contingere ratio peccati, ſecundum quod quælibet perſona ſuum ſtatum in aliquo prædictorum excedit, ut ſi forte tot paria veſtium velit habere burgenſis aliqua, quot regina, & ſic de aliis. Unde ſic poteſt in talibus excedere ſtatum ſuum, quod oportet concludi, quod ex aliqua mala radice procedat, & quod vergat in ſcandalum proximorum. Quarto ratione temporis, ut cum quis utitur talibus, & talia multiplicat tempore neceſſitatis pauperum, & cum tanta eſt caristia, quod pauperes arctam indigentiam patiantur, quod deberent pauperibus erogari, quæ in talibus ſuperfluitatibus expenduntur; & tanta poſſet eſſe ex una parte ſuperfluitas, & ex alia tanta indigentia, quod poſſet habere rationem mortalis eo modo, quo dictum eſt de prodigalitate.

Aug. ep. 109 de reg. monac. circ. med. t. 2

Aug. l. 3 confeſſ. c. 8 non longe a prin.

Secundus ramus principalis luxuriæ eſt carnalis affectio, quæ duobus modis contingit, vel ſecundum quod aliquis ad carnem ſuam, ſeu corpus inordinate afficitur, vel etiam ad alium. Primum autem iſtorum, cura carnis vocatur, de qua dicit Apoſtolus: Curam carnis ne feceritis in deſideriis. Hujus autem rami ſunt multi fructus, ſecundum diverſa opera, in quibus conſiſtit carnalis delectatio, & ſecundum hoc eſt mollities in veſtibus, in culcitris, in lineis, in ſedilibus, & in lectis quies corporis. Item ſolicita cautio adverſitatis, vel frigoris, caloris, famis, & hujuſmodi, & iſta licet de ſe non habeant rationem mortalis: tamen circa iſta poteſt eſſe ſolicitudo, quod iſta præponuntur amori divino, vel aliquod divinorum præceptorum omittitur, vel aliquid contra Deum fit, ut talia habeantur. Item carnalis affectio quandoque habetur, ut cum quis ratione eorum, quæ ad carnem pertinent, inordinate, diligit, poteſt carnalis affectio nuncupari. in hoc autem poteſt eſſe duplex exceſſus, ſcilicet in affectu, & effectu. In affectu autem poteſt eſſe duplex, vel ſecundum quod caro ſonat in naturam, ſecundum illud Apoſtoli: Carnem ſuam nemo odio habuit; vel ſecundum quod ſonat vitium, ſecundum illud: Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. Primo modo quando eſt exceſſus in diligendo filios vel parentes, ut cum amor creatori præferatur, ut ſi quis Deum offendere magis eligeret, quam amorem talium amittere, vel eorum quodcumque detrimentum videre, quod eſſet peccatum mortale ſecundum verbum

Carnalis affectio.

Rom. 13

Ephes. 5

1 Cor. 15

Matt. 10 Domini, dicentis: Qui amat patrem, aut matrem, aut filios plus quam me, non eſt me dignus. Eſt autem alius amor carnalis, ſecundum quod caro ſonat in vitium, qui ex corruptione carnis naſcitur, ut cum quis ad aliam perſonam ſic quandoque afficitur, quod licet in actu peccati conſenſus non interveniat, tamen ad actum illum talis affectio aliqualiter ordinatur, quod ex ejus fructibus comprobatur, cum ſcilicet ex mutua collocutione, vel ſocietate, vel aſpectu, vel viſu, carnis ſtimuli oriuntur. *Rom.* 11 Conſtat autem ſecundum Apoſtolum, quod ſi rami ſint mali, & radix etiam mala erit. Hoc etiam patet, quod habet rationem peccati, quia ex tali affectione ratio amittit dominium, & voluntas etiam rationem quandoque ſequi non poteſt, tali affectione ligata, cum ſcilicet affectus trahatur ad cogitandum de re amata, nec ſit in poteſtate ejus cogitationem dimittere. Inſuper & ad Dei delectationem elevari non poteſt, tali affectione depreſſa. Inſuper & quandoque corporis detrimentum incurrit. Cum igitur aliquis ſe ſcienter inebrians, quia uſum & poteſtatem rationis voluntarie amittit, & in corpus proprium peccat quia ex hoc deterioratur in corpore, multo amplius videtur, quod qui in talem affectionis ſervitutem ſe ſcienter iniicit, cum non ita cito ſicut ebrietas tranſeat, peccat mortaliter. Unde & hoc videtur dicere Auguſtinus in Speculo, cum de talibus dicit, Secundum concupiſcentiam carnis alterutro delectantur ardore, & intactis etiam ab immunda violatione corporibus, fugit caſtitas ipſa de moribus. Sicut autem ſupra dictum eſt, quod quandoque ebrietas rationem mortalis non habet, cum aliquis fortitudine vini, vel conditione decipitur non advertens: ſic & ſi quis per contubernium perſonæ alicujus in talem affectionem incidat non advertens, non judicarem peccatum, immo potius paſſionem. Si inde advertens, affectionis periculum fovet, affectionem & nutrit, jam in talem affectionem conſentit. Si autem aliquis talem affectionem ſentiret, &

Aug. Reg. tertia, c. 21 t. 1 & ep. 109 de reg. mon. cr. med. tom. 2

A ſemper diſpliceret eidem, aut ſi eſſet urgens neceſſitas, vel magna utilitas convivendi, vel colloquendi, vel conſolandi perſonas hujuſmodi, non crederem judicandum mortale, niſi per talem affectionem ſentiret in ſe notabile ſpiritualium detrimentum. Et ſi forte talis eſſet perſona, quam oporteret actus ſpirituales exercere, & per hoc impediretur, ne poſſit implere officium competenter, tunc licet in ſocietate perſonæ illius poſſet ſequi utilitas, tamen ex ordine charitatis tenetur occaſionem vitare, cum damnum ſuum magis quam alterius vitare teneatur.

Item ex affectione carnali in effectu oritur acceptio perſonarum, & *Acceptio perſonarum.* B perverſio ordinis charitatis, & favor mali. Circa primum, ſcilicet de acceptione perſonarum, notandum, quod acceptio perſonarum eſt, cum alicui perſonæ aliquid utilitatis impenditur, cum tamen illud idem faciendi alteri, major ratio inveniatur, & hoc quidem ex affectione inordinata oritur & contra legem, juxta illud: Non accipietis cujuſquam perſonam. *Deut.* 1 Hæc acceptio perſonarum quadruplicem fructum habet, quia in beneficiis, electionibus, honoribus, & judiciis. In beneficiis eſt dupliciter, ut cum dantur beneficia Eccleſiaſtica, vel temporalia. Circa collationem beneficiorum Eccleſiaſticorum, tunc intelligo acceptionem perſonarum habere rationem mortalis, C cum beneficium Eccleſiaſticum alicui indigno confertur, ſcienter dignis poſtpoſitis, ſive ſit intuitu conſanguinitatis, vel etiam beneficii temporalis, vel affectionis ſpiritualis. Similiter autem & divitem eligere ad dignitatem Eccleſiæ, contempto paupere inſtructiore. Unde Auguſtinus ſuper illud: Nolite in perſonarum acceptione &c. Quis, inquit, ferat, ſi *Jac.* 2 quis divitem eligat ad ſedem honoris Eccleſiæ, contempto paupere inſtructiore & ſanctiore? Si autem ſint temporalia beneficia; ſic in eis poteſt eſſe perſonarum acceptio mortale peccatum, in neceſſitatis articulo, quando quis tenetur beneficium conferre ex præcepto, & cum datur beneficium illi, qui non indiget, ratione

par-

Digitized by Google

particularis amoris, & ille eſt qui in arcta neceſſitate contemnitur. In his autem, in quibus non tenetur quis dare, non cadit acceptio perſonarum ſecundum illud Matthæi: Aut non licet mihi, quod volo facere? *Matth. 10*

Circa tertium, ſcilicet de acceptione in honoribus eſt notandum, quod cum quis ſolum ratione divitiarum honoratur abſque ratione virtutis vel ſtatus, peccatum eſt, ſecundum illud: Quicumque divitem propter divitias honorat, peccat. *Gloſſa interlin. in Jacob. c. 2* In hoc autem poſſet habere rationem mortalis, ut ſi quis pauperes ſanctos contemneret, nec eis ratione ſanctitatis honorem præſtaret, nec aliquem, niſi divitem vel potentem honorare vellet, cum ſecundum Philoſophum, honor non ſit aliud quam teſtimonium virtutis. *Ariſt. li. 1 Rhet. ca. 5*

Circa quartum hoc notandum videtur, quod qui ſic perſonam in judicio accipit a vero judicio deviando, manifeſte facit contra juſtitiam, & proximi charitatem, & ita non eſt, dubium, quin peccet mortaliter, unde & contra legem eſt, quæ dicit: Non accipies perſonam, ut a vero judicio devies. *Deut 16*

Circa ſecundum principale, quod ex affectione carnali oritur, ſcilicet de perverſione ordinis charitatis, hoc primo notandum eſt quod charitas ordinata eſſe debet, ſecundum illud: Ordinavit in me charitatem. *Cant. 2* Quatuor autem ſunt ſecundum charitatem diligenda per ordinem, ſcilicet Deus, nos, proximus, & corpus noſtrum. *Ordo charitatis.* Hic autem ordo eſt neceſſarius ad ſalutem reſpectu bonorum ſpiritualium, ſcilicet quod amor alicujus creaturæ Deo nullatenus præferatur. Item quod non faciat aliquis peccatum propter dilectionem proximi. Item quod corpus proprium non tantum diligat, quod ex hoc aliquo modo peccatum vellet committere. Item quod ſalutem proximi proprii corporis dilectioni præponat.

Tertius fructus affectionis carnalis eſt favor mali, & hoc fit multis modis; quandoque enim ex familiari amore contingit, quod peccatum alterius diſſimulatur, & ſecundum hoc eſt incorrectio, conſenſus, procuratio, ſeu adiutorium, & communicatio in caſu illicito.

Circa primum notandum, quod correctio proximi eſt omnibus in præcepto, cum tamen ſcitur vel creditur, quod correctio peccatum impediat, quod alias fieret. *Correctio proximi.* Et licet ſit omnibus in præcepto, illis tamen præcipue, quibus incumbit ex officio, ut ſunt Domini principes, Prælati, & magis in hoc peccare poſſunt. Quod autem correctio ſit omnibus in præcepto, patet per Auguſtinum de verbis Domini: Si negligis corrigere, pejor factus es eo, qui peccavit. *Auguſt. de ver. Dom. ſer. 16 ante med. to. 10*

Item procuratio peccati eſt conſenſus in peccatum, & adiutorium quodcumque, & participatio, ſi ſint reſpectu peccati mortalis, erunt ejuſdem generis ſecundum Apoſtolum dicentem: Qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolum qui talia agunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. *Rom. 1*

Tertius ramus carnalis concupiſcentiæ eſt, ut dictum eſt, incontinentia, quæ præcipue circa actus venereos conſiſtit. Ex hoc ramo procedit, turpis imaginatio, motus carnalis, delectatio ſimplex, & moroſa, adverſio periculi, conſenſus in delectationem, & conſenſus in opus, & deinde fructus operis malus. Circa materiam iſtam notandum eſt, quod in conſenſu in delectationem primo mortalis ratio invenitur. Sicut enim dicit Auguſtinus: Si mente delectatio teneatur, & voluntate cum adverſione periculi, & in delectationem hujuſmodi conſentit, etiam ſi in opus extrinſecum non interveniat conſenſus, nihilominus eſt mortale peccatum, & propter hoc totus homo damnabitur. *Auguſt. de gen. cont. Manich. lib. 2 cap. 14 tom. 1 in ſenſu.* De conſenſu autem in opus mortale, quin habeat rationem mortalis, non eſt dubium; fructus autem operis per quinque ſenſus diſtinguitur ſcilicet in auditu, viſu, odoratu, loquela, & tactu. In auditu autem multiplex contingit peccatum luxuriæ, prout luxuria in inordinatam delectationem ducit: ſcilicet in curioſo auditu rumorum, inſtrumentorum muſicorum, cantilenarum ſcurrilium, & verborum inhone-

ſtorum: quæ omnia videntur judicanda ſecundum habitum, quo quis movetur ad audiendum talia ſcilicet ſecundum conditionem radicis. Viſus etiam inordinatus peſtiferos fructus habet. Aſpectus pulchritudinum, & viſus delectabilium, cum inordinatione delectationis, & curioſus aſpectus mulierum. Item aſpectus, ſigna, & nutus. Item aſpectus factorum impudicorum, & motuum, ſeu carnalium peccatorum, de quibus dicit Auguſtinus in Speculo: Nec dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus, impudici cordis eſt nuncius. Et cum ſibi mutuo aſpectu corda nunciant impudica, & alterutro delectantur ardore, intactis ab immunda violatione corporibus, fugit caſtitas ipſa de moribus. Secundum hoc igitur, ſatis poteſt patere, quoniam inordinati aſpectus poſſunt habere rationem mortalis, cum ſcilicet ex malo conſenſu, periculum grave & probabile peccati mortalis, in ſe vel in alio advertitur ex aſpectu. Quoniam ſecundum Sapientem: Qui amat periculum, in illo peribit. De odoratu autem judicandum eſt ſecundum conditionem radicis. De loquela autem ſecundum quod ex carnali concupiſcentia oriri videtur, multi prodeunt fructus, ſcilicet ſcurrilitas, de qua jam dictum eſt, cum de inhoneſtate verborum fecimus mentionem. Item incitatio, provocatio ad peccatum, verbo vel ſcripto, vel nuncio. Item attractio per verba dulcia, quæ affectu penſantur.

Aug. Regula tertia cap. 21 tom. 1 & ep. 109 de reg. monac. circa med. tom. 1

Eccli. 3

Peccata tactus.

Circa tactum hoc advertendum videtur, quod in tactibus multiplex peccatum invenitur, ſecundum quod loca, circa quæ tactus contingit, habent majorem inhoneſtatem, & magis poſſunt ad luxuriam provocare. Unde hoc circa iſtam materiam eſt tenendum, quod libidinoſi tactus, & oſcula, abſque etiam conſenſu in opus carnale, habent rationem peccati mortalis, ſecundum quod in eis oritur delectatio carnalis voluntarie, & deliberative. Unde ſuper illud, Fornicatio, & omnis immunditia, &c. dicit Gloſſa: In oſculis & amplexibus, de quibus dicit Apoſtolus ibidem, quod non habent hereditatem in regno Chriſti, & Dei. Hic autem tactus diſtinguitur; quia vel fit in perſonam propriam vel in aliam, & eodem modo habet rationem peccati. Cum tactu autem ponitur corruptio carnis, quæ pollutio dicitur, quæ duobus modis contingit; aut per actum tactus, ſeu imaginationem delectationis moroſæ, aut per actum carnalem. Si primo modo per tactum vel imaginationem, hoc contingere poteſt dupliciter. Aut dormiendo, aut vigilando. Circa pollutionem in ſomno de hoc breviter eſt notandum, quod talis pollutio ſecundum ſe non habet rationem peccati, eo quod tunc liberum arbitrium vinctum ſit ſcilicet per comparationem. Poteſt autem contingere ex ſuperfluitate cibi vel potus, vel ex turpi imaginatione in vigilia præcedente. Quod ſi cauſa mortalis fuit, puta quia vigilando conſenſit, vel actum gulæ mortalem exercuit, ſecundum hoc pollutio eſt ſignum gravioris, & tunc dictæ circumſtantiæ ſunt in confeſſione notandæ vel dicendæ. Cum autem talis pollutio illuſione diaboli, vel debilitate retentivæ, vel virtute excluſivæ contingit, nec adeſt complacentia, non habet rationem peccati. De pollutione autem vigilando ſic diſtinguitur, quod ſi eſt procurata per tactum, vel imaginationem voluntariam quoquo modo, vel per auditum, vel viſum, vel motum; omnis enim talis reſolutio ſi ſit procurata, vel ſi conſenſus interveniat, eſt mortalis quocumque modo. Et ſi ſemen extra vas naturale voluntarie emittatur, habet rationem mortalis peccati, quod etiam contra naturam eſt. Si autem in tactu ſit ſexus mutatio, etiam graviſſimum eſt peccatum, & talia peccata nec nominari debent, & ignominioſa dicuntur. Poteſt etiam hujuſmodi pollutio contingere per actum carnalem, & hoc dupliciter, quia vel per actum matrimonialem, vel per actum mœchiæ. In actu autem matrimoniali poteſt contingere deordinatio in modo, in tempore, & in cauſa. In modo quidem peccatum eſt, cum modus, qui naturæ non congruit, inve-

Ephes. 5

De Pollutione.

inventitur. In tempore autem, cum A dictum, non quælibet acedia, nec tempore menſtruorum debitum exigitur, quod eſt contra legem, ſi ſcienter fiat, eſt peccatum mortale. Item cum tempora orationi, honeſtati, & feſtivitatibus ſanctorum deputata, non obſervantur, quod tamen mortale non dico. Item in cauſa, cum in actu hujuſmodi non prolis, ſed carnis delectatio quæritur, quod licet excuſetur per matrimonium, tamen poſſet habere rationem mortalis, ſi uſque ad hoc inordinatio extendatur, quod imaginando alienam mulierem cognoſcat propriam, vel ſi eo affectu cognoſcatur, quod etiam ſi uxor propria non eſſet, vellet nihilominus delectationem complere. Si autem per actum mœchiæ talis inordinatio com- B pleatur, ſecundum hoc hujuſmodi peccati ſex ſpecies diſtinguuntur, Simplex fornicatio, ſolutus cum ſoluta. Adulterium, ligatus cum ligata, vel altero ipſorum ligato. Stuprum in defloratione virginum. Raptus, qui conſiſtit in violenta mulieris cognitione. Item inceſtus, qui eſt, cum cognoſcitur conſanguinea vel affinis. Item ſacrilegium, cum ſcilicet Deo dicatæ virgines vel viduæ cognoſcuntur, vel in ſacro loco talia exercentur: de quibus omnibus pertranſeundum judico, cum abſque hæſitatione habeant rationem mortalis.

Secundus ramus principalis, qui ex carnis corruptione contingit, ut dictum eſt ſupra, eſt inordinatio in evi- C tandis adverſis, & ex hoc ramo procedit vitium capitale, quod acedia nominatur. Eſt autem acedia ſecundum actum proprie, ut eſt vitium principale & capitale, triſtitia quædam aggravans, quæ ita deprimit animum hominis, ut eidem nihil agere libeat, & maxime bonum aliquod ſpirituale. Habet autem rationem peccati mortalis, inquantum quis per talem triſtitiam bona ſpiritualia devitat deliberative, nec placent ei: quod frequenter ex carnis corruptione procedit, inquantum ſcilicet aliquis curam carnis agens, ſpiritualia refugit, carne contra ſpiritum dominante. Unde a beato Gregorio 31. Moralium inter capitalia vitia computatur. Sicut autem de aliis eſt prædictum, non quælibet acedia, nec quilibet motus acediæ habet rationem mortalis, ſed oportet, quod ex deliberatione procedat. Ex hoc ramo procedunt ſecundum Iſidorum de ſummo bono, & ſecundum Gregorium 31. Moralium, alia vitia, quæ ſunt puſillanimitas, torpor, evagatio mentis, inſtabilitas corporis, triſtitia cordis, & deſperatio.

Acedia quid.

Greg. li. 31 Mor. ca. 17

Iſidor. li. 2 de ſum. bo. ca. 37 ſen. 2

Circa primum, de puſillanimitate ſciendum, quod ille puſillanimis dicitur, qui animum puſillum habet ad exequendum bona opera, quæ faciliter operari poſſet. Unde ſicut præſumptio habet rationem peccati, quia per eam tendit homo ad ea, quæ ejus poteſtatem excedunt: ita & puſillanimitas eſt peccatum, dum recuſat tendere in illud bonum, quod commenſuratum eſt ſuæ perſonæ. Et inde eſt, quod ſervus qui accepit pecuniam Domini ſui, & fodit in terra, nec operatus eſt ex ea propter quemdam puſillanimitatis timorem punitur a Domino, ut patet in Matthæo & in Luca. Habet autem puſillanimitas rationem mortalis, cum puſillanimitate dimittuntur neceſſaria ad ſalutem, ut divina præcepta. Poſſet nihilominus habere rationem mortalis in caſu, ut ſi quis detrimentum fidei, vel damnum proximi ſpirituale, vel etiam temporale ex puſillanimitate defenſionis, prædicationis, vel correctionis diſſimularet. Unde Gregorius in paſtorali dicit, quod illi, qui prodeſſe utilitati proximorum refugiunt, ſi diſtricte judicentur, ex tantis rei ſunt, quantis, venientibus ad ſe, prodeſſe potuerunt.

Puſillanimis quis.

Luc. 19 Matt. 25

Greg. Paſt. cur. par. 1 ca. 5 prope fine in ſen. fo.

Ex ramo autem puſillanimitatis procedit timor ſervilis, humanus, & mundanus, qui eodem modo, ſicut de puſillanimitate dictum eſt, ſortiuntur rationem peccati. Eſt autem timor ſervilis, cum quis ut ſervus dimittit malum facere non propter dilectionem, ſed propter pœnæ timorem. Timor autem humanus dicitur, cum quis parcens carni ſuæ, ſpiritualia bona refugit, quæ carnis delectationibus adverſantur. Eſt autem timor mundanus, cum quis propter timorem mundi, perſonæ ſcilicet alicujus, dimittit bonum facere ſolummodo. Primus au-

Timor.

Digitized by Google

tem timor ſemper cum mortali peccato eſt, ſcilicet cum quis peccatum dimittit facere ſolummodo ratione pœnæ. Secundus autem timor & tertius habent rationem mortalis, cum propter hujuſmodi neceſſaria ſaluti dimittunt.

Torpor. Circa ſecundum de torpore notandum eſt, quod tunc quis torpere dicitur, cum ad bene operandum invenitur efficax, ſicut aquam tepere, ſeu tepida eſſe dicitur, cum non eſt efficacis caloris. Unde tibi in Apocalypſi dicitur: Utinam eſſes calidus, aut frigidus, ſed quia tepidus es, incipiam te evomere de ore meo; & talis torpor ex diſplicentia boni videtur procedere, quæ tanta eſſe poterit, quod erit cum peccato mortali, ut cum quis palatum animæ ſic corruptum habet, quod in nullo bono ſpirituali complacentiam invenit, & propter hoc quidquid boni facit, tepide & indevote facit. Unde ex hoc ramo procedit negligentia, cum quis negligit facere quod debet, vel ſi forte illud facit, quod abſque diligentia facit. Et ſecundum hoc dupliciter poteſt habere rationem mortalis. Uno modo, ſi dimittantur per negligentiam neceſſaria ad ſalutem. Alio modo, ut ſi forte talia fiant, ſic cum contemptu fiunt, quod quoquo modo fiant, non curat omnino: & ſic intelligitur illud: Qui negligit vitam ſuam, mortificabitur. (*Apoc. 3*; *Prov. 19*)

Omiſſio. Ex hoc autem ramo negligentiæ multi fructus oriuntur, ſcilicet omiſſio, ignorantia, oblivio. Circa omiſſionem ſciendum, quod multiplex eſt omiſſio, quæ multipliciter habet rationem peccati. Eſt enim omiſſio boni propoſiti, voti promiſſi, juramenti debiti, utilium ſaluti. Circa omiſſionem boni propoſiti notandum, quod habet rationem peccati, ſecundum rationem radicis, ſeu cauſæ, nec enim de ſe habet rationem mortalis, niſi fuerit propoſitum boni neceſſarii ad ſalutem.

Votum quid. Circa ſecundum ſcilicet de omiſſione voti ſciendum, quod votum eſt conceptio melioris propoſiti, animi deliberatione firmata; & talem promiſſionem abſque cauſa vel deſpenſatione debita omittere, habet rationem mortalis. Unde David: Vovete & red- (*Pſal. 75*)

A dite, ubi dicit Gloſſa quod vovere eſt voluntatis, & reddere eſt neceſſitatis.

Promiſſio. Circa tertium, ſcilicet de omiſſione promiſſi notandum, quod promiſſum non complere, quando eſt ſimplex promiſſio, niſi compleatur, peccatum eſt: niſi adſit impedimentum legitimum, vel juſta cauſa dimittendi promiſſum, habet autem rationem peccati eo modo, quo & mendacium. Tunc enim impletur mendacium, cum non impletur promiſſum. Patet igitur, quomodo poteſt habere rationem mortalis; quoniam ſicut mendacium, quod in damnum vergit alterius, habet rationem mortalis: ſic & fruſtrare promiſſum cum damnifi-

B catione alterius, ut ſi forte aliquis promittat adjutorium alicui, in proſecutione alicujus negotii, & poſtmodum ille ſuccumbit, vel notabiliter damnificatur in negotio propter defectum promiſſi. Item circa hoc ſciendum eſt, quod ſecundum jura eſt promiſſio, ſecundum quam competit actio in jure illi, cui fit promiſſio, ut cum quis facto vel verbo, fide præſtita coram bonis, ſe obligat ad implendum promiſſum, & tunc ſecundum juſtitiam promiſſum tenetur implere. Aliter directe faciendo contra juſtitiam, peccatum mortale committeret. In promiſſis autem, quæ vergunt in detrimentum ſalutis, non obligatur quis. Unde Iſidorus: In

C malis promiſſis reſcinde fidem: in turpi voto, muta decretum. De omiſſione juramenti, hoc idem dicendum, quod ſicut qui in juramento aſſertorie pejerando, peccat mortaliter, ſi hoc deliberative faciat, & ſe jurare advertat; ita etiam, qui juramentum promiſſorium frangit ſine cauſa, idem genus culpæ incurrit. (*Iſidor. de contemp. mun. poſt med.*)

Pœnitentia injuncta. Circa omiſſionem vero injuncti notandum eſt, quod pœnitentiam injunctam a diſcreto confeſſore contemnere, & ſine cauſa aliqua dimittere, abſque diſpenſatione, videtur habere rationem mortalis. Unde Auguſtinus in epiſtola: Nihil aliud agit, qui vere pœnitet, niſi ut id quod male fecerat, impunitum non ſinat. (*Aug. ep. 54 ad Maced. longe ante med. com. 2*)

Circa omiſſionem debiti hoc eſt notandum, quod homo debet aliqua

de

de jure naturali agere, & facere alii, quod ſibi vult fieri. Aliqua de jure divino, ut præcepta decalogi. Aliqua de jure poſitivo ex præcepto, ut ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti, id eſt, illi qui poteſt abſolvere, & ſemel in anno, ſcilicet in Paſcha communicare, niſi ex cauſa legitima dimittatur: & ille qui eſt in ſacris ordinibus conſtitutus, vel beneficium habet Eccleſiaſticum, tenetur ad horas canonicas ex præcepto. Circa primum autem & ſecundum, ſcilicet de omiſſione juris naturalis, & divini, in proſecutione prædictorum dictum eſt.

Debitum

De transgreſſione ſeu omiſſione eorum, quæ ad jus poſitivum pertinent, hoc ſciendum eſt, quod qui ius poſitivum ſcienter omittit, ſi id ius ſit præceptorium, inobediens eſt, & peccat mortaliter: unde illa, quæ ad ius poſitivum pertinent, & habent rationem præcepti, dimittere, peccatum mortale iudicatur. De his vero, quæ ad officium divinum ſpecialiter pertinent, eſt notandum, quod in hoc multipliciter peccatur, ſcilicet dicendo officium inattente, indevote, extra horam, corrupte, & diminute; inde tamen non facile eſt iudicandum mortale, niſi hoc proveniat ex contemptu. *Simpliciter autem dimittere officium in Ordinato in ſacris, in religioſo clerico, & profeſſo, in beneficiato in Eccleſia, mortale communiter iudicatur.*

Officium divinum

Circa omiſſionem utilium ad ſalutem, hoc notare poſſumus, quod quilibet utilia ſaluti tenetur quærere, maxime illa, ſine quibus non poteſt habere quis cogitationem illorum, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem. Unde maximum eſt, quod ille qui ſermones & monitiones, & ſocietatem bonorum evitat hac intentione, ne ſcilicet hac occaſione moveatur ad bonum, vel ut cognitionem eorum non habeat, quæ neceſſaria ſunt ſaluti vel utilia, reſiſtit Spiritui ſancto & gratiæ Dei, & ex hoc mortaliter peccat, utpote qui ſuam ſalutem contemnit.

Secundus ramus, qui ex negligentia procedit, ut dictum eſt, eſt ignorantia, ſecundum quod poteſt habere rationem peccati. Nulla enim ignorantia poteſt habere rationem peccati, niſi ex negligentia oriatur. Unde Auguſtinus de natura & gratia: Non tibi deputatur ad culpam, quod invitus ignoras; ſed quod negligis quærere, quod ignoras. Unde qui de ſalute ſua diligens eſt, per ignorantiam damnari non poteſt: quia ſi in eo ignorantia eſſet, invincibilis eſſet, quæ excuſat omnino. Ignorantia igitur, quæ peccatum eſt, ex negligentia oritur; quæ multiplex poteſt eſſe, ſcilicet ignorantia juris & facti.

Ignorantia

Aug. de nat. & grat. c. 67 sir. fi. t. 7

Circa ignorantiam facti, notandum, quod tunc dicitur eſſe facti ignorantia, quando aliquis facit factum malum ex genere, & ignorat, quod tale factum faciat, de quo tamen novit, quod peccatum eſt, ut ſi quis credat interficere feram, & interficiat hominem, vel credit cognoſcere ſuam, & cognoſcit non ſuam. In hoc caſu ſecundum modum negligentiæ, poteſt ibi eſſe peccatum. Si enim in hoc caſu non apponit aliquam diligentiam, quam debet, ita poterit eſſe craſſa negligentia, quod non excuſabit a peccato. Unde Lamech, qui putavit occidere feram, & occidit Cain, non excuſatur.

Ignorantia multiplex.

Gen. 4

Circa ignorantiam iuris nota, quod eſt ius naturale, divinum, & poſitivum. Circa ignorantiam iuris naturalis nota, quod nullus excuſatur, quin peccet, faciendo contra legem naturalem. Hoc autem ius naturale, ſeu lex naturalis appellat illud, ad cuius cognitionem poteſt homo per naturalia attingere. Conſtat enim, quod qui tale quid ignorat, hoc ei ex negligentia contingit.

Circa ignorantiam iuris divini, ſcilicet mandatorum decalogi, & articulorum fidei, notandum eſt, quod hæc ignorantia eſt mortalis, quia in poteſtate cuiuslibet eſt hoc ſcire, & a lege naturali derivatur.

Circa ignorantiam iuris poſitivi, notandum, quod quilibet illa, quæ pertinent ad officium ſuum, & de iure poſitivo ſunt, ſcire tenetur, & talium ignorantia eſt mortalis. Hic diſtinguendum videtur. Quædam enim ſunt iura præceptoria, quædam mo-

monitoria, quædam conſultatoria. Unde de jure præceptorio, hoc intelligo, ſicut dictum eſt ſupra de jure poſitivo, ubi de omiſſione diximus. Licet autem, ut dictum eſt, naturalis juris ignorantia, ſeu etiam juris alterius non excuſet: tamen ſi contingat, aliquem multa peccata per ignorantiam commiſiſſe, quorum non poteſt in modico tempore habere notitiam; in modico tempore poſſunt per contritionem generalem dimitti, ſicut alibi diffuſius tractari habetur.

Conſcientia.

Item ex ramo ignorantiæ procedit error conſcientiæ, & ejus tranſgreſſio & perplexitas & diſcrimen. Eſt autem error conſcientiæ, cum conſcientia dictat aliquid faciendum, ad quod non tenetur quis, vel quod facere non eſt peccatum. Qui enim facit contra conſcientiam, ſecundum Gregorium, ædificat ad gehennam: & ſi ſit conſcientiæ judicium, quod omiſſio aliqua, vel tranſgreſſio ſit mortalis, peccat mortaliter dimittendo. Cum autem conſcientia dictat aliquid faciendum neceſſario, quod tamen peccatum mortale eſt, mortaliter peccat dimittendo, & nihilominus faciendo, & tunc perplexitas eſt manente conſcientia, quæ tamen dimitti poteſt & debet. Tunc autem diſcrimini ſe quis exponere dicitur, cum aliquid timet & dubitat eſſe mortale, & tamen id facit, & tunc etiam mortaliter peccat, quia diſcrimini ſe exponit. Hæc autem dicta ſunt, ut frequenter, ex negligenti diſcuſſione conſcientiæ procedunt, quæ negligentia tanta eſſe poterit, quod mortalis erit, ſicut de ignorantia jam dictum eſt.

Oblivio.

Tertius ramus, qui ex acedia procedit, eſt oblivio, quæ in duos ramos dividitur. Eſt enim oblivio peccatorum, & beneficiorum Dei, & hominis, ex qua ingratitudo oritur & indevotio. Circa oblivionem peccatorum eſt notandum, quod peccata propria obliviſci ex negligentia, eſt peccatum, cum quis teneatur conteri & confiteri de peccatis ſuis, quod non poteſt facere, ſi oblivioni tradatur, & tanta circa hoc poterit eſſe negligentia, quod habebit rationem mortalis, ſicut de ignorantia eſt præ-

A dictum. Item beneficia Dei obliviſci, nec conſiderare, & ſic Deo eſſe ingratum, mortale eſt. Unde bene in quodam ſermone de talibus dicit Bernardus: Quantos videmus quaſi oblitos ſui, & peccatorum ſuorum, Dei quoque & beneficiorum ejus immemores, ſic non redimere, ſed amittere tempus, ut de moribus & affectionibus ſuis ultima apud ipſos vix mentio fiat.

Ber. ſer. contra ingratitudinem cir. med.

Ultimus ramus, qui ex acedia procedit, eſt omnium peſſimus, ſcilicet deſperatio, qua quis peccatorum ſuorum immanitatem conſiderans, & de Dei miſericordia diffidens, laxat frenum peccatis. Et hoc quidem graviſſimum eſt peccatum, quod dicitur

Peccatum in Spiritum ſanctum.

B in Spiritum ſanctum, de quo dicit Dominus: Non remittetur in hoc ſæculo, nec in futuro. Non quod non poſſit dimitti, ſed quia vix dimitti poteſt, vel quia ibi non eſt color excuſationis, qui locum præſtet divinæ miſericordiæ. Hoc autem peccatum convenienter ex acedia oriri dicitur, quia, ut dictum eſt, acedioſus complacentiam aliquam in bono non invenit, & ideo a bono opere ſe ſubtrahit, ſpes autem ex merito operis provenit.

Matt. 12

Hic vero circa peccatum in Spiritum ſanctum notandum eſt, quod hujus peccati ſex ſpecies a Sanctis aſſignantur, ſcilicet, deſperatio, de qua dictum eſt.

C Item præſumptio, cum quis in tantam prorumpit inſaniam, quod non cogitat juſtitiam in Deo eſſe, ſed quidquid faciat, ad gloriam ſui provenire credit.

Impœnitentia, cum quis proponit, quod numquam pœnitebit de peccatis ſuis. Et juxta hunc ramum eſt alius, qui licet non dicatur peccatum in Spiritum ſanctum, tamen peccatum mortale eſt, ſcilicet cum quis ſe cogitat eſſe in mortali peccato, & in offenſa divina, & non ſtatim pœnitet, ſed adhuc remanere in peccato intendit.

Quarta ſpecies peccati in Spiritum ſanctum eſt, obſtinatio, cum quis ſic malo adhærere intendit, quod nulla perſuaſione vel timore redire ad bonum intendit.

Quin-

Digitized by Google

Quinta eſt impugnatio veritatis agnitæ, ſcilicet cum quis impugnat fidei veritatem, ut licentius peccet.

Sexta eſt invidentia fraternæ gratiæ, cum quis in tantam prorumpit malitiam, quod gratiam Dei multiplicari in mundo & fidem creſcere, videre non poteſt. Hæc autem peccata in Spiritum ſanctum dicuntur, quoniam licet contra totam Trinitatem ſint, tamen ſunt præcipue contra bonitatem divinam, quæ Spiritui ſancto appropriatur, ſicut potentia Patri, ſapientia Filio. Dicitur enim quis peccare in Patrem, cum peccat ex infirmitate. In Filium, cum pec. ex ignorantia. In Spiritum ſanctum, cum peccat ex malitia, quod habet magis rationem peccati. Soli peccant in Spiritum ſanctum, qui impœnitentes exiſtunt uſque ad mortem. Spiritus enim ſanctus charitas eſt divinitatis, eſt amor genitoris & genitæ veritatis, qui ſuam gratiam nobis tribuit, ſui ipſius arrham. Qui igitur peccat, & gratiam ſuam recuperare non amat, & numquam curat ab eo diligi, qui totus eſt amor, & charitas, nec ad illud tendit, unde ſumpſit arrham, in Spiritum ſanctum peccat, & numquam poſt mortem, ſicut neque vivens, conſequetur veniam. Sicque nullus peccat in Spiritum ſanctum, qui fugit ad ipſum.

Peccare in Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum quid ſit.

Ecce radicem arboris malæ, truncum, ramos cum foliis, & fructibus plenis veneno mortifero, ſecundum intellectus mei parvitatem deſcripſi, ſed ſicut David cum dicebat: Delicta quis intelligit, &c. Neque enim peccatorum gravitatem, & conditionem me ſcire ſuppono. Unde & ſi quid in hoc opuſculo ſcriptum lector inveniat, quod ei ſcrupulum dubitationis ingerat, peritiores medicos conſulat, qui ſecurius ſibi arboris fructum, & ipſius periculum valeant indagare. Neque intentionis meæ eſt, hic aliquid temere aſſerere, vel alicui præjudicium generare. Ut autem ea quæ dicta ſunt planius innoteſcant, ipſa breviter recapitulo eo modo, & ordine, quo ſunt in arbore deſcribenda.

Epilogus dictorum.

Pſal. 18

CAPUT IV.

Epilogus prædictorum, ubi arbor deſcribitur.

Radix malæ arboris eſt cupiditas, ſecundum Apoſtolum. Ex qua truncus malæ voluntatis procedit, qui incipit in imaginatione mala, & procedit in mala & moroſa delectatione, & conſummatur in malo conſenſu: qui duplex eſt, ſcilicet conſenſus in delectationem, & in opus. 1 Tim. 6

Sunt aliquæ circumſtantiæ, quibus aggravatur peccatum, quæ in hoc verſiculo continentur.

Quid, quis, ubi, cum quo, quotiens, cur, quomodo, quando.

Ex præmiſſa radice concupiſcentiæ triplex ramus procedit, ſcilicet concupiſcentia honoris, concupiſcentia oculorum, & concupiſcentia carnis. Superbia.

Ex primo ramo hi rami procedunt, ſcilicet præſumptio, inanis gloria, contemptus.

Præſumptio hos habet ramuſculos.

Ex ſe, pro merito, falſo plus omnibus.

Et hos ramos habet præeminentia, in gratuitis & gratis datis.

Ex primo ramo procedit folium tentationis divinæ cum fructu diſcriminis.

Ex præeminentia ex gratis datis ſunt hi rami, elatio mentis, confidentia de ſe, de qua procedit fructus inordinatæ audaciæ.

Ex ramo contemptus eſt ramus duplex, contemptus Dei, & contemptus proximi, & horum medius eſt inobedientia ad Deum & ad proximum.

Ex contemptu Dei procedunt hi fructus, irreverentia rebus divinis exhibita, locis, perſonis, temporibus, ſacramentis, ſuſtinere interdictum, ſuſpenſionem, excommunicationem, recipere quodcumque ſacramentum in mortali peccato, quodcumque ſacramentum miniſtrare, vel Eccleſiam officiare, officium correctionis exercere, inconfeſſus ſacramen-

mentum recipere, habita copia ſacerdotis, in ſtatu ſuſpenſionis, vel interdicti, vel excommunicationis, vel irregularitatis celebrare, item in excommunicatione ſe divinis ingerere vel intereſſe, item cum excommunicato in divinis participare.

Ex contemptu proximi hi fructus procedunt, ſubtractio a verbo, a ſocietate, geſtu, vel modo, indignationem oſtendere. Hæc ſunt folia, indignatio verborum, ironia, deriſio, ſubſannatio, irreverentia in verbo.

Ex inobedientia procedit ramus impatientiæ, cum fructu murmurationis, blaſphemiæ, pertinaciæ, rebellionis, & tranſgreſſionis, & hæc poſſunt eſſe contra Deum, & contra proximum.

Item ex ramo inobedientiæ, infidelitatis ramus procedit, & hi rami ex ea exeunt, divinatio, apoſtaſia, idololatria. Item hæc folia prædicta, prout in verbis exiſtunt, ſcilicet, perverſum dogma, ſeu prædicatio.

Secundus ramus ſuperbiæ eſt inanis gloria, ex qua quatuor rami oriuntur, honoris ambitio, favoris humani appetitus, confuſionis timor, & laudis amor.

Ex ramo ambitionis oriuntur hi fructus, ſcilicet pompa, quæ in tres fructus dividitur, ſcilicet faſtum in ſuperbo apparatu, & comitatu & geſtu ex cordis affectu, & folium faſtus in verbo.

Ex appetitu favoris, procedit folium adulationis, quod tripartitum eſt, quod aut eſt de bono habito, aut non habito, vel de malo facto.

Item ex appetitu favoris oritur fructus prodigalitatis quadripartitus, quia non conſiderat tempus, nec perſonam, nec modum, & incuriam ſecum habet.

Ex ramo timoris confuſionis, hi fructus procedunt, mala verecundia, & falſa humilitas in verbo vel in facto.

Verecundia mala dividitur, quia aut eſt de bono opere, vel paupertate parentum, vel de naturali defectu, vel carentia gratiæ gratis datæ. Item in confeſſione hæc folia ſecum habet, nempe excuſationem, defenſionem, veritatis negationem; in judicio, vel extra judicium; veritatis impugnationem.

Ex amore humanæ laudis hi fructus oriuntur, ſimulatio, ſeu hypocriſis, oſtentatio, ſingularitas. Item jactantiæ eſt folium, quod quadripartitum eſt, quia aut eſt de bono habito, vel non habito, vel de malo facto, vel non facto.

Ex ſingularitate procedit ramus invidiæ, quæ eſt ſecundum judicium capitale. Invidia vero in duos ramos dividitur principales, qui ſunt exultatio in adverſis proximi, & dolor in proſperis. Invidia.

De exultatione in adverſis oriuntur hi fructus, machinatio, inſidiæ, ſcandalum, proditio, ſuſpicio, judicium. Item habet folia, diſcordiarum ſeminatio, ſecretorum revelatio, & maxime confeſſionis, verbo, ſigno, vel circumſtantia. Item falſum teſtimonium.

Ex ſecundo ramo, ſcilicet de dolore proſperitatis proximi, procedit detractionis folium, & ramus rancoris. Detractio autem dividitur, quia aut fit bonum alterius diminuendo, vel deſtruendo, vel malum imponendo.

Primum folium alia quatuor ſecum habet, ſcilicet bonum proximi tacere, diminuere, pervertere, & negare.

Secundum folium hæc etiam ſecum habet. Malum libenter audire, diſſimulare, confirmare, aggravare, addere, revelare, imponere.

Ex ramo rancoris procedit odium.

Ex ramo odii procedit ira, quæ eſt tertium capitale.

Ex ira procedit fructus crudelitatis, & hi fructus, percuſſio, verberatio, incarceratio, duellum, bellum, mutilatio, occiſio.

Ex folio diſcordiæ hi filii oriuntur, irritatio, comminatio, contumacia, improperium, convitium, maledictio, procacitas, clamor, irreconciliatio.

Ex ramo appetitus vindictæ oriuntur calumnia, vexatio, damnificatio.

Vexatio hos fructus ſecum habet, quia fit per falſas litteras, vel falſo im-

impetratas, tacita veritate, vel ſug- A geſta falſitate, vel per non ſuas, vel non ad hoc impetratas, vel coram diverſis judicibus ad impoſſibilia obligando.

Damnificatio in duos fructus dividitur, quia fit aut bonum impediendo habitum, vel habendum: aut malum inferendo, quod etiam multis modis fit, ſcilicet faciendo, præcipiendo, conſulendo, juvando, diſſimulando.

Secundus ramus principalis, qui ex radice concupiſcentiæ procedit, eſt concupiſcentia oculorum, quæ avaritia nominatur, & eſt quartum vitium capitale.

Avaritia. Ex avaritia autem tres rami principales procedunt, inordinatum deſiderium habendi, vel inordinatus amor habiti, & inordinatus dolor amiſſi.

Ex inordinato deſiderio habendi procedunt duo fructus, ſcilicet ſolicitudo, & injuſtitia. Ex ſolicitudine autem procedit feſtorum violatio.

Injuſtitia autem dividitur, quia aut eſt manifeſta, aut occulta, quæ fraus nuncupatur. Injuſtitia aperta hos fructus habet ſecum, ſcilicet furtum, rapinam, uſuram, & iniquam ſententiam.

Furtum in quinque dividitur, qui ſunt, occulta rei acceptio, rei inventæ detentio, ſacrilegium, & proprietas in religioſis, & mala diſpenſatio.

Rapina hos etiam fructus habet, qui ſunt novæ taliæ, vel conſuetudinis inductio, exactio, extorſio, munerum acceptio, & ludus alearum.

Uſura dividitur, quia quædam eſt in ſpe, quædam in rei contractu. In contractu autem eſt multiplex uſura, ſcilicet in venditione, emptione, mutua commutatione, ratione temporis, vel rei, vel periculi, vel obligationis, vel corruptæ intentionis.

Item contingit fraus in contractibus, in emptione, & venditione, in numero, pondere, & menſura, in valore, in qualitate, in taciturnitate defectus.

Item notabiliter care vendendo pro neceſſitate ementis, vel debitorum ſolutionis, vel pro ſimpliciter ementis.

Item in fraude plurima mala locutionis folia contingunt, mendacium, perjurium, duplicitas.

Ex ramo autem mali contractus oritur fructus ſimoniæ.

Item ex injuſtitia ad proximum, ut dictum eſt, oritur iniqua ſententia & ſecum habet hos fructus, qui ſunt, juſtitiæ perverſio, ordinis juris immutatio, ſententiæ dilatio, injuſta advocatio, litterarum abuſio.

Nala autem advocatio, hæc folia ſecum habet, injuſtum patrocinium, injuſtum conſilium, litis prolongatio, juris ſophiſtica allegatio, litterarum B abuſio.

Fit his modis injuſta impetratio, tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate, injuſta extorſio, additio, vel diminutio, ſive quæque falſificatio.

Secundus ramus principalis avaritiæ eſt inordinatus amor habiti, & ex hoc ramo hi fructus procedunt, injuſta congregatio, ad proximum incompanſſio, reſtitutionis dilatio, beneficii irrecompenſatio.

Tertius ramus principalis, qui ex radice cupiditatis procedit, eſt concupiſcentia carnis, quæ in duos ramos dividitur. In quærendo inordinate delectationem, & vitando moleſtiam. Concupiſcentia carnis.

Primus ramus dividitur, quia aut C eſt circa delectationem actus, qui pertinet ad conſervationem individui, ſcilicet circa actum nutritionis, aut eſt circa actum, qui pertinet ad conſervationem ſpeciei, ſcilicet circa actum generationis.

Primus igitur ramus, qui ex concupiſcentia carnis oritur, eſt inordinata delectatio circa actum nutritionis, & quintum vitium capitale, quod gaſtrimargia dicitur. Gula.

Ex vitio autem gulæ tres rami principales procedunt ſcilicet incontinentia gulæ, immodeſtia, & inordinata delectatio.

Ex incontinentia gulæ hi fructus procedunt: anticipatio horæ, nimia frequentia, fractio jejunii.

Ex immodeſtia, hi fructus procedunt, aviditas, & nimietas.

Cum

Digitized by Google

Cum fructu autem iſto, qui eſt A nimis ſumere, ſunt hi fructus, corporis gravitas, infirmitas, mentis hebetudo, cæcitas, præcipitatio judicii, incircumſpectio, loquacitas, inepta lætitia, diſſolutio, ebrietas.

Loquacitas autem hæc folia ſecum habet, multiloquium, vaniloquium, ſtultiloquium, turpiloquium.

Tertius ramus gulæ eſt inordinata delectatio circa cibum, & hos fructus ſecum habet, ſcilicet ſolicitudinem in procurando, ſtudioſitatem in præparando, multiplicitatem in diverſificando, cariſtiam in emendo.

Secundus ramus, qui ex carnali concupiſcentia procedit, eſt inordinatio circa actum generativum, qui luxuria dicitur; & eſt ſextum vitium capitale.

Luxuria.

Ex luxuria tres rami principales procedunt: inhoneſtas, affectio, incontinentia.

Inhoneſtas hos fructus habet, inverecundiam in verbo, in geſtu, in habitu.

Inhoneſtas in geſtu habet choreas & tripudia, & corporis motus.

Item inhoneſtas in verbo habet ſcurrilitatem, & hiſtrionatum.

Item inhoneſtas in habitu, hos fructus ſecum habet ſcilicet ſuperfluitatem, pretioſitatem, multiplicitatem, curioſitatem.

Superfluitas in duobus conſiſtit, in numero & menſura.

Curioſitas conſiſtit in colore & modo facturæ, & compoſitione corporis.

Hujus compoſitionis fructus ſunt, adinventio novi modi, novorum jocalium. Item unctiones, lotiones, fucatio, ſuppletio capillorum ex alienis.

Secundus ramus luxuriæ principalis, eſt carnalis affectio, & iſte eſt duplex, quia poteſt eſſe reſpectu ſui vel proximi.

Si reſpectu ſui ſit, hos fructus habet, primo curam carnis, quæ habet hos fructus, mollitiem in veſtibus, in culcitris, & talibus. Item nimiam ſolicitudinem in evitando pœnam, frigus, calorem, ſitim, famem, & hujuſmodi.

Carnalis affectio ad proximum duplex poteſt eſſe, vel ad parentes, vel ad alios: poteſt etiam eſſe in affectu, vel in effectu.

Ex ramo carnalis effectionis oritur acceptio perſonarum, perverſio ordinis charitatis, & favor mali.

Perſonarum acceptio eſt in beneficiis, electionibus, honoribus & judiciis.

Favor mali hos fructus ſecum habet, diſſimulationem, incorrectionem, conſenſum, adjutorium, & communicationem.

Tertius ramus principalis concupiſcentiæ carnalis, eſt incontinentia quæ per hos ramuſculos procedit, qui ſunt turpis imaginatio, moroſa delectatio, conſenſus in delectatione, B & conſenſus in opere. Item hos fructus ſecum habet, id eſt, quinque ſenſus, in auditu, viſu, odoratu, guſtu & tactu.

In auditu curioſo ſcilicet rumorum, canticorum, inſtrumentorum, verborum diſſolutorum, & ſcurrilium.

In viſu, in aſpectu oculorum, pulchritudinum hominum, & mulierum, inhoneſtorum membrorum, geſtuum, ſpectaculorum.

In verbo, ſcurrilia dicendo, ad malum incitando, verbo, vel in attrahendo.

In tactu multipliciter, in oſculis, & tactibus libidinoſis ſui vel alterius, & ex hoc ſequitur pollutio dormiendo per naturalem actum in vaſe debito, C vel contra naturam, per actum naturalem matrimonii active. Item ex hoc per actum matrimonii vel mœchiæ. Per actum matrimonii modo inordinato, vel tempore illicito, vel intentione non recta.

Mœchiæ autem ſex fructus ponuntur, fornicatio, adulterium, ſtuprum, raptus, inceſtus, & ſacrilegium.

Secundus ramus principalis concupiſcentiæ carnalis, eſt inordinatio in pœnis evitandis, ex qua oritur ultimum vitium capitale, quod acedia nominatur.

Ex acedia procedunt hi fructus, pusillanimitas, torpor, evagatio mentis, inſtabilitas corporis, triſtitia cordis, & deſperatio. Acedia.

Ex

Digitized by Google

Ex puſillanimitate procedit timor A ſervilis, humanus, mundanus.

Ex torpore procedit negligentia, cujus fructus ſunt omiſſio, ignorantia, & oblivio.

Omiſſio multiplex eſt, ſcilicet boni propoſiti, voti promiſſi, iuramenti, iniuncti debiti, utilium ſaluti, pertinentium ad ius naturale, vel divinum, vel poſitivum.

Ignorantia eſt multiplex, ſcilicet iuris naturalis, divini, & poſitivi. Item facti, item affectata, craſſa, & ſupina, & invincibilis.

Ex ignorantia procedit error conſcientiæ, & eius tranſgreſſio.

Oblivio eſt duplex, peccatorum, & beneficiorum Dei & hominis.

Ex his oritur ingratitudo, & indevotio.

Ultimus fructus eſt deſperatio, peccatum in Spiritum ſanctum.

Peccata in Spiritum ſanctum.

Peccati in Spiritum ſanctum, ſex ſpecies diſtinguuntur, ſcilicet deſperatio, præſumptio, impœnitentia, obſtinatio, impugnatio agnitæ veritatis, & invidentia fraternæ gratiæ. Si quis autem plenius de ſingulis velit habere notitiam, ad tractatum ſuperiorem recurrat.

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ S. R. E. CARDINALIS, EPISCOPI ALBANENSIS.

OPUSCULUM, QUOD INSCRIBITUR.

EXPOSITIO MISSÆ.

Brevis hæc eſt Miſſæ expoſitio, ſed plena ac referta doctrina mirabili, & eruditione non vulgari. Nam ſanctus hic Doctor vel hoc ſolo Opuſculo teſtatum facit, quantum ſacrorum rituum cognitione, ſolemniumque Eccleſiæ cæremoniarum obſervatione excelluerit. Igitur ſacræ Miſſæ myſteria dum breviter exponit, & dilucide explicat, ad hujus aurei Opuſculi frequentem lectionem, præcipue ſacerdotes invitat, qui in ejus, quod offerunt, tam ſancti ſacrificii meditatione jugi & aſſidua potiſſimum verſari debent. Pro commoditate vero legentium, capitibus quatuor diſtinctus eſt denuo tractatus iſte, ut mox infra patebit.

CAPITA HUJUS OPUSCULI.

De ſacerdotalibus indumentis, & eorum ſignificatione. — *Cap. I.*
Miſſa unde dicta, & de ingreſſu ſacerdotis ad altare uſque ad offertorium. — *Cap. II.*
De offertorio, & aliis, uſque ad canonem Miſſæ. — *Cap. III.*
De totius Canonis Miſſæ expoſitione. — *Cap. IV.*

CAPUT I.

De ſacerdotalibus indumentis, & eorum ſignificatione.

Heb. 9 CHriſtus aſſiſtens Pontifex. Apoſtolus ad Hebræos dicit illa verba de Domino Jeſu & vero Pontifice. Iſte namque Pontifex tantæ dignitatis eſt, quod etiam pontifices, & ſacerdotes noſtri in omnibus, quæ in Miſſa faciunt, ipſum repræſentant. Unde cum majori reverentia & devotione ſacroſancta Miſſarum ſolemnia audire velitis, quid Miſſa ſignificet, & quomodo Chriſtum tam Miſſa quam ſacerdos repræſentet, compendioſe dicere volo.

Sciendum igitur, quod ſacerdos primo capiti amictum ſuperponit, quod humerale dicitur, quod uſque ad humeros deſcendit, & inter conſecratas veſtes computatur, poſtea albam induit, & cingulo ſe cingit, poſtea manipulum in læva manu ſumit, poſtea ſtolam longam collo ſuperponit, & eam cancellatam in pectore ad modum crucis juxta utrumque latus cingulo tenus ligamentis applicat, poſtea caſulam induit, & ſic ad altare procedit. Si quis ex his indumentis per oblivionem aliquid omitteret, graviter peccaret. *Quocumque indumento ex his omiſſo per oblivionem, celebrans graviter peccaret.*

Quid autem hæc ſignificent, breviter videamus.

Humerale caput cooperiens ſignat, quod Chriſtus, qui eſt caput Eccleſiæ, divinitatem in humanitate abſcondit.

Alba munda & longa magnam Chriſti munditiam ſignificat, quia Petrus dicit, quod Chriſtus peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus. Hanc munditiam Chriſtus in baptiſmo nobis tribuit. Linea enim 1 Pet. 2 *Singulorum ſacerdotalium indumentorum ſignificatio.*

Luc. 12 enim alba per aquam dealbatur, & A
Eccleſia per baptiſmum Chriſti candidatur.

Cingulus deſignat virginitatem Chriſti, & ſuæ caſtiſſimæ matris, quam nos habere docuit, dicens: Sint lumbi veſtri præcincti, &c.

Manipulus in læva eſt humilitas Chriſti in hac vita, vel manipulus in læva deſignat pugnam Chriſti pro juſtitia; ipſe enim pro juſtitia pugnavit, mundum ſuperavit, & diaboli poteſtatem dejecit, & idcirco manipulus in læva clypeum, vel pugnam pro juſtitia deſignat. Ad hanc nos hortatur Chriſtus, dicens: Beati,
Matt. 5 qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, &c.

Stola longa ſupra collum ante cor, B
& uſque ad pedes dependens ſignat obedientiam Chriſti & voluntariam ſervitutem pro nobis. Ipſe enim pro ſalute noſtra factus eſt patri obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis, & hoc deſignat cancellata ſtola in pectore ad modum crucis. Deſignat etiam crux in pectore paſſionem Chriſti, quam circumferre pervigili meditatione debemus, una cum ſacerdote in corde & corpore per mortificationem terrenæ delectationis.
Phil. 2 Deſignat etiam crux ante pectus ſacerdotis cancellata, populum Judaicum in ſiniſtram partem tranſire, qui Chriſtum occidit, & in ipſum credere noluit. Populus autem gentilis in Chriſtum credidit, & ſe in C
dexteram partem per fidem collocavit.
Gen. 48 Quod expreſſum eſt in Geneſi, quando Jacob nepotibus ſuis videlicet Manaſſe, & Ephraim benedicens cancellatis manibus dexteram ſupra juniorem, ſcilicet Ephraim, lævam vero ſupra ſeniorem, ſcilicet Manaſ-
Hier. 23 ſen poſuit, & ait: Benedicat Deus pueris illis.

Caſula, id eſt, parva caſa vel domus, ſignat cœlum & terram, quæ Chriſtus ſua majeſtate implet, ſicut ipſe dicit per Prophetam: Cœlum & terram ego impleo. Caſula etiam deſignat charitatem, qua diligere debemus amicos in Deo, & inimicos propter Deum, ſicut Chriſtus nos docuit verbo, & exemplo. Per anteriorem partem caſulæ deſignantur amici, per poſteriorem inimici. Unde Chriſtus dixit in S. Matthæo: Diligite inimicos veſtros, &c.

Caput II.

Miſſa unde dicta, et de ingreſſu ſacerdotis ad altare, uſque ad offertorium.

Dicitur autem Miſſa a mittendo & repræſentat legationem inter homines, & Deum; Deus enim mittit Filium ſuum Chriſtum in altari, & iterum mittit Eccleſia fidelis eumdem Chriſtum ad patrem, ut pro peccatoribus intercedat.

Item ante inceptionem Miſſæ ſacerdos dicit confeſſionem, quia licet ſit nuncius & legatus fidelium, tamen ſe ſcire debet peccatorem eſſe, accuſans ſe de peccatis ſuis, ſicut Prov. 18
ſcriptum eſt: Juſtus in principio accuſator eſt ſui. 1 Pet. 3
Signat etiam confeſſio ante Miſſam, quod Chriſtus pro peccatis noſtris mortuus eſt, juſtus pro injuſtis, ut nos offerret Deo patri, & ipſe Chriſtus in perſona pec- Pſal. 21
catorum dicit in Pſalmo: Longe a ſalute mea verba delictorum meorum; quaſi dicat, peccata populi mei non permittunt me vivere, ſed oportet ut pro peccatoribus moriar, & ſic eos patri meo reconciliando offeram.

Item poſt confeſſionem ſacerdos accedens altare illud oſculatur, ſignans per incarnationem, & paſſionem Chriſti ſalutem & pacem Judæis & gentibus ad fidem Chriſti converſis eſſe nunciatam. In dextro enim cornu altaris Judæi, in ſiniſtro vero Gentiles deſignati ſunt. Unde & Miſſa in dextro cornu inchoatur, quia ex ſtirpe Judæorum Chriſtus humanitatem aſſumpſit. Beata enim virgo Maria de Regia ſtirpe David originem duxit, quæ de ſpiritu ſancto Chriſtum Dominum noſtrum concepit.

Tandem chorus vel ſacerdos introitum Miſſæ incipit, quem omnes Introitus Miſſæ.
aſtantes clerici concorditer cantare debent, Chorus namque Græce, concordia dicitur Latine. Quod autem introitus bis cantatur, per hoc deſiderium antiquorum Patrum deſigna-

tur, in quorum perſona Iſaias dixit A de incarnatione Chriſti, quam Prophetæ & Patriarchæ deſiderabant: utinam diſrumperes cœlos, & deſcenderes, quorum tandem audiens clamorem Dominus venit in mundum, ſicut ipſe per Pſalmiſtam dicit: Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Item quod introitus bis cantatur, deſignat, quod qui venturus erat, Deus & homo in una perſona exiſteret. Item quod introitus bis cantatur, & in medio ſancta Trinitas per Gloria patri collaudatur, ſignat, quod Chriſtus de Virgine natus, introivit in hunc mundum, & fidem Trinitatis nobis inſinuans, iterum aſcendendo introivit B in cœlum: quem multi ſanctorum imitati ſunt, qui licet hunc mundum per nativitatem & per propagationem carnis introierunt, & carnaliter de parentibus nati ſunt; tamen per fidem Sanctæ Trinitatis in baptiſmo, vel effuſionem ſanguinis pro Chriſto ſunt renati, & ſic Angelicis choris aſſociati.

Iſa. 64

Pſal. 11

Unde & *Kyrie eleiſon*, novies decantatur, quia drachma decima ſcilicet humana natura, quæ perdita erat, inter novem choros Angelorum per incarnationem Chriſti inſtauratur.

Et quia ſancti Angeli de hac inſtauratione gratulantur, hymnus Angelorum, ſcilicet *Gloria in excelſis Deo*, C quem ipſi in nativitate Chriſti cantaverunt, per ſacerdotem lætanter inchoatur, hoc ſignans, quod Chriſtus propter humani generis reſtaurationem, incarnari dignatus eſt. Quæ autem in hoc hymno ſequuntur, ſcilicet, *Laudamus te*, uſque ad finem, B. Theleſphorus Papa poſt ſanctum Apoſtolum Petrum numero octavus, appoſuiſſe dicitur, licet quidam ſanctum Hilarium Epiſcopum Pictavienſem, & doctorem præcipuum hæc appoſuiſſe contendant.

Hymnus Angelicus a quo auctus.

Unde ſciendum, quod cum *Kyrie eleiſon*, cantamus, Domini Dei noſtri miſericordiam provocamus, & ut noſtri miſereatur, invocamus. *Kyrie eleiſon*, interpretatur Domine Deus pater miſerere. *Chriſte eleiſon*, Domine Jeſu Chriſte fili David miſerere. *Kyrie eleiſon*, Domine Spiritus ſancte miſerere; ymas enim Latine ſignat, nobis; quaſi dicat Eccleſia catholica: Sancte pater, qui Filium tuum miſiſti, ut ex virgine Maria naſceretur, miſerere nobis, ut novem choris Angelorum aſſociemur Chriſte fili Dei vivi, qui de virgine Maria naſci dignatus es, miſerere nobis. Sancte Spiritus, qui Mariam virginem tua gratia impleſti, quando Chriſtum concepit, miſerere nobis. Sic autem Trinitatem per *Kyrie eleiſon*, & *Chriſte eleiſon* invocamus.

Et *Gloria in excelſis* ſubjungimus, ut oſtendamus nos eumdem Deum colere in terris, quem Angeli venerantur in cœlis.

Poſt hoc ſequitur Oratio, quæ collecta dicitur, eo quod omnes aſtantes Miſſæ ſe debeant devote colligere, & cum ſacerdote fideliter orare. Et huic orationi præmittitur ſalutatio, ſcilicet *Dominus vobiſcum*, & hæc ſalutatio pertinet ad ſimplicem ſacerdotem. Epiſcopi autem, qui ſunt vicarii Chriſti, ſalutare ſolent populum ea ſalutatione, qua Chriſtus ſalutavit ſuos diſcipulos, id eſt, *Pax vobis*, quaſi dicat: Si digne ſacris myſteriis intereſſe velitis, ſitis filii pacis. De ſalutatione minorum ſacerdotum, ſcilicet *Dominus vobiſcum*, & reſponſione populi, *Et cum ſpiritu tuo*, ſicut dicit beatus Hieronymus, cum ſpiritu hominis optat ſpiritus Dei eſſe, quia in ſpiritu rationali creatus eſt homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Hortatur autem omnes circumſtantes, ut ſecum orent dicens: *Oremus*: Jam omnes vanitatem poſtponamus, detractiones, & ſuſurrationes malas in Eccleſia abiiciamus, & devotioni diligentiſſime intendamus, & orationi ſacerdotis in Miſſa, eo quod ipſe ſacerdos ſuam, & omnium circumſtantium orationem, & devotionem, ſua ſupplicatione colligat, & ad Deum preces fundat, quam cum concluſerit, petit, ut exaudiri mereamur a Patre, *Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum*.

Oratio cur collecta nuncupatur.

Epiſcopi ad populum ſalutatio.

Joan. 20

Unde ſi exaudiri volumus, Dominum ad nos clamantem audiamus in

Epi-

Epiſtola. Epiſtola, & ejus præcepta impleamus, A inquantum poſſumus. Epiſtola enim interdum ex veteri, interdum ex novo teſtamento ſumitur, quia vetus teſtamentum & novum de Domino & ejus præceptis loquuntur. Dicitur autem epiſtola ab epi, quod eſt ſupra, & ſtola, miſſio, quaſi de ſupremis miſſa. Spiritu enim ſancto inſpirati prophetæ & Apoſtoli, locuti ſunt omnes. (2 Pet. 1) Sciendum, quod in quartis feriis quatuor temporum leguntur duæ lectiones, ſcilicet Prophetia, & Epiſtola, in quibus deſignatur quod omnes clerici, qui ordinandi ſunt, & inveſtiendi ſacris ordinibus, in ſequenti ſabbato eruditi debent eſſe in veteri, & in novo teſtamento, vel in duobus lectionibus B deſignatur, quod in corpore & anima mundi debent eſſe. (Duæ lectiones, quæ leguntur in quatuor temporibus, quid ſignificent.) Ab hac enim quarta feria uſque ad ſabbatum, clerici antiquitus examinabantur, & in ſabbato ordinandi Epiſcopo præſentabantur. In quo ſabbato quinque lectiones leguntur ad deſignandum, quod omnes, qui illo die ordines conſequuntur, illuminatos debent habere ſenſus, ut populum ſibi commiſſum eo melius regere valeant. Nam ſi cæcus cæcum ducit, &c. (Matt. 15)

Debent ergo in mandatis Domini perſeverare fideliter, quæ eis in lectionibus & epiſtolis frequentius reiterantur, & ire de virtute in virtutem, quod Graduale deſignat. Dicitur enim a gradiendo. Unde Dominus cuidam dixit: Si vis ad vitam C ingredi, ſerva mandata. (Graduale. Matt. 19) *Graduale* autem in duobus verſibus terminatur, quia in duobus præceptis charitatis, ſcilicet in dilectione Dei & proximi univerſa lex pendet & Prophetæ. (Matt. 12)

Per charitatem autem merebimur gaudia regni cœleſtis, quod in Alleluja deſignatur. (Alleluia quid ſignificet.) In cœlo enim ſancti Deum laudant, & Alleluja interpretatur laudate Deum. Gaudium autem Sanctorum interminabile & ineffabile dicitur: quod pneuma poſt Alleluja dulce & longum ſatis proprie declaratur. Solemus enim longam notam tonando poſt Alleluja ſuper hanc litteram A, prolixius decantare, quaſi dicat. Gaudium Sanctorum in cœlis interminabile & ineffabile eſt.

Quod autem tempore mœroris Tractum pro Alleluja cantamus, in hoc mœrorem & triſtitiam hujus ſæculi deſignamus. (Tractus mœrorem denotat.)

Sequitur de ſequentiis. *Sequentiæ* dicuntur a ſequendo, quia antiquum cantum ſecutæ ſunt. (Sequentiæ & earum auctores) Fecit autem ſequentias Natherus Abbas ſancti Galli. (Notgerus dicitur iſte apud Trithemium qui ex Abbate S. Galli factus eſt Epiſcopus Leodienſis) Quidam autem monachi Griſei ſequentias non cantant, quia ipſi antiquum uſum non ſequuntur in cantando. Multi etiam poſt Abbatem Natherum ſequentias novas fecerunt, ſicut Hermanus contractus, qui fecit *Ave præclara*, & *Sancti ſpiritus*, & multi alii, quorum nomina longum eſſet dicere.

Quod autem dicitur ante Evangelium, ſequentia ſancti Evangeli, id eſt, ſequentia quæ legi debent, ſunt ſecundum Matthæum vel Joannem dicta.

Sequitur videre, quare Evangelium in aquilonari parte legatur, & quid per hoc inſinuatur. Evangelium Græce dicitur bonum nuncians, ſive bonum nuncium Latine. (Evangelium quid. Matt. 25) Et quid melius nuncians, quam quod filius Miſſus a Patre, dicit: Venite benedicti patris mei. Quod autem Evangelium contra aquilonem legitur, hoc deſignat, quod Dominus Jeſus, qui pro nobis incarnari dignatus eſt, luciferum, & omnes aereas poteſtate debellare venit. Ipſe enim lucifer dixit: Ponam ſedem meam ad aquilonem, & ſimilis ero altiſſimo. (Iſa 14) Cui dictum eſt: Quomodo cecidiſti, &c. (Ibid.) Igitur Evangelium legendum eſt, ut aquilo ſurgat, & auſter veniat, (Cant. 4) quod eſt dicere, ut diabolus fugiat, & Spiritus ſanctus adveniat.

Solet autem legens Evangelium populum ſalutare, & eis ſalutem Domini optare, quatenus corda circumſtantium aperiantur ad audienda & implenda verba ſancti Evangelii. Et reſpondet populus: *Gloria tibi Domine;* qui nos ad tuam doctrinam vocare, & tuo ſanguine redimere dignatus es.

Signant autem ſe fideles ſigno ſanctæ crucis in initio Evangelii, ſicut & legens Evangelium, ut ad intelligenda verba ſancti Evangelii ab inanibus cogitationibus mundentur, & a Domino audire mereantur, quod diſci-

Digitized by Google

Joan. 15 Ad Evangelium ſtandum eſt.

diſcipuli a Domino meruerunt audire: Jam vos mundi eſtis, propter ſermonem quem locutus ſum vobis. Debent etiam verba ſancti Evangelii ſtando, & denudato capite ab omnibus, & ſine baculo vel reclinatorio cum reverentia & tremore audire, quia Dominus nudam & apertam veritatem in Evangelio prædicavit. Unde male faciunt, qui eo tempore genua flectunt, vel in oratione procumbunt. Dominus enim Jeſus Chriſtus dulciſſima verba, & melliflua prædicavit, quæ etiam ab extraneis commendata ſunt. Unde legitur in Evangelio Joannis, quod quidam ejus verba audientes dixerunt: Numquam locutus eſt homo, ſicut hic homo loquitur: Et mirabantur de his, quæ procedebant de ore Dei. De mirabilibus autem & de ſignis, quæ in Evangeliis leguntur, ſtatim lecto Evangelio laicis aliquid eſſet dicendum.

Joan. 7 Luc. 4.

Poſt hoc ſequitur: *Credo in unum Deum*, quia omnia quæ Chriſtus prædicavit, & Evangeliſtæ ſcripſerunt, firmiter credere debemus. Hanc fidem catholicam Græci Symbolum vocant. Eſt autem triplex Symbolum a ſanctis Patribus editum. Primum videlicet, Credo in Deum, quod ad horas ſolet dici. Hoc Symbolum ſanctiſſimi Chriſti Apoſtoli per ſingulas particulas compoſuerunt, & hanc fidem Apoſtoli per totum orbem divulgaverunt. Sed ſciendum, quod huic fidei catholicæ hæretici fortiſſime reſtiterunt impugnantes eam. Sanctiſſimi autem Epiſcopi 318 inter quos B. Nicolaus dicitur fuiſſe, concilio Nicæno habito poſt tempora Apoſtolorum anno 320 hanc fidem catholicam ab Apoſtolis editam diligentiſſime elucidare curaverunt, & ſymbolum hoc ſcilicet Credo in unum Deum, quod in Miſſa canitur, ediderunt, & in Miſſa cantari ſtatuerunt. Quod ſtatutum in Concilio Conſtantinopolitano a multis ſanctis Epiſcopis, inter quos dicitur fuiſſe B. Auguſtinus, valde approbatum & firmatum eſt. Tertium ſymbolum, quod ad horam primam dicitur, ſcilicet, Quicumque vult, B. Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus dignoſcitur edidiſſe. Et hæc dicta de ſymbolis ſufficiant.

Simbolum triplex.

Legendus eſt Auctor de hac re ſerm. 8 in Hexam. t. 2 & Cent. par. 3 ſec. 38 & Diata ſalut. tit. 5 tom. 6

CAPUT III.

De Offertorio, & aliis, uſque ad canonem Miſſæ.

Offertorium unde dicatur.

SEquitur videre de Offertorio. Dicitur autem offertorium ab offerendo, eo quod populus oblationes ad altare deferens, devotum & fidelem ſe eſſe Deo oſtendat. Nam ſicut ſacerdotes ſolent gaudere, ſi multi ad offerendum veniant: ſic Apoſtoli gaudebant, quando multi populi ſe Deo offerebant, & fidei catholicæ obediebant, ſicut in actibus Apoſtolorum legitur. Solet autem ſacerdos ante offertorium populum per Dominus vobiſcum, ſalutare, & ad orandum per Oremus invitare: quia ordo conveniens eſt, ut poſt prædicationem Evangelii jam lecti, ſequatur in corde laus, in ore fructus, in opere fides. Præterea & offerenda dicitur, quia Domino ſacrificium laudis offertur. Sacerdos enim acceptis oblationibus a populis calicem cum vino & aqua præparat & hoſtiam a miniſtris accipit; poſt hoc liber canonis, & præfationis ad ſiniſtram partem defertur, juxta quam partem & Evangelium legi ſolet, ſicut ſuperius dictum eſt: quia gentes doctrinam Chriſti & Apoſtolorum, quæ in ſiniſtro cornu altaris figuratæ ſunt a Judæis, & devotius quam Judæi ſuſceperunt. Judæi enim, exceptis paucis, doctrinam Chriſti repulerunt, & Apoſtolos de Judæa ejecerunt. Ita, ut ipſi dicerent Judæis: Vobis quidem verbum ſalutis miſſum eſt: ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos vos judicaſtis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes. Unde ſi unum lumen tantum ad Miſſam habeatur ante Evangelium, ad ſiniſtram partem altaris ponendum eſt: quia cereus fidem ſignat, quia in Chriſtum credimus nos, qui ex gentibus venimus.

Act. 13

His itaque peractis calix cum patena adaptatur, in quo vinum cum aqua limphatur, & cum oblata adhibita ſuper altare elevatur.

Sciendum quod altare quadrangu-

Digitized by Google

Altare calix, patena, corporale, rotunditas hoſtiæ, quid ſignificet.

gulum deſignat crucem Chriſti quadratam. Calix ſepulcrum Domini. Patena lapidem ſuperpoſitum. Corporale ſindonem mundam, in qua involutum eſt corpus Domini. Rotunditas hoſtiæ Trinitatem, & æternitatem Dei. Rotunditas enim fine caret & initio. Æternitas etiam caret initio, & fine non clauditur, quod in fine collectarum, quando *Per omnia ſæcula* dicitur, declaratur.

Altaris conſecratio.

Altare quando ab Epiſcopo conſecratur, in quatuor cornibus ad modum crucis oleo perungitur. Et Eccleſia ſanguine Chriſti ſimiliter eſt peruncta. Unde cantatur; *De crucis ſtipite, quem ſacer cruor perunxit, &c.* Item altare pannis albis & mundis cooperitur, & crux Chriſti humanitate ejus in ea pendente decoratur. Item in altari ſanctorum reliquiæ abſconduntur, & in cruce Domini maxima myſteria reperiuntur, videlicet longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum.

Mixtio aquæ cum vino in calice.

Quod autem in calice aqua admiſcetur vino nunc dicendum eſt: debet enim in modica quantitate vino admiſceri, videlicet ut aqua omnino abſorbeatur a vino. Si enim, quod abſit, multitudo aquæ in calice miſceretur, ita ut aqua vinum vinceret, & ejus ſaporem tolleret, ſacerdos ſanguinem Chriſti non conſecraret, & negligentiam magnam committeret. Aqua enim deſignat populum: Vinum Chriſti Deitatem. Quando autem aqua admiſcetur, populus Chriſto adunatur. Unde valde timendum eſt, ne aqua omittatur, & cavendum ne populus a Chriſto ſeparetur.

Hoſtia autem juxta calicem locatur, quia Chriſtus pro Eccleſia immolatur. Hoſtia etiam de multis granis conficitur, & cum aqua adunatur, ſimiliter & vinum ex multis racemis liquatur; per quæ datur intelligi, quod Chriſtus cum multis membris per aquæ baptiſmum ſibi conjunctis, unum corpus efficitur. Unde dicit Apoſtolus ſuper hoc verbo: Et erunt duo in carne una; Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. *Epheſ. 5*

In feſtis autem præcipuis, calix & hoſtia ſimul & altare, cum thuribulo incenſantur. Per quod ſignatur, quod fidelis populus una cum ſacerdote orationes ſingulas, vel ſpeciales ad Sanctos facere debent, quorum ſolemnitatem ſpecialiter peragunt. Sacerdotes enim in ſolemnitatibus, collectas, præfationes, communicantes in canone, mutare ſolent: ſic & populi circumſtantes ſpeciales orationes Deo, & ſanctis mittere debent. De his dicitur in perſona Eccleſiæ: dirigatur oratio mea, &c. *Pſal. 140*

Deinde præparato calice, & thurificato, ſacerdos ſe humiliare ſolet in oratione, & inclinare, poſtea ad populum ſe vertens, ut pro ſe oret, ſilenter petit. Quid autem hoc ſignificet, breviter videamus. In Evangelio legitur quod ad prædicationem Chriſti multi convertebantur ita ut Phariſæi dicerent: Ecce mundus totus poſt eum abiit, & propter reſuſcitationem Lazari collegerunt Phariſæi concilium, ut non ſolum Dominum Jeſum Chriſtum, ſed etiam Lazarum interficerent reſuſcitatum; propter quod quia Chriſti nondum advenerat hora, ſcilicet uſque ad diem palmarum ſe occultabat, & ſecreto orabat, & docebat, quod ſilentium & inclinatio poſt offertorium ſignificat. Item poſt diem palmarum diſcipulos orare hortatur, ſcilicet ante Paraſceve, ne intrent in tentationem, quod orare ante ſecretam ſacerdotis ad populum ſe vertentis indicat. *Joan. 12* *Joan. 12*

Secreta autem occultam orationem ſignificat, in qua ſudor ſanguineus de corpore ejus diſtillabat. Item Dominus noſter Judæis objecit, quod occiderunt prophetas, & ad ſe miſſos, cum monita ſua ſpernerent, dixit ad eos; Dico vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis. Benedictus, qui venit in nomine Domini, &c. & ſic ab eis recedens, uſque ad præfinitum tempus a patre ſe occultabat. In die autem palmarum, ut dictum eſt, ſe eis humiliter offerebat in aſino ſedens. Tunc adimpletum eſt, quod dixerat. Nam pueri Hebræorum cum multa turba, quæ convenerat ad diem feſtum Paſchæ, cla- *Matt 23*

Matt. 21

mabant dicentes, Benedictus qui venit. Et Oſanna, &c. quæ omnia ſacerdos in Miſſa repræſentat, quando poſt ſecretam, *Per omnia ſæcula* alta voce decantat, & præfationem, & *Sanctus*, uſque ad *Oſanna in excelſis* in Eccleſia pronunciat.

Præfatio.

Sciendum, quod in Præfatione tangitur prærogativa non parvipendenda. Eccleſia enim militans in terris, petit admitti voces ſuas cum ſpiritibus & virtutibus Angelicis in cœlis. Quod utique fit, ſi juxta admonitionem ſacerdotis corda ſurſum habemus ad Dominum, non ad terrenum deſiderium: quia ſine dubio ima ſummis conjunguntur; ſcriptum eſt enim: Ubi fuerit corpus, illic congregabuntur aquilæ, id eſt, Angeli.

Matt. 24

B

Cum quibus noſtras voces cum ſpiritibus & virtutibus Angelicis, in cœlis admitti petimus ſine fine dicentes ter: *Sanctus*, quia trinus & unus eſt Deus. Et ideo tribus vocibus, *Sanctus* cantamus, quia Deum potentem in cœlo, in inferno, & in terra pronunciamus, ita ut in nomine Domini omne genu flectatur, &c. vel ideo ter, *Sanctus*, cantamus, quaſi dicat; Omnipotentes Deus Sanctus es, fideles tuos in terra protegens. Sanctus es, Angelos in cœlis, & omnes ſanctos inenarrabili gaudio replens, & hi exercitus tanguntur in hoc verbo Sabaoth, quod interpretatur exercitus. Benedictus ergo, qui venit in nomine Dei patris, & pro ſalute noſtra carnem aſſumere, & crucem ſubire dignatus eſt. *Oſanna in Excelſis*.

Sanctus quare ter replicemus

Phil. 2

C

Oſanna interpretatur ſalva, & ſalvifica: quaſi dicat Eccleſia: Qui potens es in excelſis, ſalva nos Chriſte exiſtentes in terris. Quod autem Oſanna bis cantatur, duplex ſtola vel gloria Sanctorum, ſcilicet corporis & animæ per hoc inſinuatur. Hic eſt notandum, quod in tribus linguis nominatiſſimis Miſſa cantatur, ſcilicet Hebræa, Græca, & Latina, per hoc intelligi datur, quod omnis lingua confitetur, quia Dominus Jeſus eſt in gloria Dei Patris. Hebræa ſunt Sabaoth, Oſanna, Amen, Alleluja, & his ſimilia. Græca ſunt, Kyrie eleiſon, Latina, Evangelia & Epiſtolæ, &c. Titulus etiam crucis

Oſanna vox Hebræa quid.

Phil. 2

A

hoc repræſentat, ſcilicet: Jeſus Nazarenus Rex Judæorum, qui Græce, Hebraice, & Latine ſcriptus fuit.

Joan. 19

Item ante canonem ſacerdos digitos lavat, per quod intelligi datur, quod ſolummodo baptizati intereſſe debent conſecrationi corporis Chriſti. Caveat autem ſacerdos ne digitos lotos, poſtquam eos lavit & exterſit, de cetero diſiungat, excepto, quando facit ſignum crucis ſuper ſacrificium ſalutare, vel quando hoſtiam tangit. Non enim debet eiſdem digitis quidquam niſi hoſtiam tangere quouſque eos in calice poſt ſumptionem ſacramenti lavet.

Quomodo ſervandi mundi digiti, quibus Chriſti Corpus contingimus.

Caput IV.

De totius Canonis Miſſæ explicatione.

Sequitur videre de canone Miſſæ, quem diverſi ſancti compoſuerunt. Sed quidam ſcholaſticus Romanæ Eccleſiæ ad petitionem Apoſtolici, regulariter eum ordinavit. Nam fortiſſimam & ſanctiſſimam diſtinctionem, quam Chriſtus edidit in medio canonis, ſicut cor hominis in medio poſuit. Cor enim hominis dicitur in medio corporis poſitum: ſic & ſacratiſſima verba, cum quibus ſacerdos corpus Chriſti, & ſanguinem conficit in medio canonis reperiuntur, quaſi Rege divino in medio exiſtente, & ſancto exercitio circumſtante. Multi enim Sancti, ſcilicet Gelaſius, Damaſus, Gregorius, Leo, Sergius Papa, & ceteri multi diverſas clauſulas appoſuerunt. Sed Apoſtoli ſolummodo hanc clauſulam: *Qui pridie*, cum Pater noſter dixerunt, & ſic Miſſam cantaverunt. Canon enim diſcrete & ſub ſilentio legendus eſt. Diſcrete, ut verba canonis, nec nimis velociter ſyncopando, vel nimis protrahendo circumſtantibus generet tædium. Unde Eccleſia ſtatuit, ut canon devote, & ſub ſilentio legatur, quod ſilentium humilitatem Chriſti in ſua paſſione indicat, quia coram præſide ſtans, dijudicatus nihil dicebat, & ſicut agnus coram tondente, ſic non aperuit os ſuum.

Greg. reg. l. 7 ep. 63 Scholaſticum auctorem Canonis Miſſæ ſcribit.

Sacri canonis Miſſæ auctores

Silentium Miſſæ, Chriſti humilitatem refert.

Iſa. 53

Eſt autem initium canonis: *Te igitur*

Digitized by Google

tur clementiſſime Pater. Ubi notandum eſt, quod hæc conjunctio *Igitur*, ad Præfationem & ad *Sanctus* refertur, quæ ante canonem cantata ſunt; quaſi dicat ſacerdos in perſona Eccleſiæ: Quia admiſiſti omnipotens Deus, ut te cum ſanctis Angelis laudaremus, & idem clamaremus: Ideo, *Clementiſſime Pater te ſupplices rogamus ac petimus* per Jeſum, *uti*, id eſt, ut *accepta habeas hæc dona*, id eſt, benedicas. Sciendum autem, quod divina providentia factum eſt, ut canon ab hac littera T, inciperet, quæ ſui forma ſignum crucis oſtendit in figura. In pleriſque ſacramentariis, id eſt, canonum libris, imago crucifixi depingitur, ut non ſolum intellectus litteræ, verum & aſpectus figuræ memoriam Dominicæ paſſionis inſpiret. Littera namque T, myſterium crucis inſinuat, dicente Domino per Prophetam: Signa Thau in frontibus virorum dolentium & gementium, ne ab Angelo percutiantur. Et quod in frontibus per confirmationem & unctionem Dominicæ paſſionis devotiſſime teneamus. Unde ſtatutum eſt a ſanctis Patribus, ne quiſquam ſacerdotum in aliquo altari Miſſam celebraret, niſi ibi imago poſita fuerit crucifixi. Quam ſacerdos intuens, & brachia extenſa in ea cernens pro populi delictis exorando, brachia ſua ad eum extendere ad modum crucis nullatenus erubeſcat. Paulus namque dicit: Mihi abſit gloriari niſi in cruce, &c.

Miſſæ canon cur a littera T, exorditur. — *Ezec. 9* — *Coram crucifixi imagine ſacrificium peragatur.* — *Gal. 6*

Unde quia de ſancta cruce, vel de ſignis crucis hic mentio habita eſt, pauca de myſterio crucis hic inſerantur. Ipſa namque Crux eſt imperium ſuper humerum Salvatoris. O ſignum inæſtimabile, & ſacramentorum ubertate refertum. Crux eſt lignum vitæ in medio paradiſi, quod quatuor Evangeliorum flumina rigant. Crux eſt charitas, id eſt, cubitus, in quo conſummata eſt arca, id eſt, Eccleſia. Crux eſt ara, ſuper quam Abraham immolavit Iſaac filium, id eſt, pater cœleſtis Dominum Jeſum Chriſtum. Crux eſt lignum, quod miſſum eſt in Marath, id eſt, in mundum, & dulcoratæ ſunt aquæ legis, quia per crucem diſcimus inimicos A diligere, quod utique legi veteris teſtamenti contrarium eſt. Ipſa enim dicit, Odio habebis inimicum tuum, & oculum pro oculo, dentem pro dente. Crux eſt virga cum qua petra percuſſa eſt, id eſt, Chriſtus, & egreſſa ſunt flumina largiſſima ſanguinis & aquæ, quibus animæ noſtræ ſanantur & lavantur. Crux eſt palus, in quo erecto ſerpente æneo, id eſt, Chriſto omnes, qui eum fideliter aſpiciunt, liberantur a morſibus ſerpentum ignitorum, id eſt, diabolorum Crux eſt cithara, in qua noſter David, id eſt, Chriſtus pſallebat, quando in ea pendebat, & malignorum ſpirituum impetus a Saule, id eſt, ab humano genere refrenabat. B Crux eſt duo ligna, quæ colligebat vidua Sareptana, id eſt, Eccleſia, ut ſibi & filio panem faceret, quia in cruce panis, id eſt, Chriſtus Dominus decoctus eſt. Crux eſt lignum Eliſæi, ad quod ferrum de profundo natavit, quia per lignum crucis de abyſſo mortis ſumus extracti, & hoc ab Eliſæo calvo habemus, id eſt, Chriſto in cruce denudato, vel in monte Calvariæ crucifixo. Crux eſt lignum, de quo dicunt Judæi per Hieremiam prophetam: Venite, mittamus lignum in panem ejus, id eſt, Chriſtum in cruce interficiamus. Crux eſt palma quam Chriſtus aſcendit, & fructus ejus apprehendit, id eſt, redemptionem noſtram. Crux C eſt clavis David, quæ januam cœli aperuit, & nos intromiſit.

Sacræ crucis encomium atque figuræ. — *Iſa. 9.* — *Gen. 2.* — *Gen. 6* — *Gen. 22.* — *Exod. 15* — *Exod. 22* — *Exod. 17* — *Num. 21* — *1 Reg. 16* — *3 Reg. 17* — *4 Reg. 6* — *Hier. 11* — *Cant. 7* — *Apoc. 3*

Quod autem tres cruces ſupra calicem & hoſtiam per manus ſacerdotis ſignantur, quid ſignificent, videamus. Signant enim tres traditiones, quibus Filius Dei traditus eſt in mortem. Traditus enim eſt Filius a Deo patre, ſicut dicit Apoſtolus, Proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, hoc primum ſignum ſignat, ubi dicit, *Hæc dona*. Item tradidit Filius ſeipſum, de qua traditione dicit Iſaias: Tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis reputatus eſt; & hæc traditio ſignatur, cum dicitur: *Hæc munera*. Deus enim hoc munus valde libenter acceptat. Item Chriſtus traditus eſt a Juda diſcipulo,

Trina crucis ſignatio quid myſterii habeat. — *Rom. 8* — *Iſa. 53*

Digitized by Google

& hoc in malo, de qua traditione dicit Matthæus in Evangelio: Qui autem tradidit eum, dedit eis ſignum, dicens: Quemcumque oſculatus, &c. Et hæc traditio ſignificatur in hoc verbo, *Hæc ſancta ſacrificia illibata*. Quia enim Chriſtus ſine peccato natus eſt, & ſine peccato vixit, & innocenter occiſus eſt, ideo ejus mors ſancta eſt, licet eum Judas mala intentione tradiderit. Quod additur, *Sacrificia illibata*, id eſt, prius non immolata, ad hoc reſpicit, quia ſacerdos novum ſacrificium altari poſuit, quod adhuc conſecrari debet, ſcilicet panem & vinum; vel *Illibata*, id eſt, intacta, vel immaculata: & ſic refertur ad ipſum Chriſtum, quem peccatum non tetigit, nec fœdavit, ſicut dicit Apoſtolus: Qui peccatum non fecit, &c.

Matt. 26

1 Pet. 2

Sequitur: *In primis, quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua ſancta Catholica.* Utile eſt valde pro ſacroſancta matre Eccleſia orare. Nam qui libenter pro ea orat, omnibus bonis ejus particeps fit. Orat autem ſacerdos cum circumſtantibus, & ſe petit exaudiri a Patre, per Jeſum, id eſt, propter Jeſum Chriſtum Filium ſuum, ut dictum eſt; quaſi dicat. Si nos propter peccata noſtra exaudiri non meremur, ſaltem propter Filium tuum nos exaudire digneris, ut Eccleſiæ tuæ pacem tribuas, & eam cuſtodias: quia niſi eam cuſtodieris, fruſtra vigilat, &c. Et pacem non habebit. Digneris etiam eam adunare, quia omne regnum in ſe diviſum deſolabitur, & ſi tu eam non rexeris, per multa ſchiſmata turbabitur.

Pſal. 126. Luc. 11

Sequitur: *Una cum famulo tuo Papa noſtro*. Hic eſt notandum, quod in omni Miſſa Apoſtolici memoria habenda eſt: quia hoc eſt in conciliis ſtatutum. Debet autem ſacerdos non nominare nomen Apoſtolici, ſed per memoriam nominare.

Concil. Vaſ a. tempore Leon. I. c. 4 & 5 Burchard. 2 l. Decr. cap. 130

Sequitur: *Et Antiſtite noſtro*, id eſt, Epiſcopo.

Sequitur: *Et rege noſtro*, ſcil. Romanorum, ſimiliter corde tenus cogitabit. Ecce quam fideliter ſacerdos conjunctus Deo in Miſſa pro Eccleſia catholica, judicio ſpirituali & ſæculari orat.

Sequitur: *Et omnibus orthodoxis, atque catholicæ, & Apoſtolicæ fidei cultoribus*. Iſta clauſula intelligitur de omnibus Cardinalibus, Primatibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, & ceteris Eccleſiæ præpoſitis, vel ſacerdotibus, & eorum ſubditis, pro quibus in Miſſa orandum eſt.

Sequitur: *Memento Domine*, *&c.* Hic attendendum eſt, quod in hoc loco ſacerdos tenetur orare pro omnibus, qui ei aliqua beneficia impenderunt.

Sequitur: *Et omnium circumſtantium.* Ecce hic ſacerdos orat pro circumſtantibus, & eos Deo recommendat, quaſi dicat: O Deus, tu eorum fidem & devotionem melius noſti, quam ego; ergo corrige in eis, quidquid corrigendum in eis inveneris.

Sequitur: *Qui tibi offerunt*, uſque *Deo vivo*, quaſi dicat ſacerdos: Omnipotens Deus hoc ſacrificium laudis offerunt tibi circumſtantes, & pro quibus oravimus, *Pro ſe ſuiſque omnibus* uſque, *Deo vivo, & vero, & reddunt vota ſua*. Nota, quod Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti una cum Spiritu ſancto, Deum vivum & verum appellamus, ad differentiam deorum non vivorum, nec verorum, ſed idolorum, quibus gentes ſacrificabant. Unde Pſalmiſta: Simulachra gentium, argentum, &c. Et iterum: Os habent & non loquentur; & ideo qui non vident, nec audiunt, quomodo alios exaudire poſſunt? minime.

Pſal. 113 Ibid.

Sequitur: *Communicantes*, uſque, *Jeſu Chriſti*. Hic extra unitatem Eccleſiæ non eſt locus offerendi ſacrificium, & ideo memoriæ Sanctorum communicamus, quatenus in communione Sanctorum ſacrificia offeramus; quaſi dicat: Eccleſia militans in terris: & ſi nos propter peccata noſtra non meremur exaudiri, communione, id eſt, cœtu ſanctorum, ſcilicet beatæ Virginis, & Apoſtolorum, Martyrum, & ſanctorum omnium exaudiri mereamur. Invocamus enim illos, repellere eos non potes, & quia exauditione digni ſunt, & nos una cum ipſius exaudire digneris. Quare autem commemoratio Confeſſorum non fit in canone ſicut Martyrum, duplex eſt ratio. Pri-

Cur non fiat in canone Miſſæ confeſſorum commemoratio.

Primo, quia martyr Græce dicitur, teſtis Latine. Martyres autem ſolummodo in canone poſiti ſunt, quia teſtes paſſionis exiſtunt, & pro Chriſto martyrium pertulerunt. Secunda ratio eſt, quia canon a beato Gelaſio Papa, vel a quodam ſcholaſtico, ſicut dictum eſt, editus fuit antequam feſta Confeſſorum celebrarentur. Poteſt enim ſacerdos Miſſam cantare de confeſſore, ſed ore tenus non nominet eum in canone. Tandem ſubiungat: *Et omnium Sanctorum tuorum*, &c. quod ubique ſacerdos in canone facere poteſt. Et quoniam multæ filiæ, id eſt, animæ Sanctorum congregaverunt divitias ſanctitatis, beata virgo Maria ſupergreſſa eſt univerſas. Ideo prima in canone ponitur.

Prov. 31

Sequitur: *Quorum meritis*, &c. Sicut & Moyſes oravit dicens: Memento Domine Abraham, Iſaac, & Jacob, quibus juraſti, &c. ac ſi dicat, facilius me exaudies, quia ſanctorum memoriam me facere jubes. Ecce quomodo in Miſſa ima ſummis conjunguntur, & terreſtres quodammodo efficiuntur cœleſtes, quia militantes in terris, triumphantibus Sanctis in cœlis per orationem canonis uniuntur. Unde ſequitur: *Hanc igitur oblationem*, uſque ibi: *Dieſque noſtros in tua pace diſponas*, quæ beatus Gregorius dicitur appoſuiſſe; & vere verba ſatis plana ſunt: ideo dimittantur.

Exod. 32

Crucis ſigna cur quinque ſuper calicem & hoſtiam fiant.

Sequitur: *Quam oblationem*, &c. Hic videndum eſt, quare quinque ſigna crucis fiant ſuper calicem & hoſtiam. Sed ſciendum eſt, quod per diverſa & multiplicata ſigna, quæ in canone ſunt, diverſa genera tormentorum, quæ pro nobis ſuſtinuit Chriſtus, deſignantur. Hæc igitur ſigna ſignificant, quod Chriſtus in ſenſibus ſecundum carnem paſſus eſt, ut ſenſus noſtros illuminaret. Paſſus eſt enim in viſu per velationem, in auditu per deriſionem, in guſtu per fellis & aceti potationem, in odoratu per fœtentium corporum, quando paſſus eſt in loco Calvariæ, corruptionem, in tactu per clavorum confixionem. Item in tribus ſignis, quæ in hoc loco communiter ſuper

A calicem & hoſtiam fiunt, poſſunt deſignari tria genera hominum, quibus Chriſtus venditus eſt a Juda, ſcilicet Sacerdotes, Scribæ, & Phariſæi, Iſti enim Chriſtum emerunt, & eum quaſi maledictum & proſcriptum tractaverunt. Sed Sacerdos e contrario dicit, Chriſtum eſſe oblationem, *Benedictam*, quia benedictus fructus ventris Mariæ: *Adſcriptam*, quia Jeſus in ſcripturis vocibus prophetarum præſignatus, aſſiſtit pro nobis faciei divinæ: *Ratam*, quia regnum ejus durat ſine fine. Quod autem duæ cruces ſpecialiter ſuper calicem & hoſtiam fiunt, ſignat, quod Judas venditor, & quidam emptores, qui ad fidem per pœnitentiam non redie-

B runt, propter hoc corpus & animam prediderunt.

In hac autem clauſula ſubſequitur: *Rationabilem, acceptabilem facere digneris*; quaſi ſacerdos dicat: Judæi in veteri teſtamento obtulerunt oblationem irrationabilem, id eſt, jumenta muta & ratione carentia: ſed tu ſanctiſſime, & clementiſſime Pater facere digneris oblationem noſtram rationabilem, ut apud te pro nobis rationem reddat. *Acceptabilem*, quatenus tibi placeat, & nos tibi acceptabiles efficiat. Ita ut panis in altari poſitus fiat nobis *corpus*, quod corpora noſtra vivificet, ne æternaliter moriamur, & vinum *ſanguis*, qui animas noſtras ſanctificet, ne perpetue

C damnemur, & hoc dilecti filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſcilicet Chriſtus, corpus & animam ſalvare poteſt.

Sequitur: *Qui pridie, quam pateretur*, hoc eſt, quinta feria ante Paraſcevem, *accepit panem in ſanctas*, uſque *Benedixit*. Nota quod in hoc loco ſignum crucis cum verbo ſonat. Sciendum autem quod Sancta Trinitas in hoc loco, cum ſacerdote panem, & vinum mirabili & occulta, & ineffabili benedictione, his verbis prolatis. *Hoc eſt corpus*, &c. *Hic eſt calix*, &c. veraciter benedicit panem & vinum in verum corpus & ſanguinem Chriſti mutando.

Sequitur: *Simili modo*, Poſtquam autem ſacerdos hæc omnia peregit manus ad modum crucis ad utraque cor-

Digitized by Google

cornua altaris extendit paſſionem Domini repræſentans, & nihilominus per hoc inſinuans, quod Chriſtus Dominus pro Judæis & Gentibus paſſus eſt, qui in utriuſque cornibus altaris deſignati ſunt, ut dictum eſt, ita ut ipſi ad viam veritatis redeant, & fidem catholicam imitentur.

Multis de cauſis corpus Chriſti in Miſſa elevatur.

Nunc autem videndum eſt, quare in Miſſa ſacerdos corpus Dominicum in altum levat, & fidelibus adſtantibus oſtendit. Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti multis de cauſis elevatur a ſacerdote in Miſſa. Quarum prima & præcipua eſt ad gratiam Dei patris, quam peccatis noſtris perdimus, obtinendam. Solo enim peccato offenditur & irritatur, ſicut dicit Pſalmiſta: Irritaverunt Deum in ad inventionibus ſuis. Sacerdos igitur elevat in altari corpus Chriſti, quaſi dicat: O pater cœleſtis peccavimus, & te ad iracundiam provocavimus. Sed nunc reſpice in faciem Chriſti filii tui, quem tibi præſentamus, & te ab ira ad miſericordiam provocamus. Ne ergo avertas faciem tuam a puero tuo, ſcilicet a filio tuo, ſed memento quod dixeris de eodem filio tuo: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Corrige ergo in nobis miſericorditer propter eum quidquid inveneris corrigendum, & converte nos ad te, & averte iram tuam a nobis

Pſal. 105

Mat. 3 d. 17

Secunda cauſa, quare elevatur, eſt ad impetrandum & obtinendum omne bonum, quo in præſenti vita & futura neceſſarii ſumus. Bonum igitur, quo in hac vita indigemus, eſt pax peccatoris, quam nemo niſi a peccato mortali ſolutus habere poteſt. Hæc eſt pax, de qua Chriſtus dixit diſcipulis: Pacem meam do vobis. Secundum bonum eſt charitas, & hæc virtus valet ad præſentem & ad futuram vitam. Charitas namque in hac vita hominem dirigit, & ad vitam æternam perducit. Unde Joannes dicit: Qui manet in charitate, in Deo manet. Elevat ergo ſacerdos corpus Chriſti: quaſi dicat circumſtantibus: Si obtinere vultis, quod cupitis, pacem inter vos habete, & charitate mutua diligite, quia Chriſtus per mortem ſuam nos Deo & Angelis pacificavit, & per charitatem nobis æterna gaudia comparavit.

Joan. 14

1 Joan. 4

Tertio elevatur corpus Chriſti, ad rememorandum jus noſtrum, quod habemus in cœlo jam in ſpe, ſed tandem habituri ſumus in re. Jus noſtrum, quod in cœlo habemus, eſt vita æterna. Unde Joannes in ſuo Evangelio ponit verba Chriſti, ſic dicentis: Ego veni in mundum, ut, omnes imitatores mei, ſcilicet, vitam habeant in præſenti, & habeant abundantius in futuro. Unde hoc jus noſtrum ſcriptum eſt in privilegio noſtro, id eſt, in Chriſto, & hoc ſtylo ferreo, quia lancea latus ejus apertum eſt, & pedes & manus clavis confixæ. Unde elevat ſacerdos corpus Chriſti in altari, quaſi dicat: O vos Angelici ſpiritus, qui hic præſentes aſſiſtitis, teſtes ſitis, quod vita æterna noſtri juris eſt, & ad hoc cofirmandum elevamus privilegium noſtrum, id eſt, Chriſtum pro nobis paſſum.

Joan. 10

Quarta ratio eſt, quia elevatur corpus Chriſti ad oſtendendam potentiam Dei. Magna enim eſt potentia Dei, quia ad prælationem iſtorum verborum: *Hoc eſt corpus meum*, panis in corpus Chriſti tranſubſtantiatur: hæc eſt mutatio dexteræ Excelſi, & tranſcendit omnem ſenſum. Elevat ergo ſacerdos corpus Chriſti; quaſi dicat, Prius vidiſtis panem in altari, ſed modo conſecratione peracta, videte verum Corpus Chriſti. Si ergo Deus tam potenter potuit talem mutationem facere, potens eſt, & nos mutare de culpa ad gratiam, & poſtmodum ad gloriam.

Luc. 22

Quinta ratio, quia elevatur corpus ad declarandam ſapientiam Dei. Mira enim & inenarrabili ſapientia ſe oſtendit Chriſtus nobis involutum, de qua involutione dicit nobis Iſaias: Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Salvator.

Iſaia. 45

Ut quid Dominus in ſacramento ſub ſpeciebus lateat.

Sciendum in hoc loco, quod Deus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus multis de cauſis in forma panis ſe abſcondit. Nam ſi in altari ſic appareret ſicut eſt, vel ſicut in cruce corpus ejus diſtenſum eſt, multi ſumere terrerentur, & irent retrorſum, juxta quod in Evangelio dictum eſt:

Mul.

Digitized by Google

Joan. 6 Multi enim diſcipulorum, novorum Chriſtianorum, cum audiſſent, Niſi manducaveritis carnem filii hominis, ex hoc territi abierunt retrorſum, & jam cum illo non ambulabant. Putabant enim, quod deberent eum per membra ſecando diſcerpere, & ſic manducare, quod utique humanæ fragilitati fuiſſet horribile. Sed ipſe in cœna corpus & ſanguinem ſuum ſub viſibili ſpecie velavit; & populis manducandum tradidit. Aliæ adhuc ſunt rationes, quare velatur, quas prætermitto.

Sexto elevatur corpus Chriſti in altari, ad oſtendendam ejus largitatem. Quæ enim major largitas, quam ut homo manducet panem Angelorum? Elevat ergo ſacerdos corpus Chriſti in altari, quaſi dicat: O fideles Chriſti gaudete, & aſpicite. Hæc eſt enim cœleſtis præbenda Angelorum, quam nobis tranſmiſit largiſſimus Rex cœlorum, ut omni gratia & benedictione repleamini, & hoc tangitur ibi, *Ut quotquot ex hac altaris participatione*, uſque ibi, *Omni benedictione cœleſti et gratia repleamur*. Sed væ illi, qui corpus Domini, hanc ſcilicet ſacratiſſimam præbendam, ſumere non curat, & ſe ab eo alienat, de quo dicit Eliſæus propheta

4 Reg. 7 in libro Regum: Videbis, & non guſtabis. Multi namque vident corpus Chriſti, ſed heu non guſtant, & ſe per peccata gravia ab eo alienant.

Septimo elevatur corpus Chriſti, ad oſtendendam bonitatem Chriſti. Quæ enim major bonitas, quam quod Chriſtus dignatur captivus eſſe in altari? Unde de ipſo dicit in perſona

Hier. 16 Hieremiæ Prophetæ: Ecce ego in manibus veſtris ſum, quod bonum & rectum eſt in oculis veſtris facite mihi. Nota quod dum aliquis dux propter ſuos captivus tenetur, non dimittitur niſi det magnam pecuniam: ſic nec nos Chriſtum captivum dimittere debemus, niſi remiſſionem peccatorum nobis tribuat, & regnum cœleſte ab eo accipiamus. Elevat ergo ſacerdos corpus Chriſti in altari, quaſi dicat: Ecce quem totus mundus capere non poteſt, captivus noſter eſt, ergo eum non di-

A mittamus, niſi quod petimus, prius obtineamus.

Octavo elevatur corpus Chriſti ad lætificandum Eccleſiam ſanctam per vexillum exercitus. Unde omnes, qui ſub vexillo illo militant, gaudium & fortitudinem accipiant. In pugna enim & militia omnes ſumus. Unde Job: Militia eſt vita hominis. Job. 7 Elevat ergo Sacerdos corpus Chriſti in altari, quaſi clericis dicat: Nolite timere, ſecure pugnate. Ecce vexillum noſtrum, quod propter nos in cruce rubricatum eſt & depictum. Ecce Dominus Jeſus in medio noſtri eſt.

Nono elevatur, ad Chriſtum imitandum & ſequendum. Unde ut pec-

B catores eum ſequi velint, & non deſperent de ſpe veniæ, Chriſtus filius Dei, patri latus præſentat, ut vulnerum cicatrices oſtendat. Unde Bernardus: Securum habemus ad Deum acceſſum, filius oſtendit vulnera, mater ubera, &c. Elevat ergo Sacerdos corpus Chriſti, ac ſi peccatoribus & ceteris Chriſtianis dicat: Ecce filius Dei, qui pro nobis extenſus, & elevatus eſt in patibulo crucis, ſequimini eum, ut ſaltem aliquid pro eo patiamini, quia tanta pro nobis paſſus eſt. Unde Petrus in epiſtola: Chriſtus pro nobis paſſus eſt. 1 Pet. 2 Ergo a nobis compatiendum eſt ei, ita ut paſſionis ejus beneficium numquam obliviſcamur.

C Propter quod in canone ſubditur: *Unde et memores*, uſque, *Beatæ paſſionis*. In hoc loco recolitur memoria Dominicæ paſſionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis. Nam per quinque ſigna, quæ hic fiunt, deſignantur quinque vulnera Chriſti, ſcilicet duo in manibus, duo in pedibus, & unum in latere. Quod autem tria ſigna ſuper calicem & hoſtiam communiter fiunt; in hoc intelligi datur, quia paſſio Chriſti vulnerat charitatem, Reſurrectio roborat fidem, Aſcenſio lætificat ſpem. Hæc in littera tanguntur, quando dicitur: *Paſſionis, Reſurrectionis, et Aſcenſionis*. Duo autem ſigna ſequentia, quæ ſuper corpus Chriſti, & ſanguinem fiunt, deſignant juſtorum corporis & animæ immortalitatem. Sancti namque & juſti

juſti qui in vulneribus Chriſti nidificant, efficiuntur puri, ſive immaculati, & vitam æternam poſſidentes, & ſalutem perpetuam corporis & animæ conſequentes. Nam & hæc in verbis canonis tanguntur, quæ de Chriſto ſic pronunciantur: *Hoſtia puram*, quoad primum. *Hoſtiam ſanctam*, quoad ſecundum. *Hoſtiam immaculatam*, quoad tertium, *Panem ſanctum vitæ æternæ*, quoad quartum. *Et calicem ſalutis perpetuæ*. Quoad quintum. Eſt enim Chriſtus hoſtia pura, electos ſuos purificans, hoſtia ſancta, dilectos ſuos ſanctificans, hoſtia immaculata, maculas noſtras purgans, panis vitæ æternæ, Angelos, & homines reficiens, & calice ſui præclari ſanguinis inebrians, & perfundens.

Trium Patriarcharum, cur hic mentio fiat.

Gen. 4
Joan. 1
Gen. 4

Sequitur, *Supraque propitio*, uſque *Immaculatam hoſtiam*. Nota, quod in hoc loco tres Sancti veteris teſtamenti nominantur, Abel, Abraham, Melchiſedech, qui figuram paſſionis Chriſti, imo & cœnæ ejus ſanctiſſimæ proprie repræſentant. Abel enim obtulit munera de primogenitis gregum, & Chriſtus primogenitum obtulit in multis fratribus, agnum immaculatum Deo patri, de quo agno dixit Joannes Baptiſta: Ecce agnus Dei, &c. Item Abel a fratre ſuo Cain innocenter occiditur, & Chriſtus a fratribus ſuis Judæis, ſcilicet malis perimitur, & necatur. Abraham obedivit Deo ad immolandum filium, Chriſtus factus eſt obediens Patri uſque ad mortem, & in manus Patris tradidit ſpiritum. Melchiſedech obtulit panem & vinum: Erat enim ſacerdos Dei altiſſimi: Et Chriſtus in altari ſub ſpecie panis, & vini, corpus & ſanguinem ſuum offert Deo Patri pro nobis, ipſum nobis pacificans. Nam Melchiſedech fuit rex Salem, id eſt, pacis. Chriſtus autem dicitur in hoc loco Abel, ratione innocentiæ, Abraham, ratione obedientiæ, Melchiſedech, ratione clementiæ, & ſanctitatis eximiæ.

Gen. 22

Gen. 14

Unde ſequitur; *Sanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam*. Hæc verba Leo Papa canoni addidiſſe legitur: *Supplices te rogamus*. In hoc loco incli-

A natio Sacerdotis ſignat inclinationem Chriſti, quando inclinato capite tradidit ſpiritum. Deberent ergo fideles in hoc loco cum ſacerdote fideliſſime ſe humiliare, & Deo animas ſuas per intima ſuſpiria commendare. Nam in hac clauſula, quam Leo Papa magnus compoſuit, uſque ad *Memento*, tam profunda & inſcrutabilia poſita ſunt verba, ut de eis beatus Gregorius, quaſi de re ineffabili penitus locutus ſit. Dicit enim ſic: *Jube hæc perferri*, &c. Quis fidelium dubium habere poſſit in ipſa immolationis hora, ad ſacerdotis vocem cælos aperiri, Angelorum choros intereſſe, ima ſummis ſociari, terrena cæleſtibus jungi, unumque ex viſibilibus & inviſibili-

Greg. lib. 4 Dial. ca. 58 Habentur hec paucis mutatis, de conſecr. diſt. 2 ca. Quid ſit ſang. que verba, Alcuin. lib. de divin. offic. citat ex Greg.

B bus fieri? Item alibi: Uno eodemque tempore ac momento, & in cælum rapitur miniſterio Angelorum ad aſſociandum corpus Chriſti, & ante oculos ſacerdotis in altari videtur. Hucuſque Gregorius Magnus. Salvo tamen occulto cæleſtis oraculi Eccleſiæ ſacramento, poſſunt hæc verba ſimplicius intelligi, *Jube hæc*, id eſt vota fidelium, ſupplicationes, & preces *perferri per manum ſancti Angeli tui*, &c. Si enim Tobia orante Angelus preces ejus obtulit Deo, quanto magis quando Chriſtus cum ſacerdote orat, & preces & oblationes populi offerunt in cælum, imo ipſe Chriſtus magni conſilii Angelus preces Eccleſiæ in Miſſa Deo Pattri of-

Tob. 12

C fert, & gratiam refert. Unde Ambroſius: Non dubites, inquit, aſſiſtere Angelos quando Chriſtus aſſiſtit immolatus.

Amb. li. 1 in Luc. ca. 1 longe ante med. tom. 3

Sequitur: *In ſublime altare tuum*, hoc intelligitur eſſe ſancta Trinitas, de quo legitur: Non aſcendes per gradus ad altare meum, quod eſt dire. Æqualitatem Trinitatis crede, non deſcenſionem, vel aſcenſionem, ſicut fit in gradu. Quidam hæretici putant Patrem majorem Filio, & hi conantur aſcendere ad altare, ſed repelluntur a Filio, qui dicit: Ego & Pater unum ſumus. Quidam etiam hæretici de hoc altari conantur deſcendere, putantes Spiritum ſanctum minorem eſſe Filio, & patre, & hi reverberantur a Patre, & Filio in ſacra ſcriptura, quæ dicit: Spiritus ubi

Exod. 20

Joan. 10

Digitized by Google

ubi vult ſpirat. Et Joannes dicit: Spiritus eſt Deus· & idem dicitur in Symbolo Athanaſii: Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus ſanctus. *Joan. 4*

In conſpectu divinæ majeſtatis tuæ. Altare ſanctæ Trinitatis dicitur ſublime, id eſt inacceſſibile puro homini, vel incomprehenſibile. Sed ſacrificium altaris, ſcilicet hoſtia ſalutaris Dominus noſter Jeſus Chriſtus per mortem ad hoc altare coæternus Patri, introivit ſemel æterna redemptione inventa, ſicut dicit Apoſtolus, & apparuit vultui Dei pro nobis in conſpectu divinæ majeſtatis ipſius Patris, *Uti*, id eſt quatenus, vel ut qui, *Ex hac altaris participatione*, o ſancte Pater, *ſacroſanctum filii tui corpus, & ſanguinem ſumpſerimus*, digni ſicut decet communicando, *omni benedictione cœleſti, & gratia repleamur per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* In his tribus ſignis intelligi datur, quod neceſſe habemus, ut Dominus Deus diſtribuat corporibus caſtitatem, quod in primo ſigno intelligitur, ubi dicitur, *& ſanguinem ſumpſerimus*. Juſtus enim, ut Habacuc ait, ex fide vivit, & anima hominis in ſanguine eſt, ſicut dicit Moyſes. Item neceſſe habemus, ut Deus tribuat nobis cognitionem puram, quod in tertio ſigno intelligitur, quia facie tenus ſuper caput & pectus imprimitur, ubi cogitationum ſedes eſt. Ergo ſi ſervaverimus & amaverimus corporis caſtitatem, animarum puritatem, benedictione & gratia in cœlis merebimur repleri. Item inclinatio ſacerdotis in hoc loco inclinationem capitis Chriſti in morte ſignat ut dictum eſt. Inclinato enim capite tradidit ſpiritum, & tale fecit teſtamentum ſecundum Ambroſium qui dicit, quod auctor pietatis in cruce pendens, in ſingularibus negotiis pietatis officia dividebat, perſecutionem Apoſtolis, pacem diſcipulis, corpus Judæis, Patri ſpiritum, virgini paranymphum, latroni Paradiſum, Chriſtianis pœnitentibus crucem commendat. Ergo tollamus crucem ejus, quod in duobus ſignis, quæ ſuper corpus & ſanguinem fiunt, intelligitur, quia per mortem ejus a duplici morte, ſcilicet corporis & animæ libera-

Hebr. 9 — *Hab. 2* — *Lev. 17* — *Joban. 19*

A mur: ſi tamen confeſſionem ejus in mente ſervamus, quod in tertio ſigno exprimitur. Nam ſi compatimur, & conregnabimus, ſicut dicit Paulus. *2 Tim. 2* Item in tribus ſignis quæ in hoc loco fiunt, quidam diverſas paſſiones Chriſti intelligi volunt corporis, & per flagella diſſecationem quoad primum, ſanguinis effuſionem quoad ſecundum, faciei velationem quoad tertium. Unde ſicut Chriſtus per paſſionem ſuam de hoc mundo tranſiturus, patri ſpiritum commendavit, ſic & nos ſpiritus fidelium defunctorum de hoc mundo per mortem migrantium, & in fide catholica decedentium, omnipotenti Deo commenmendamus, propter quod ſubditur.

B *Memento Domine, &c.* Attendendum eſt, quod pia mater Eccleſia non ſolum pro vivis, ſed etiam pro defunctis in perſona ſacerdotis fideliter intercedit, certiſſime credens, quod pretioſus ſanguis Chriſti non ſolum pro vivis, ſed etiam pro mortuis ad redemptionem proſit & liberationem a pœnis illis dumtaxat. *Qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei*, id eſt, charitate. In quo fideles ab infidelibus diſcernuntur. De hac liberatione dicit Propheta ad Chriſtum: Et tu in ſanguine teſtamenti tui, extraxiſti vinctos tuos de lacu inferiori, in quo non erat aqua, ſcilicet de inferno ſuperiori. *Zach. 9* Non eſt autem orandum pro eis, qui ſunt in C inferno inferiori, quia ibi nulla eſt redemptio, & quos pro certo damnatos ſcimus, quia ut dicit Auguſtinus: Si ſcirem patrem meum eſſe in inferno, ubi nulla eſt redemptio, non plus orarem pro eo quam pro diabolo. Orandum eſt ergo pro fidelibus defunctis, *Qui dormiunt in ſomno pacis*, id eſt, nulla hæreſi vel diſcordia, vel impœnitentia, ab unitate Eccleſiæ ſegregati, licet forte aliqua cremabilia vel correctione digna detulerint de hoc mundo. Et ſacerdos debet primo orare pro patre & matre, poſtea pro ſibi commiſſis, non tamen nomine tenus, ſicut ſupra dictum eſt, ſed memoriter, &c.

Pro damnatis orandum non eſt. — *Aug. ſimile quid habet lib. 21 de civ. Dei c. 24 ante med. t. 5* — *Pro parentibus primo orandum eſt.*

Sequitur. *Omnibus in Chriſto quieſcentibus, &c.* Illi enim mortui in Chriſto

Chriſto requieſcunt, qui in Chri- A ſto moriuntur, ſicut in Apocalypſi legitur.

Apoc. 14

Sequitur: *Locum refrigerii*, in quo Lazarus Evangelicus habitabat, *lucis*, ſcilicet Chriſti, qui eſt lux mundi, Ipſe enim eſt lumen viventium. Unde Pſalmiſta: Ut placeam coram Deo in lumine viventium, & *pacis*, de qua pace dixit Simeon: Nunc dimittis, uſque in pace, *ut indulgeas per Chriſtum Dominum noſtrum*. Qui enim indulgentiam, & miſericordiam quærit, judicem placat & vincit.

Pſal. 55

Luc. 2

Sequitur: *Nobis quoque peccatoribus*, quaſi dicat: Sicut dixit Joannes Apoſtolus: Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. B Et: Non eſt homo, qui non peccet, licet infans unius diei ſuper terram. Multi namque ex miſericordia Dei ſine peccatis mortalibus vivere poſſunt, ſed ſine venialibus raro.

1 Joan. 1

Job. 14 ſec. LXX.

Sine mortalibus vivere poteſt homo, ſine venialibus minime.

Sequitur: *De multitudine miſerationum tuarum ſperantibus*. Si enim latro in cruce pendens contritus & confitens veniam meruit, quare non merebitur Chriſtianus miſericordiam, & veniam peccatorum, contritus & confeſſus? Unde & vocis expreſſio, & cordis tunſio manu dextera contritionem & confeſſionem latronis in cruce pendentis ad dextrum latus Chriſti deſignat. Ipſe enim contrito corde confeſſus eſt, & ſocio ſuo in ſiniſtro latere pendenti dixit: C Nos quidem digna factis recipimus, Et reſpondit Dominus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo.

Luc. 23
Ibid.

Unde ſequitur: *Partem aliquam & ſocietatem*, *&c.* Joannes Chryſoſtomus dicit, quod latro qui in cruce Deum confeſſus eſt, omnes ſanctos in regno prævenit. Nec mirum, ipſe enim Dominum in cœlo regnare confitebatur, qui ab Apoſtolo Petro in terra negabatur, per quod intelligi datur, quod ferventer pœnitentes interdum tepidos Sanctos in regno præveniunt. Beata Virgo & Apoſtoli adhuc in terra fuerunt. Sanctus Joannes Baptiſta, & alii Patriarchæ & Prophetæ adhuc in limbo detinebantur, quando dictum eſt latroni: Hodie mecum eris in Paradiſo, id eſt, eris in gaudio, quia ubi Chriſtus eſt, ibi gaudium eſt, & Paradiſus, & lux, & pax, & jucunditas, Ipſe enim Chriſtus eſt lux vera, &c. Chriſtus etiam cœlum illuminat ſicut de ſuperna Hieruſalem dicitur in Apocalypſi: Ipſe enim Agnus, id eſt, Chriſtus, illuminat eam, & Sanctis gaudium infundit. Unde: Gaudent in cœlis animæ Sanctorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti, quia ſequuntur Agnum quocumque ierit. De hac ſocietate in hoc loco dicitur: *Societatem donare digneris cum tuis ſanſanctis Apoſtolis, & Martyribus*. Quidam dicunt hic intelligi Joannem Baptiſtam. Expoſitores autem Joannem Evangeliſtam. Licet enim in in principio canonis ſit cum ceteris Apoſtolis nominatus, nominatur tamen hic, quia duplici privilegio gaudet, ſcilicet, Apoſtolatus veſtigio, & virginitatis. Amoris Chriſto privilegio, merito ſecundum locum ſortitur in canone, & cum Stephano qui etiam virgo & martyr fuit. In veteri enim teſtamento Jacob Patriarcha dilexit Joſeph plus ceteris filiis, eique duplicem hæreditatem tribuit quam tulit in arcu, & gladio de Amorrhæorum populo. Et Chriſtus huic diſcipulo & chariſſimo filio duplicem hæreditatem, & honorem tribuit ut ſupra. Notandum, quod ſancta Fœlicitas vidua martyr, in hoc loco canonis, ſanctis virginibus anteponitur & præfertur. Et licet hoc forte ratione antiquitatis ſit factum, ita ut privilegio virginitatis non derogetur: tamen ſecundum Auguſtinum, in hoc loco datur intelligi quod ferventes, & vere pœnitentes virgines, tædioſas, & acedioſas exercitiis divinis præire conantur. Unde ſequitur: *Intra quorum conſortium, &c per Chriſtum Dominum noſtrum*. Qui enim veniam deſiderat, iram judicis placat, & miſericordiam provocat, propter quod quidam pœnitens dixit; Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Virginitas autem ſi humilitatem cuſtodiat, & fervorem devotionis habeat, magna meretur privilegia, & prærogativas gratiarum. Virginibus nam-

Chryſ. ho. de latrone & ho. ſeq. de cruce & latrone tom. 6

Luc. 23

Apoc. 21

Stephanus virgo fuit

Gen. 48

Aug. de virginitate ſancta c. 45 & 46

Pſ. 50

namque, & martyribus, & prædicatoribus fidei Chriſtianæ aureola in cœleſti patria reſervatur. Hæc enim tria genera Sanctorum in hoc loco canonis inveniuntur: *Intra quorum*, uſque ad *Chriſtum Dominum noſtrum per quem* ſcilicet Chriſtum, *hæc omnib*, ſcilicet Pater cœli, *bona creas*.
Gen. 1 Licet enim Deus Pater in principio, id eſt, in filio creavit cœlum & terram, & omnem ornatum eorum, & cuncta quæ fecerat, erant valde bona; tamen ſemper eadem bona creat renovando, quoad vinum & panem, & quæ in altari offerri debent. Unde non ſolum a ſacerdote, ſed etiam a ſancta Trinitate benedicuntur & conſecrantur, & in corpus Chriſti, & ſanguinem transſubſtantiando vivificantur, ſicut patet in verbis, quæ ſequuntur: *Sanctificas, vivificas benedicis*. In his tribus ſignis notantur tres dies, quibus Dominus erat in ſepulchro, & requievit ab
Joan. 12 omni opere ſuo, quod patrarat. Niſi enim granum frumenti, id eſt, Chriſtus Dominus noſter cadens in terram, &c. ſed quia granum mortuum eſt, & in terra ſepultum, denuo revixit, & pullulavit, & fructum multum attulit in electis. Nam ſepultura terram ſanctificavit, a morte reſurgens mortuos vivificavit, & benedicendo panem cœleſtem vivis multiplicavit. Hæc in tribus verbis prædictis tanguntur, ſcilicet, *Santificas* quoad primum, *Vivificas* quoad ſecundum, *Benedicis* quoad tertium. Unde ſequitur: *Et præſtas nobis*, ſubintelligitur ſanctificationem, ut ſcilicet per corpus Filii tui ſanctificemur: hanc vivificatiouem, ut per ſanguinem ipſius vivificemur: hanc benedictionem, ut ea digne ſumendo a te benedicamur. Et ex hoc *eſt tibi Deo Patri omnipotenti, omnis honor & gloria in unitate Spiritus ſancti*. Sciendum, quod in hoc loco in tribus ſignis notantur, tria propter quæ Chriſtus voluit tres eſſe dies ſuæ ſepulturæ, ſcilicet, quæ ſunt in Cœlo reſtauraturus, & quæ in terra reparaturus, & quæ apud inferos redempturus. Vel in tribus ſignis hujus loci intelligitur ſancta Trinitas, ſicut patet in littera. In Patre quidem notatur auctoritas. In Filio æqualitas. In Spiritu ſancto communitas.

A

Quod autem corpus Chriſti ſupra calicem in ipſa hora levatur, & cum ipſo calix ſignatur, per hoc intelligi datur, quod mors a Chriſto ſuperatur, vita reparatur, & gloria datur, quod mors a Chriſto ſuperatur, vita reparatur, & gloria datur, de hoc patet in verbis canonis: *Per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo*. Nota, quod in hoc loco Miſſa correſpondet omnibus horis canonicis, quia omnia quæ Chriſtus paſſus eſt in ea repræſentantur, & memorantur. Chriſtus namque in matutinis paſſus eſt traditionem, conſpuitionem, alaparum

B

cæſiones, tandem a mortuis reſurrexit. Hora prima coram Pilato deriſiones, inſultationes. Hora tertia, &c. ſicut in patris ſapientia plenius continetur. De iſtis ſeptem horis dicit Pſalmiſta: Septies in die laudem Pſal. 118
dixi tibi, &c. Iſte ſeptenarius numerus ſignari poteſt, in ſeptem ſignis crucis quæ in hoc loco ſunt cum dicitur: *Sanctificas, vivificas, benedicis, per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo, &c.* Nam qui Deum devote laudant, ſeptem donis Spiritus ſancti replentur, & per Patrem, & Filium, ſanctificantur, vivificantur, & benedicuntur. Quod autem ultimum ſignum juxta labium calicis fit, cum dicitur: *In unitate Spiritus ſancti*,

C

deſignat, quod qui adhæret Deo unus Spiritus cum eo efficitur, ſicut dicit Apoſtolus. 1 Cor. 6

Sequitur: *Per omnia ſæcula ſæculorum*, quod alta voce pronunciatur, & corpus Domini ſuper calicem, & cum calice levatur, per quod intelligi datur, quod triſtitia Apoſtolorum de paſſione Domini ab eorum cordibus ipſo reviviſcente fugabatur, & gaudium reſurrectionis annunciabatur.

Sequitur: *Oremus*, ut ſic adjuvante Domino a morte peccati reſurgamus, Rom. 6
in eadem iterum non cadamus, quia Chriſtus reſurgens ex mortuis jam non moritur, &c. & idcirco peccatum non dominetur nobis. Nam qui facit peccatum, teſte Apoſtolo, ſer- Joan. 8
vus eſt peccati, fugiamus ergo tam

hor-

Digitized by Google

horribilem dominum, & ad miſericordem Dominum, & pietatis & dulcedinis revertamur. Nam & pater omnium non dedignatur appellari, quia pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis eſt, revera enim ut Deum patrem noſtrum nominare valeamus, divina informati ſumus inſtitutione. Filius enim, qui dicitur coæqualis Patri, hoc nos docuit, & ſic frater noſter inſtituit. Ipſe namque eſt Filius Dei per naturam, nos filii ipſius per gratiam. Ergo, Pater noſter qui es in cœlis, &c. Petimus ergo panem noſtrum, & reſpondent clerici circumſtantes. Amen, quod ſecundum Hieronymum, Hebræum eſt, & ſonat, ut vere, & fideliter fiat, quaſi dicat Eccleſia aſtans ſacerdoti in Miſſa: O reverende ſacerdos, quidquid in hac oratione petiſti, & optaſti, in te & in nobis, veraciter & fideliter fiat & compleatur.

2 Cor. 1 — Matt. 6 — Hier. ep. 117 ad Marcellam

Sequitur: *Libera nos quæſumus Domine ab omnibus malis præteritis, præſentibus, & futuris*, ut tui auxilio & te miſerante, præterita mala deleantur, præſentia vincantur, futura præcaveantur.

Et intercedente Beata & glorioſa Virgine ſemper Dei genitrice Maria, uſque, *Per eumdem Dominum noſtrum*, &c. In hoc loco canonis tertio fit commemoratio Sanctorum. In hac oratione omnes Sancti comprehenduntur, & includuntur, quando Beatæ Dei genitricis, & Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Andreæ nomina recitantur. Omnes enim Sancti, aut per caſtitatem, aut virtutum firmitatem, aut per humilitatem, aut per virilitatem pugnæ pro juſtitia regna cœlorum adepti ſunt. Unde in Beata Maria Virgine deſignatur caſtitas: in beato Petro, virtutum firmitas: in ſancto Paulo, humilitas: in Andrea virilitas pugnæ pro juſtitia uſque ad mortem.

Sequitur: *Da propitius pacem*, &c. Orat ſacerdos cum collecta pro pace, & hoc ipſum beatus Paulus inſtituit fieri, ſic dicendo: Obſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro ominibus hominibus, pro Regibus, & his qui in ſublimitate conſtituti ſunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate. Orat ergo Eccleſia pro pace temporali, ne impediatur, vel retrahatur a pace ſpirituali.

1 Tim. 2

Sequitur: *Ut ope miſericordiæ tuæ adjuti*, quantum ad interiorem, & exteriorem religionem pertinet, *a peccato ſimus ſemper liberi, & ab omni perturbatione ſecuri*. Perturbamur enim ſi peccatis mortalibus gravamur, & obcæcatur cor humanum: perturbamur quando noſtro arbitrio relinquimur, & a nobis divina gratia ſubtrahitur & elongatur, quod, ne fiat, ſacerdos *per eumdem*, id eſt, propter eumdem *Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum* Patris Filium orat.

Sed antequam ſacerdos in hoc loco *per eumdem Dominum* incipiat, calicem diſcooperit, & corpus Domini ſuper calicem levans, dividit in tres partes, unam partem in calicem mittens, duas extra reſervans, & antequam unam partem in calicem mittat, alta voce: *Pax Domini* pronunciat. Tria quoque ſigna crucis, cum corpore Chriſti in calice ſignat. Et quid hoc ſignificet breviter videamus. Et primo quare hoſtia dividitur in tres partes, quam cauſam Sergius Papa determinat, ſic: Triforme eſt corpus Chriſti. Pars hoſtiæ in calicem miſſa, corpus Chriſti, quod a mortuis reſurrexit & animæ unitum eſt, monſtrat. Pars comeſta ambulans adhuc ſuper terram. Pars in altari uſque ad finem remanens, membra Chriſti eſſe corpora Sanctorum, uſque ad finem mundi in ſepulchris quieſcentia deſignat. Dividitur autem ſub forma panis in Altari corporis Chriſti ſpecies non eſſentia, deitate in ſua unione permanente, quæ dividi non poteſt. Sed in quare fiat corporis Chriſti diviſio, vel fractio oſtendit Auguſtinus, dicens: Quando Chriſtus manducatur, reficit non deficit. Nam & Chriſtus carnalem ſenſum diſcipulorum redarguit, qui putabant ejus carnem ſicut aliam dividendam in partes, & in morſus lacerandam. Dividitur autem forma, vel ſpecies. Conſecratione

De conſ. d. 2 c. Triforme.

Referatur hoc ex Aug. in ſerm. quodam de verb. Ev. de conſ. d. 2 c. ſuvit.

Digitized by Google

ne namque peracta corpus Chriſti ſub A accidentibus panis velatur, quæ accidentia ſunt color, ſapor, qualitas, quantitas, & forma. Subſtantia namque panis, & vini in conſecratione per verba Chriſti reſecatur, ſed accidentia remanent. Nam ſi accidentia auferrentur, ſacerdos Miſſam non perficeret, ſed terreretur. Unde in hoc fragilitati humanæ conſulitur. Poſſunt ergo in tribus partibus Euchariſtiæ tres ſubſtantiæ in Chriſto ſignari, ſcilicet Deitas, corpus, & anima. Quod autem una particula in calicem mittitur, per hoc intelligi datur, quod caro Chriſti in paſſione mortua eſt: & anima immortalis, & Deitas impaſſibilis & hoc duæ particulæ extra calicem reſervatæ re- B præſentant.

Item in tribus partibus Euchariſtiæ poteſt Sancta Trinitas deſignari. Quod igitur particula in calicem mittitur, duabus extra remanentibus, figurat, quod licet indiviſibilia ſint opera Trinitatis: tamen ſecundum Auguſtinum ad ſolum Chriſtum pertinet caro, ergo pars in calicem miſſa, incarnatum & paſſum ſolum Chriſtum Dei filium deſignat. Duæ vero partes extra calicem ſervatæ, immunitatem carnis, Patris & Spiritus ſancti figurant. Non enim pater vel Spiritus ſanctus eſt incarnatus vel paſſus, ut Aug. li. de Eccleſiaſt. dogm. ca. 2 dicit Auguſtinus, ſed incarnatio ad ſolum Chriſtum pertinet. Quod autem indiviſibilia ſanctæ Trinitatis ſint opera, ſacerdos innuit, cum hoſtiam dividit, dicens namque ad Patrem. *Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum*, uſque, *qui tecum vivit & regnat*, unam fractionem facit, ac ſi diceret, dividere videor indiviſibilem, & ſi Chriſtus mortuus eſt ex humilitate, vivit tamen ex virtute Divinitatis, in qua ſemper cum Patre exiſtens numquam receſſit a Patre. Cum vero dicit: *In unitate Spiritus ſancti*, hanc Euchariſtiæ facit fractionem, ac ſi diceret, licet Spiritus ſanctus obumbraſſe virgini legatur in conceptione Filii, tamen a Patre æternaliter procedens Spiritus ſanctus, Patrem & Filium numquam deſeruit, ſed ſancta Trinitas indiviſa permanet. Per omnia ſæcula ſæculorum.

Item Euchariſtia in tres partes dividitur, in hoc tres partes corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, figurantur, ſcilicet caput cum membris. Una pars eſt ipſum caput, ſcilicet Chriſtus primitiæ dormientium. Altera pars animæ Sanctorum in cœlo triumphantium. Tertia pars in terra militantium. Quod autem duæ partes ſeorſum extra calicem ſervantur, per hoc intelligi datur, quod Chriſtus reſurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra, &c. nec his qui cum ipſo ſunt ſanctis. Rom. 6 Unde in Apocalypſi legitur: Non Apoc. 7 eſurient neque ſitient amplius, &c. Tertia vero pars in calicem ponitur, & ſignat eos qui adhuc in pugna, vel militia paſſionis hujuſmodi exiſtunt.

Item Euchariſtia in tres partes diviſa, tres ordines Eccleſiæ ſignificat, ſcilicet virginum, viduarum, & conjugatorum. Duæ ergo partes extra calicem ſervatæ, cælibatum & ſanctimoniam virginum & viduarum repræſentant. Nam ſecundum Apoſtolum, Virgo & innupta cogitat, quæ 1 Cor. 7 Domini ſunt. Tertia vero pars in calicem miſſa ſtatum conjugatorum, & paſſionem deſignat. Unde ipſe Apoſtolus dicit: Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, id eſt, de paſſionibus diverſis conjugatorum, tam in rebus quam in aliis. Dicit enim: Tribulationem autem carnis Ibidem. C habebunt hujuſmodi, id eſt, conjugati. Offertur autem hoſtia Chriſti in altari, ut virgines & viduæ in ſanctimonia perſeverent, & pro adjutorio conjugatorum, ne in tribulationibus hujus mundi poſiti deſperent.

Item Euchariſtia in tres partes dividitur & offertur ad tria deſignata in his verſibus.

Corporis in partes Chriſti diviſio fit tres.
Tincta datur vivis, ſed pars non tincta ſupernis.
Eſt donanda reis, tertia pars juſtificandis.

Iſti verſus ſic intelliguntur. Prima pars miſſa in calicem offertur pro vivis Chriſtianis, qui in miſeriis, & preſ-

Digitized by Google

ſuris hujus mundi affliguntur & patiuntur, quatenus Deus mitigare dignetur afflictiones eorum. Altera pars extra calicem reſervata, offertur ad laudem, & ad gloriam Sanctorum, qui jam triumphant in cœlo in regno cœlorum. Tertia pars offertur pro his, qui ſunt in purgatorio, ut a pœnis citius liberentur & abſolvantur, quatenus & ipſæ animæ in ſinu Abrahæ, hoc eſt, in gaudio & refrigerio aſſumantur, & gloria ſicut cæteri Sancti perfruantur.

Sequitur antequam tertiam particulam in calicem mittat, *Pax Domini* alta voce pronunciatum, per quod datur intelligi, quod Chriſtus a mortuis reſurgens triplicem pacem diſcipulis annunciavit ſcilicet pacem temporis, pectoris, & æternitatis. Hæc pacis tria genera deſignata ſunt in tribus ſignis crucis, quæ ſacerdos ſacerdos facit cum corpore Chriſti inter calicem, dicens: *Pax Domini ſit ſemper*, *&c.* & reſpondet chorus: *Et cum ſpiritu tuo*, quaſi dicat: Tu nobis pacem optas, & eadem pax cum ſpiritu tuo maneat, quatenus totus in ſpiritu myſteriis divinis inſiſtas, & ſpirituali gaudio plenus fias. Hæc triplex pax in tribus oſculis deſignatur, quia ſacerdos altare tribus vicibus oſculatur, ſcilicet in principio Miſſæ, in medio, & in fine. Nam cum Chriſtus naſceretur, in principio temporis pacem ſecum attulit, ut ad edictum unius hominis deſcriberetur univerſus orbis. Hæc pax deſignatur in primo oſculo, quod in initio Miſſæ ſacerdos altari imprimit. Secunda pax eſt pectoris, & ſignatur in ſecundo oſculo, quod ſacerdos facit in canone, quando dicit: *Supplices te rogamus*. Chriſtus namque cum mortem pro nobis pertulit, nos Deo, & Angelis pacificavit, & pacem pectoris nobis donavit. Et ad hanc pacem confirmandam, pectus, & latus cum lancea aperiri voluit, & ad pacem ſui cordis nos intromiſit. Tertia pax æternitatis figurata eſt in ultimo oſculo altaris. Chriſtus namque conſummatis omnibus, quæ de eo ſcripta fuerunt in lege & prophetis, poſt in cœlum aſcendens, Patri nos reconciliavit, ſic & Miſſa peracta pacem æternitatis nobis paravit.

Pax Domini &c. triplicem pacem, quam Chriſtus diſcipulis annunciavit, ſignificat.

Sed notandum, quod a dominica oratione uſque ad finem Miſſæ interdum ſilentium celebratur, & interdum a ſacerdote cantus, vel, a clero alta voce inchoatur, per hoc intelligi datur, quod Chriſtus reſurgens ex mortuis, interdum ſilentium mœroris a cordibus diſcipulorum per ſuam dulciſſimam apparitionem, & ſalutationem fugavit: aliquando vero corporalem præſentiam ab eis auferens, ſe & quando voluit occultavit. Legitur etiam, Chriſtum infra quadraginta dies apparuiſſe decies poſt reſurrectionem, & interim quoties voluit ſe occultaſſe. Nam in ipſa die Reſurrectionis quinquies; in Aſcenſione bis: ut Chriſtus ſuam reſurrectionem cordibus diſcipulorum, & aſcenſionis gloriam eorum mentibus imprimeret, & ut ipſi diſcipuli quæ ſurſum ſunt ſaperent, non quæ ſuper terram. Ceteræ autem apparitiones, intra quadraginta dies factæ ſunt. Hanc autem viciſſitudinem ſacerdos in Miſſa ab oratione Dominica uſque ad finem Miſſæ, ut dictum eſt ſubtilius jam cantando, pulcherrime ræpræſentat.

Quædam alta voce quædam in ſilentio a ſacerdote cur dicuntur. Chriſtus decies poſt reſurrectionem apparuiſſe legitur.

Col. 3

Sequitur *Agnus Dei*, quod Sergius Papa inſtituit, ut cum fractione corporis Domini devotiſſime cantetur. Dicitur autem agnus ab agnoſcendo, quia matrem ſuam in magno grege per balatum agnoſcit. Sic Chriſtus in cruce poſitus, Patrem agnovit per obedientiam: quia factus eſt ei obediens uſque ad mortem, &c. Item agnovit matrem per debitam reverentiam, quia eam dulciſſimo diſcipulo ſuo Joanni commendavit in morte. Chriſtus eſt agnus propter innocentiam, quia innocenter occiſus eſt, ideo plangendus eſt. Ideo canit Eccleſia: Plangent eum quaſi unigenitum, quia innocens Deus occiſus eſt.

Sergius Papa ut Agnus Dei cantaretur inſtituit.

Philip. 2

Ex Zach. 12

Cantamus ergo ter agnus Dei, quaſi dicamus, *Agnus Dei*, qui agnoviſti patrem per obedientiam, matrem per reverentiam, *miſerere nobis*: *Agnus Dei*, *qui tollis peccata mundi* per innocentiam, *dona nobis pacem*. Item *Agnus Dei* ter cantamus, ut liberemur a malis præteritis, præſentibus & futuris. Poſt hoc, oſculum amicis por-

porrigimus antequam communicemus, A quod Innocentius Papa inſtituit. In hoc ſignatur, quod omnis amaritudo corporis a nobis ſeparanda eſt, quia ſi ab invicem diſcordamus, in Chriſti corpore non manemus, ſicut dicit Apoſtolus, & Evangeliſta Joannes: Omnis, qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, & ſcimus, quod omnis, qui odit fratrem, non habet partem in regno Dei. Teneamus ergo pacem temporis cum proximis, pacem pectoris cum nobiſmetipſis, ſcilicet omnes homines in Chriſto B ſinceriter diligendo, ut pacem æternitatis conſequamur in cœlis adiuvante Domino noſtro Jeſu, &c.

1 Joan. 3

Poſtea mittit ſacerdos partem hoſtiæ in calicem, dicens: *Fiat hæc commixtio*. Quid autem hoc ſignificet, ſuperius pertractatum eſt, niſi quod ſacerdos in hac clauſula, ſalutem mentis & corporis ſibi, & omnibus ſumentibus corpus Domini exoptat, & ad vitam æternam promerendam, & capeſcendam præparatio ſalutaris fiat. Hæc enim valde neceſſaria ſunt corpus Chriſti ſumere volenti- C bus, ut ſalutem mentis, & puritatem cordis habeant, & mundam conſcientiam ad vitam promerendam.

Deinde ſequitur oratio: *Domine Jeſu Chriſte*. In qua oratione petuntur tria, a peccatis liberatio, præceptorum Dei obeditio, & a Deo numquam ſeparatio, ſicut patet in littera.

Poſt hanc orationem, memoria Dominicæ paſſionis breviter, & memoriter cum omni devotione habenda eſt, contrito corde & conſcientia non ficta. Hic attendendum eſt, quod a ſacerdote poſt hanc orationem, dicendum eſt ſub ſilentio, *Amen*, quod alibi non fit in canone, niſi poſt Pater noſter & in hoc loco. Sacerdos enim canonem tacite legit, & ideo nemo ei reſpondet, *Amen*, nec ipſe ſacerdos in quocumque loco canens, ſubiungere debet, *Amen*, excepto quando canonem finit poſt hanc orationem, Domine Jeſu Chriſte, &c. *Amen*.

Finito canone ſacerdos ſe applicat ad ſuſceptionem ſacroſanctæ hoſtiæ. Quidam enim ſacerdotes de manu, quidam de patena ſumunt. Hi qui de patena corpus Chriſti ſumunt in latitudine charitatis, quæ in patena figurata eſt. Interim cantatur, *communio*, hoc eſt, quod diſcipuli gaudium Reſurrectionis, mutuo ſibi nunciaverunt.

Poſt hoc ſequitur oratio, & ſignatur quod undecim diſcipuli in Galilæa videntes Dominum, adoraverunt. Item ſignatur, quod in cœlis pro nobis orat, ræpreſentatione ſuæ paſſionis & vulnerum, & quod poſtea iterum ſe oſtendet.

Chriſtus in cœlis pro nobis orat ſua vulnera patri repræſentando. Joan. 14

Et poſt hoc dicit: *Ita Miſſa eſt*, & populum benedicit. Quod ſignat, quod veniet in judicio, & ſe nobis oſtendet, & fidelibus ſuis dabit benedictionem ſuam, & tunc læti vadent ad manſiones ſuas, de quibus dicitur in Joanne: In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Ad quas manſiones nos perducat ipſe Pontifex, & Sacerdos, qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit & regnat, Amen.

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ S. R. E. CARDINALIS, EPISCOPI ALBANENSIS.

EXPOSITIONIS IN LIBRUM ECCLESIASTES,

PROOEMIUM.

Pſal. 39 A Beatus vir, cujus eſt nomen Domini, ſpes ejus, & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas. Cum, ſicut vult beatus *Dionyſ. de div. nom. cap. 4* Dionyſius, bonum ſit primum appetibile: bonum autem cum ſit duplex, temporale ſcilicet, & æternum, *2 Cor. 4* juxta illud: Quæ videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna ſunt: duplicem in nobis *Amor duplex in nobis.* generat amorem, ſive appetitum, ſcilicet charitatis, & libidinis, ut charitas ſit amor rediens ad æterna, libido ad terrena. Et quia convenientiam, & differentiam appetituum ſequitur convenientia, & diſconvenientia morum, & ſecundum convenientiam in legibus & moribus conſiſtit unitas civitatis: *Civitas duplex.* ex hoc duplici amore duplex oritur civitas, ſcilicet ſuperna Hieruſalem, & civitas Babylonis. Primæ fundamentum eſt charitas ordinata: ſecundæ, libido perverſa. Superna ergo civitas, quia fundata eſt in charitate, quæ erigit ad æterna, in æternis quieſcit, & in eis beatitudinem ponit. Babylonis vero civitas, quæ per libidinem deprimitur ad terrena, in his terrenis beatitudinem ponit. Et ſic relinqui- *Beatitudo duplex.* tur ex prædictis, quod ſicut duplex bonum eſt, ſic duplex amor, ſic duplex civitas, ſic etiam beatitudo duplex, vera ſcilicet in æternis, falſa in temporalibus, & caducis. Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt. *Pſal. 143* Et ſicut amor charitatis, & libidinis, ſic obviant ſibi, ut ſimul eſſe non *Matth. 6* poſſint: ſic hæ duæ beatitudines. Nemo enim poteſt duobus dominis ſervire. Ideo ſi quis vult eſſe beatus, neceſſe eſt, ut futura bona diligat, & contemnat præſentia: ideo Spiritus ſanctus per Pſalmiſtam, virum beatum ab hoc duplici actu deſcribit, a ſupernorum delectatione, quæ faciunt beatum. Beatus vir, cujus eſt nomen *Pſal. 39* Domini ſpes ejus: & a terrenorum aſpernatione, quæ faciunt vanum, cum dicit: Et non reſpexit in vanitates, *Ibidem.* & inſanias falſas. Vere, Beatus vir, cujus nomen Domini ſpes ejus. Solus enim Dominus beatificat, nec aliud nomen ſub cœlo eſt, quod beatificet. Solus enim Dominus eſt beatus per eſſentiam. *Solus Dominus beatificat.* Serves mandatum ſine macula, irreprehenſibile, uſque *1 Tim. 6* B in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti, quem ſuis temporibus oſtendet beatus, & ſolus potens, Rex Regum, & Dominus Dominantium. Illi ſoli ineſt beatitudo, & potentia per eſſentiam: beatitudo autem noſtra eſt per participationem. Secundum quod eſt per participationem, ortum habet ab illo, quod eſt per eſſentiam. Ergo beati ſumus, participantes ex fonte beatitudinis, qui eſt Deus. Ideo ſcriptum eſt: Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt. *Apoc. 19* Primo enim Deus per diſpenſationem beatitudinem cummunicat agno: per conſequens, qui ab C agno ſunt vocati, beati ſunt. Solus etiam habet affluentiam, quæ de ſapientia, quæ Deus eſt, dicitur ſingulariter. Pretioſior eſt cunctis opi- *Prov. 3* bus, & omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera ejus, & in ſiniſtra illius divitiæ, & gloria. Beatitudo *Boetius li. 3 de conſ. pro. 2* autem noſtra eſt per bonorum omnium aggregationem, ergo in eo ſolo eſt, qui habet omnium affluentiam. Ideo infertur ſtatim: Lignum *Prov. 3 Sap. 7* vitæ eſt iis, qui apprehenderunt eam,

Digitized by Google

eam, & qui tenuerit eam beatus. Et: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Solus habet intranſmutabilitatis quietem, quia omnia variantur, ſed non variatur. Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Beatitudo autem noſtra eſt per bonorum congregatorum tranquillam poſſeſſionem, quia ſine pace beatitudo eſſe non poteſt. Cum igitur in nullo ſit perfecta tranquillitas, niſi in Deo, non ergo poſſumus pacificari, nec beatificari, niſi in Deo, unde dicitur: Beati mortui, qui in Domino moriuntur: amodo jam dicit ſpiritus, ut requieſcant a laboribus ſuis. Solus etiam habet æternitatis immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem, qui ſolus habet immortalitatem. Beatitudo autem noſtra eſt per bonorum poſſeſſorum interminabilem durationem. Status enim, qui finiri poteſt, beatus non eſt, ſed miſeriæ ſubjacet. Cum igitur interminabilitas non poſſit haberi, niſi a fonte immortalitatis, in eo ſolo beatificatur, ideo dicitur: Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te; quia erit eorum lætitia ſempiterna. Venient in Sion cum laude, & lætitia ſempiterna ſuper caput eorum: gaudium, & exultationem obtinebunt. Beatus igitur vir, cujus eſt nomen Domini ſpes ejus, ſed non ſolum beatus, immo perfecte beatus. Vanus eſt, qui ſperat in mundo; reſpicit enim in vanitates, & inſanias falſas: ideo evaneſcit ſecundum illud: Elongaverunt a me patres veſtri, & ambulaverunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt: poſt vanitatem, id eſt, poſt mundum. Mundus enim cum ſuis vanus eſt, quia non præbet fulcimentum innitenti, unde dicitur: Ægyptus fruſtra, & vane auxiliabitur, eo quod innitenti ſibi fulcimentum non præbet. Eſt enim baculus arundineus, ſuper quem ſi innixus fuerit homo; perforabit ambas manus ejus: quia mundus, & mundana omnia omnes in eis confidentes reddunt debiles, & inanes, & ad omne opus bonum ineptos: ideo dicitur manus perforare,

Jac. 1

Beatitudo ſine pace non eſt.

Apoc. 14

1 *Tim. ult.*

Pſal. 83

Iſa. 35

Vanus quis dicatur.

Hier. 21

Iſa. 30

Mundus arundineo baculo comparatur.

A Ideo deſperans Propheta de auxilio mundanorum, petit: Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana ſalus hominis. Vanus etiam, quia non præbet plenitudinem continenti, unde dicitur: Avarus non implebitur pecunia. Et ratio hujus eſt, quia mundana omnia vana: & vana non implent. Unde dicitur: Vana ſpes, & mendacium viro, & inſenſato; quaſi qui apprehendit umbram, & ſequitur ventum, ſic qui attendit ad vana mendacia: unde ſicut ventus non ſatiat ventrem, nec umbra replet: ſic nec temporalia, quæ ſunt umbra æternorum, ad quæ anima eſt creata. Vanus etiam eſt, quia non dat quietem laboranti, & ideo, qui pro mundanis laborat, in vanum laborat. B Quid proderit homini de univerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſolem? Cuncti dies ejus laboribus, & ærumnis ſunt pleni, nec per noctem mente quieſcit, & hoc nonne vanitas eſt? quia laborat in vanum, quia non quieſcit. Mundus iſte non poteſt dare quietem: quia nec ipſe permanet, immo ſemper circuit: ergo qui ei adhærent, neceſſe habent circuire. Ideo dicitur: In circuitu impii ambulant. Vanus etiam, quia non præbet fructum diligenti, unde dicitur; Qui amat divitias, fructum non capiet ex eis, & hoc ergo vanitas. Non capiet fructum immo magis damnum; quia lucrando mundum, perdit Deum, & perdit ſeipſum, C & ſecundum quod inquit Dominus; Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? homo lucrando mundum, patitur animæ detrimentum. Mundus enim, prætendendo altitudinem, erigit in ſuperbiam, & per hoc hominem evaneſcere facit, juxta illud: Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tamquam pullum onagri ſe liberum putat, dum enim ad vana extenditur, in vanam ſuperbiam elevatur, ſecundum illud: Elevaſti me, & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti valide. Mūdus etiam, prætendendo dulcedinem, inflammat ad luxuriam, ſicut vinum ſua dulcedine trahit ad gulam, & per hoc ad luxuriam, unde ſcriptum

Pſal. 59

Eccl. 5

Ecc. 34

Eccl. 1

Mundus quare non poſſit dare quietem.

Pſal. 11

Eccl. 5

Matt. 16

Job 11

Job 30

Digitized by Google

eſt : Vinum, quod prævalet omnibus, A
qui bibunt illud, ſeducit mentem.
Item quia divitis, & orphani facit
mentem vanam, & hoc inflamman-
Ephe. 5 do ad luxuriam, juxta illud: Nolite
inebriari vino, in quo eſt luxuria. Ad
hanc vanitatem mundus traxit Salo-
Eccl. 2 monem: Dixi, vadam, & affluam de-
liciis, & fruar bonis: & vidi, quod
hoc quoque eſſet vanitas. Mundus
etiam, prætendendo ſufficientiam, tra-
hit ad cupiditatem, & per hoc facit
Prov. 21 cor hominis vanum, juxta illud: Qui
congregat theſauros lingua mendacii,
Avaritiæ effectus malum. vanus, & excors eſt. Non ſolum ava-
ritia facit hominem vanum, immo
etiam ſine corde: dicitur enim de ava-
Eccl. 10 ro: Qui projecit intima ſua: quia ſe-
Matth. 6 cundum quod dicit veritas: ubi eſt
1 Cor. 3 theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum:
ſed theſaurus eſt extra, ergo & cor
extra. Mundus prætendendo ſapien-
tiam, allicit ad curioſitatem, & per hoc
facit vanum, unde dicit Apoſtolus, &
ex Pſal. 93 trahit a Pſalmo: Dominus ſcit cogita-
tiones hominum: quoniam vanæ ſunt:
Hier. 10 quia ſecundum illud: Stultus factus
eſt omnis homo, a ſcientia ſua, ſci-
licet ſapientia humana, quæ non co-
gnoſcit utilia, ſed mutabilia, & ideo
Dominus fecit eam ſtultam, ut inquit
Apoſtolus: Stultam fecit Deus ſapien-
1 Cor. 1 tiam hujus mundi. Sapientia ſtulta,
vana eſt, quia erronea, unde dicitur:
Eccl. 34 Divinatio erroris, & auguria men-
dacia, & ſomnia maleficientium, va-
nitas eſt. Ab hac quadruplici vani-
Homo quadrupliciter evaneſcit. tate cordis interiori, quadrupliciter
evaneſcit homo exterius. Primo nam-
que vanitas ſuperbiæ reddit infructuo-
Eccl. 6 ſum, juxta illud: Non te extollas in
cogitatione animæ tuæ, velut taurus,
ne forte elidatur virtus tua, & relin-
quaris velut lignum aridum in ere-
mo: & ita vanum, quantum ad fru-
Hier. 10 ctum boni operis, ut dicitur: Vana
ſunt opera eorum, & riſu digna, quæ
die viſitationis ſuæ peribunt. Vani-
tas avaritiæ reddit negotioſum, &
per hoc multis laboribus obnoxium.
Eccl. 4 Conſiderans reperi, & aliam vanita-
tem, ſub ſole: unus eſt, & ſecun-
dum non habet, & tamen laborare
non ceſſat, nec ſatiantur oculi ejus
divitiis. Divitiæ enim ſunt dii alieni,
Hier. 16 de quibus dicitur: Servietis diis alie-
nis, qui non dabunt vobis requiem;
die ac nocte. Vanitas luxuriæ red-
dit hominem compoſitum, quia lu-
xurioſi ſe exterius conſueverunt or-
nare, unde in perſona eorum dicitur:
Coronemus nos roſis, antequam mar- *Sap. 2*
ceſcant: & hoc quidem vanitas, quia
dicitur: Fallax eſt gratia, & vana eſt *Prov. ulti*
pulchritudo. Ideo vana, quia omnis glo-
ria, & pulchritudo carnis tamquam
flos fœni. Vanitas mundanæ ſapientiæ
reddit vaniloquum. Dum enim cor *1 Tit. 1*
errat, os vana pronuntiat. Finis præ-
cepti eſt charitas de corde puro, &
conſcientia bona, & fide non ficta, a
quibus quidam aberrantes converſi ſunt
in vaniloquium, non intelligentes,
neque quæ loquuntur, nec de quibus
B affirmant: & quia mundana ſapien-
tia fiunt corrupti, & decepti, alios
volunt per vana verba reducere. Un- *Tit. 1*
de: Sunt multi inobedientes, vani-
loqui, & ſeductores, maxime, qui
de circumciſione ſunt, quos oportet
redargui Sic igitur a vanitate rerum
exteriorum, oritur vanitas cordium,
& ab hac oritur vanitas exteriorum
operum. Secundum hoc igitur colli-
gitur, quod triplex eſt vanitas, ſci- *Vanitas triplex.*
licet mutabilitatis, iniquitatis, & pœ-
nalitatis, & ſecundum quod dicit
Hugo de Sancto Victore. Prima eſt
naturalis, quia apta: ſecunda culpa-
bilis, quia perverſa: tertia pœnalis,
& miſera: & habet una ortum ab *Idem infra*
alia, ut videtur. Qui igitur vult re- *Pag. 313*
C cedere a vanitate miſeriæ, deſerat *col. 1*
vanitatem culpæ, & qui hanc vult
deſerere, non reſpiciat ad vanitatem
mutabilitatis naturæ, ſed ſperet, & *Pſalm. 39*
adhæreat Deo, ſic beatus eſt. Bea-
tus igitur, vir, cujus eſt nomen Do-
mini ſpes ejus, &c.

Quoniam igitur ſapientis eſt, viam
docere ad veniendum in beatitudi-
nem, hoc fuit præcipuum, & operæ
pretium ſapienti Salomoni: ſed quia,
ut patet ex dictis, ad beatitudinem
neceſſe eſt æterna diligi, & præſen-
tia deſpici, & ulterius ſcire in me-
dio pravæ nationis debite converſari. *Salomonis libri.*
Ideo tres libros edidit. Proverbio-
rum, ſcilicet, in quibus docet filium
ſapienter in hoc ſæculo converſari:
Eccleſiaſten, in quo docet præſentia
contemnere: Et Cantica Cantico-
rum:

rum, in quibus docet cœleſtia diligere, maxime ipſum ſponſum. Sic igitur patet, quis ſit finis libri Eccleſiaſtes. Et quoniam finis imponit neceſſitatem his, quæ ſunt ad finem, cum finis ſit contemptus præſentium, de eis tractat, non ea ratione, qua attrahunt, ſed ea ratione, qua contemnuntur: attrahunt ſub ſpecie boni, ſed contemnuntur ſub ſpecie vani: ideo ſequitur ex hoc, quod materia hujus libri fuit rerum præſentium vanitas, ſive ipſæ res, ſecundum quod vanæ, ut melius dicatur, quia vanitatem, quaſi paſſionem probat in rebus. Primo proponens, ſecundo probans, tertio concludens. Unde procedit perſuadendo, & probando illam, ſcilicet triplicem vanitatem, quæ ſupradicta eſt, ſcilicet naturæ, culpæ, & miſeriæ. Et ex hoc patet modus agendi, ſive forma: habet enim modum agendi ſingularem inter alios libros: pro cedit enim, ut Concionator, diverſorum ſententias proponendo, modo ſapientis, modo ſtulti, ut ex plurium ſententiis, una clareſcat veritas in animis auditorum. Ex prædictis concluditur, quis debuit eſſet efficiens. In iſto enim libro docentur contemni voluptates, divitiæ, honores, & curioſitates, tamquam vanitates. Et quia non creditur de contemptu, talium, niſi experto, non enim creditur pauperi, qui non habuit divitias de ipſarum contemptu, quia non eſt expertus, & ideo non recognoſcit; oportuit, quod eſſet talis, qui omnium haberet experientiam, horum ſcilicet, qui eſſet potens, dives, luxurioſus, & curioſus, ſive ſapiens: nullum alium legimus, nec audivimus in tanta excellentia habuiſſe, ſicut habuit Salomon. Ideo ipſe præ cæteris fuit talis libri convenientior auctor.

Materia hujus libri

Modus agendi in hoc libro

Efficiens cauſa libri hujus.

Patet igitur, quæ ſit hujus libri cauſa, materialis, formalis, efficiens, & finalis: ſed juxta has quatuor cauſas, quatuor pericula poſſunt quæri. Primo de fine, dicitur enim, quod finis libri eſt contemptus mundi, quod autem ſic ſit determinatus, probatur per illud, quod dicitur: Amicitia hujus mundi inimica eſt Dei: ſed omne, quod Deo eſt inimicum, bonum eſt contemnere.

Iac. 4

Item: Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt. Sed contra: Laus operis redundat in artificem, ergo & contemptus operis redundat in eumdem: ergo qui contemnit mundum, contemnit Deum: aut igitur iſte mundus non eſt factus a Deo, aut non eſt contemnendus. Item: Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, ergo omnia ordinantur ad Deum: ſed quod ordinatur in finem non eſt contemnendum, ſed accipiendum, & amandum: ergo mundus iſte, & ea, quæ ſunt in eo, ſunt amanda.

1 Joan. 2

Prov. 16

Reſpondeo, dicendum, quod ſicut vult Auguſtinus, & Hugo, mundus iſte eſt, quaſi quidam annulus datus a ſponſo, ipſi animæ, ſponſa autem dupliciter poteſt diligere annulum a ſponſo ſibi collatum, amore ſcilicet caſto, & adulterino. Amor caſtus eſt, quo diligit annulum in memoriam ſponſi, & propter amorem ſponſi. Adulterinus quo diligit annulum plus, quam ſponſum, & hoc ſponſus non poteſt non habere pro malo. Sicut enim duplex eſt amor, ita duplex eſt odium, vel contemptus, quia quoties dicitur unum oppoſitorum, & reliquum: contemptus annuli, quaſi ſit parvum, vel vile donum, redundat in ſponſum, ſed contemptus annuli, quaſi nihil reputetur, comparatione amoris ſponſi, iſte eſt ad gloriam ſponſi, & de hoc contemptu dicitur: Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam; de hoc contemptu eſt hic ſermo, & ſic patent obiecta. Poſtmodum quæritur de materia, & dicitur, quod hic agitur de vanitate. Sed contra; Omnis ſcientia eſt de bono & vero, ſed vanum privat bonitate, & veritate, ergo de ipſo non eſt ſcientia. Præterea videtur, quod in rebus non ſit vanitas, quia dicitur; Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona: ergo ſi omnia ſunt valde bona, nihil eſt vanum. Præterea vanum eſt, fruſtra, quod non eſt ordinatum in finem, ſicut ſi aliquis ſe balnearet, ut ſol deficeret, in vanum operaretur, quia hoc non eſt ordinabile ad illud, ſed omnes creaturæ tendunt ad ſummum bonum ſuo modo, ut dicit Dionyſius,

Aug. in Pſal. 36 t. 8

Cant. 8

An de vano, poſſit eſſe ſcientia.

Gen. 1

Dionyſ. de div. no. cap. 4 Boet. lib. 3 de conſ. pro. Ariſ. lib. 1 Ethic. c. 1

ſius, & Boetius quod omnia bonum exoptant, & etiam Philoſophus, ergo nihil in rebus omnibus reperitur vanum. Præterea ſi reperitur, & ſcientia iſta eſt fundata ſuper illud, tamquam ſuper ſubiectum, & quod fundatur eſt vanum, ergo hæc ſcientia vana eſt.

Solutio Vanum dupliciter dicitur.

Ad intelligentiam prædictorum, uno modo poteſt dici ſic, quod vanum dicitur dupliciter, uno modo ſimpliciter, & ſic privat vero, & bono, & tale non eſt in univerſo. Eſt alio modo vanum per comparationem ad ad terminum initialem, quia de nihilo, & ſic non repugnat bono, immo unum, & idem quod eſt bonum, & vanum: ſed bonum, quia a bono, & ad bonum: & vanum, quia de nihilo & ſibi relictum tendit ad nihil, & talis varietas habet bonitatem ſub ſcientia, & ideo de tali poteſt eſſe ſcientia, vel doctrina. Et per hoc reſpondi poteſt ad omnia obiecta: quia procedunt, ac ſi eſſent de vano ſimpliciter: ſed hæc ſolutio non ſolvit: quia non agit Eccleſiaſtes de rebus ſecundum, quod ſunt ex nihilo, immo ſecundum quod ab omnibus appetuntur. Et præterea agit de vanitate culpæ, quæ privatio eſt, ideo oportet aliter dicere.

Verum tripliciter dicitur, & vanum ſimiliter.

Et reſpondeo, dicendum, quod ſicut verum dicitur tribus modis: ita & vanum ſibi oppoſitum, per regulam ſupradictam. Uno modo dicitur verum, ſecundum quod convertitur cum ente, & ſic dicitur, quod omne ens eſt verum, & ſic vanum vero oppoſitum dicitur non ens, ſicut dicimus, quod chimera non eſt ens. Alio modo dicitur verum, ſecundum quod ultra entitatem addit ordinem ad operationem, & finem, ſicut dicitur verum vinum, quod habet veram operationem vini, ſic homo verus, qui habet operationem debitam homini, & hæc eſt operatio virtutis, & ſic vanum dicitur per privationem ordinationis in finem, & ſic peccata omnia, & abuſiones vanæ fiunt. Alio modo dicitur verum, ſecundum quod addit ſupra eſſe impermixtionem ad non eſſe quod nullo modo habet potentiam ad illud, & ſic dicitur habere verum eſſe, quod habet eſſe immutabile, & hoc modo

A vanum, opponitur vero per privationem eſſe illius, quod eſt immutabile, & intranſmutabile. Et ſic omnis creatura eſt ſubiecta vanitati, quia mutabilitati. Sic igitur dicitur vanum triplex, uno modo per privationem eſſe ſimpliciter: alio modo per privationem eſſe ordinati: tertio modo per privationem eſſe intranſmutati. *Rom. 8*

De primo, nullo modo eſt ſcientia, nec doctrina, niſi forte habeat eſſe in cauſa, & ſecundum illud cognoſci, & edoceri: & ſic non eſt vanum, ſed ſecundum quod vanum eſt, nec per ſe, nec per accidens eſt ſcientia. De ſecundo modo non eſt ſcientia per ſe, ſed per accidens: ſicut

B enim medicina eſt ſcientia ſani, & ægri, ſani quidem per ſe, ægri vero per accidens, ut vult Philoſophus: ſic de culpa, vel peccato eſt theorica, ſed ratione virtutis. De tertio modo, ſcilicet de mutabilitate creaturæ, ſcientia eſt per ſe, ſicut patet de motu ſolis, & orbium, & aliarum rerum. In hoc igitur libro agitur de vanitate mutabilitatis, ſive naturæ: quia eſt pulchra, & apta, & de vanitate culpæ: de alia vanitate, ſcilicet privationis omnimodæ non agitur, quia de illa non eſt ſcientia, neque doctrina.

De qua vanitate in hoc libro agatur.

Solutio obiectorum.

Quod ergo primo obiicitur, quod omnis ſcientia eſt de bono, & vero, verum eſt per ſe, ſed de vano etiam poteſt eſſe,

C ratione veri, & qui recognoſcit principia vera, & falſa cognoſcit: & ſicut eſt de ægro, & ſano, ſimiliter etiam in propoſito.

Creaturæ quo modo vanæ dicantur.

Quod obiicitur, quod creaturæ non ſunt vanæ: quia valde bonæ, & in finem ordinatæ, ſolvendum, quod non dicuntur vanæ per defectum boni, vel ordinis, ſed per defectum eſſet eſſe incommutabilis, & ſic omnis creatura eſt vana, nec ita vana, quin habeat veritatem, & bonitatem: & ideo ſcientia, & doctrina de ipſa, eſt vera. Item quæritur de modo agendi, dictum eſt enim, quod agit, & loquitur in perſonis diverſis, ſcilicet fatui, & ſapientis. Sed ex ore fatui reprobabitur parabola, ergo & ſententia dicta in perſona fatui non eſt attendenda: ergo ſi ſententia librorum ſacrorum eſt *Eccl. 20*

eſt attendenda, non debet loqui in perſona fatui. Item, quæ dicit in perſona fatui, & carnalis, ſunt reprobanda: ſed neſcitur, quando loquitur, utrum hoc dicat in perſona propria, vel aliena: ergo neſcitur, quid in hoc libro tenendum, quid reprobandum, ergo hæc ſcientia via eſt ad errorem: ſed libri ſacræ ſcripturæ debent purgare errorem, ergo liber iſte tollendus eſt de canone. Reſpondeo, dicendum, quod loqui aliquid in perſona fatui, vel carnalis, eſt dicere, vel ut approbet, vel ut reprobet, & vanum eſſe oſtendat: primo modo non convenit ſcientiæ veritatis, ſecundo modo convenit, ſicut ſi aliquis vellet errorem reprobare, & prius illud explicaret, poſtmodum deſtrueret, & hoc modo loquitur, non primo: & ideo non eſt reprobandus, immo commendamus, quia reprobat reprobanda.

Quod obiicitur, quia neſcitur quando loquitur in perſona ſua, dicendum, quod diſputationis altera pars non poteſt ſciri, quouſque veniatur ad ſententiam, & determinationem: quia in ſolutione ſcitur, quid eligatur, & quid reprobetur: ſic dico, quod Eccleſiaſtes procedit, quaſi diſputando, uſque ad finem libri, & in fine dat ſententiam, cum dicit: *Finem loquendi omnes pariter audiamus: Deum time, & ſcito, quod pro omni errato adducet te Deus in judicium*. In quo verbo damnat omnes ſententias fatuorum, & carnalium, ac mundanorum. Unde quod illi ſententiæ concordat in propria perſona, dicit: quod vero diſcordat, in perſona aliorum: & ideo non poteſt ſciri liber iſte, niſi audiatur totus. Poteſt etiam quæri ultimo de efficiente, & dictum eſt, quod efficiens fuit Salomon, quod autem non conveniat, talem eſſe auctorem videtur: quia ipſe fuit peccator, & carnalis: ſed quando carnalis prædicat ſpiritualitatem, potius ſcandalizat, quam ædificet, ergo liber iſte potius eſt ad generandum ſcandalum, quam ædificationem. Item dicitur a Deo, peccatori: Quare tu enarras juſtitias meas? ergo ſi Salomon peccator erat, ergo peccabat divinam juſtitiam enarrando. Præterea bonus auctor facit fidem, unde habet robur locus ab auctoritate: ergo malus auctor nullam fidem ſed libri ſacri ſunt ad ſuſtentandam fidem, ergo.

Salomon auctor hujus libri.

Pſal. 49

Ad hoc reſpondendum, quod ſicut dicit Hieronymus, & tradunt Hebræi, liber iſte Salomonis fuit, pœnitentiam agentis: & quia non abiicit Deus pœnitentes, ſed potius acceptat, ſecundum hoc non erat Salomon in ſtatu reprehenſibili, quando hunc librum ſcripſit. Aliter poteſt reſponderi quod Spiritus ſanctus non tantum loquitur vera, & bona per bonos, immo etiam per malos, unde ipſe Deus in Evangelio dicit: Quæcumque dixerint vobis ſervate,

Hier. in c. 1 Eccl. proieſin.

Matt. 23
Num. 23 14

B & facite: ſecundum opera vero eorum, nolite facere: unde, per Balaam expreſſiſſime prophetavit: ſic & per Salomonem etiam carnalem, multa bona dixit. Quod ergo obiicitur, quod ipſe peccabat; Reſpondetur, quod ſibi erat donum ſapientiæ commiſſum ſpecialiſſime inter alios: & quia tenebatur talentum Domini non abſcondere, debebat docere populum Domini, & verbo, & ſcripto, maxime cum eſſet ad ejus regimen inſtitutus. Unde non peccabat in hoc, quod docebat; ſed quod in hoc non debite ſe diſponebat.

Quod obiicitur, quod non eſt credendum libro, cujus auctor non ſit dignus fide. Reſpondeo: Sicut credi-

C mus Prophetis: quia non per ſe, ſed per Spiritum ſanctum locuti ſunt, ſic & in omnibus libris ſcripturæ: quia Spiritu ſancto dictante ſunt editi: unde bonitas perſonæ non facit ad majorem, vel minorem fidem, hoc ſupponendo quod fuerit per Spiritum ſanctum locutus, & quia conſtat nobis Salomonem ſpiritu ſapientiæ fuiſſe repletum: ut patet: ideo Eccleſia indubitanter recipit libros ejus. Huic libro præmittit S. Hieronymus proœmium; in quo primo manifeſtat motivum ad transferendum. Secundo determinat translationis modum, ibi: *Hoc breviter admonens:* prima pars habet tres partes, primo oſtendit, quid moverit eum ad inchoandum, ſcilicet interceſſio Breſſillæ. Secundo tangit, quid im-

3 Reg. 3
Prologus S. Hier. tom. 5

Digitized by Google

pedivit ad differendum, ſcilicet mors ejuſdem, ibi: *Itaque, quoniam in procinctu, &c.* Tertio quid movit ad conſummandum, ſcilicet, & ejus memoria, & interceſſio Euſtochii, & Paulæ, ibi: *Nunc in Bethleem poſitus, hoc breviter admonens.* Hic eſt ſecunda pars principalis prologi, in qua determinat translationis modum, & habet duas partes, primo ponitur modus, ſcilicet quod nec omnino convenit cum aliis, nec omnino differt: immo in quibus potuit, uno modo eos eſt imitatus: ſecundo ſubjungitur ratio hujus, ibi: *Ut nec novitate mea, &c.* Et eſt ratio, quia ſecutus eſt in aliquibus, ne videretur nimiam ingerere novitatem, nec omnino ſecutus, ne deſereret veritatem. *Verba Eccleſiaſtæ, &c.* Iſte talis liber dividitur in tres partes. In titulum, ſive procemium, & tractatum, qui incipit ibi: *Vanitas vanitatum, &c.* Et epilogum, qui incipit, ibi: *Cumque eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes.* In titulo manifeſtatur efficiens; in tractatu materia, & forma: in epilogo finis. In titulo igitur manifeſtatur auctor, quantum ad ſapientiam, quantum ad bonitatem, & quantum ad regiam poteſtatem. Ratione ſapientiæ dicit: *Verba Eccleſiaſtæ*, ſupple, quæ ſequuntur, ſunt verba Eccleſiaſtæ: quia Eccleſiaſtes dicitur concionator. Et concionator eſſe non poteſt, niſi ſit ſapiens: quia dicitur: Quomodo ſi naſcatur ſpina in manu temulenti, ſic parabola in ore ſtultorum; Unde, non decent ſtultum verba compoſita. Quantum ad bonitatem manifeſtatur, cum dicitur: *Filii David:* David enim ſanctus fuit, & imitationis filii, ſancti ſunt: unde in ſcriptura nomen eſt benignitatis, & manſuetudinis, hic: Miſerere mei fili David. Quantum ad regiam poteſtatem, cum dicitur: *Regis Hieruſalem*], [quia Hieruſalem nobiliſſima erat Civitas, & totius regni principium: unde: *Ego Eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Hieruſalem*; quia ibi maxime morabatur.

Diviſio libri in tres partes.

Eccleſiaſtes dicitur concionator. Prov. 26 Prov. 17

Matt. 25

Incidit hic quæſtio, cum Salomon tres libros fecerit, quid eſt, quod libro Proverbiorum, & huic præmittit titulum, in quo exprimitur nomen ſuum, ſed non præmittit in Canticis Canticorum? Reſpondeo, dicendum, quod in libro Proverbiorum introducitur ipſe Salomon loquens, ut ſapiens ad diſcipulum. Unde vocat auditorem filium, ſimiliter hic introducitur, ut homo diverſa expertus: ſed in Canticis Canticorum, loquitur ſponſus & ſponſa. Ne igitur videretur, quod eſſent ibi verba Salomonis ad uxorem ſuam, ad litteram, quæ ſunt Chriſti ad Eccleſiam, non præmittit ibi nomen ſuum. Hic autem, quia perſona ſua, ut plurimum loquebatur, & in libro Proverbiorum, ideo non præmittit titulum, in quo nomen ejus ſpecificatur, & aperitur. Item quæritur: In libro Proverbiorum dicit, parabolæ, hic autem dicit, verba: Si tu dicas, quod ibi loquitur parabolice, & figurative, hic autem aperte, tunc quæro, quare hic, & ibi diverſificat modum agendi? Reſpondeo, dicendum, quod quidam eſt modus loquendi proprius, & apertus, quidam parabolicus; & hic eſt duplex, quidam per parabolas, & apertas ſimilitudines: quidam per occultas, & profundas. Quoniam ergo Salomon in libro Proverbiorum loquitur parvulis, & indoctis, idem loquitur parabolice, & aperte: quia vero in Eccleſiaſte proficientibus, ideo aperte, ſed proprie: quia in Canticis, perfectis, quorum eſt ſolidus cibus, ideo parabolice, & occulte.

Quare huic libro, & Proverbiis, titulus cum nomine Salomonis præmittatur, in Canticis autem minime.

Quare in principio Proverbiorum dicatur, Parabolæ hic vero verba.

Quæſtio eſt, quare in titulo Proverbiorum ſe vocat nomine ſuo, hic vocat ſe Eccleſiaſten? Reſpondeo, dicendum, quod, ſicut dicit Hieronymus, Salomon fuit trinomius, quod quidem convenit ei ſecundum triplicem ſcripturam, quam edidit. Dictus eſt enim Salomon, dictus Eccleſiaſtes, & Ydida. Salomon, id eſt, pacificus: quia totum regnum in pace poſſedit. Unde, & omnibus doctrinam parabolarum tradidit. Eccleſiaſtes, id eſt, concionator: quia in perſonis loquitur diverſorum. Ydida idem eſt, quod dilectus Domini. Ideo igitur hic ſe vocat Eccleſiaſten, quia in hoc libro diverſorum adducit ſententias, & ſecundum hoc diverſimode perſuadet. Ydida dictus eſt in titu-

Cur hic ſe Eccleſiaſten nominat, & in Proverbiis nomine proprio.

Salomon fuit trinomius.

Digitized by Google

Pſal. 44

Quare hic ſe regem Hieruſalem, & filium David nominet. In Proverbiis autem regem Iſrael

titulo Pſalmi, Eructavit, qui de ipſo ad litteram. Item quæritur, quare hic ſe dicit filium David, & regem Hieruſalem, ſed in Proverbiis dicit regem Iſrael? Reſpondeo, una ſumitur ratio ex parte auctoris, quia ſecundum quod tradunt Hebræi, liber iſte fuit Salomonis, pœnitentiam agentis, & ſe humiliantis: non ſic liber Proverbiorum, & ideo in Proverbiis non denominat ſe ab alio, immo manifeſtat totius regni ſui poteſtatem: hic autem ſe humiliat, & ideo ab alio ſe denominans, non totam potentiam, ſed partem regni indicat. Alia ratio fuit ex parte operis, quia in Proverbiis inducit ad cognitionem agendorum: hic ad contemptum præſentium. Et quia plurimi ſunt, qui volunt ſapere plus, quam præſentia contemnere, ideo ibi regem Iſrael, hic Hieruſalem: quia contemptores mundi ſunt cives ſupernæ Hieruſalem, qui non habent hic manentem civitatem, ſed futuram inquirunt. Ex hoc patet ſolutio illius quæſtionis, quæ poteſt fieri, quare hic non exprimit finem libri, ſicut in Proverbiis, quia finis Proverbiorum eſt ſapientia, quæ allicit ad audiendum. Finis hujus libri, eſt mundi contemptus, de quo pauci audire volunt. Ex his patet, quare dixit, verba: quare dixit, Eccleſiaſtes: quare, filii David: quare, regis Hieruſalem: quare etiam non addidit de utilitate ſententiæ hujus libri, ſicut in Proverbiis.

Heb. 13

Quare hic non exprimit finem libri, ſicut in Proverbiis.

EXPOSITIO

IN ECCLESIASTEN

CAPUT PRIMUM.

VERBA *Eccleſiaſtæ filii David, regis Hieruſalem. Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.*) Hic incipit tractatus, & quia finis imponit neceſſitatem iis, quæ ſunt ad finem: cum finis hujus libri ſit omnium rerum contemptus, & Dei ſolius timor: ideo in omnibus

Finis hujus libri quis nam ſit.

A intendit oſtendere vanitatem. Et quia procedit tamquam concionator perſuadendo, & probando; ideo tractatus iſte habet tres partes: quia primo proponit quod intendit probare, ſcilicet eſſe in omnibus vanitatem: ſecundo probat, ibi: *Quid habet amplius homo*, tertio concludit, tamquam probatum, in ultimo capite circa finem, ibi; *Vanitas vanitatum, &c.* Proponit ergo in rebus triplicem vanitatem, ſcilicet pœnalitatis, iniquitatis, mutabilitatis. Quantum ad vanitatem pœnalitatis, *Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes*, id eſt, propoſuit. De hac infra. *Cuncti dies ejus laboribus pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit: & hoc, vanitas nonne eſt?* Quantum ad vanitatem iniquitatis, dicit iterum: *Vanitas vanitatum*, unde Hieremias: Vana ſunt, opus eorum riſu dignum; in die viſitationis peribunt. Quantum ad vanitatem mutabilitatis, dicit: *& omnia vanitas*: quia omnia ſubjecta ſunt mutabilitati. Vanitati enim ſubjecta eſt creatura non volens. Et: Cuncta ſubjacent vanitati, & omnia pergunt ad locum unum: non igitur eſt verborum inculcatio, cum dicit: *Vanitatum*, ſed intelligibilium mira diſtinctio.

Diviſio tractatus in tres partes. Vanitas triplex in rebus.

Eccl. 2 — B — *Hier.* 10 — *Rom.* 8 — *Eccl.* 3

Et notandum, quod iſta triplex vanitas eſt conſequenter de iis, & una exoritur ex altera; quia vanitas iniquitatis ex vanitate mutabilitatis, C licet illa non ſit ejus tota cauſa. Vanitas vero pœnalitatis ex vanitate iniquitatis. Has ergo vanitates ordine præpoſtero ordinat, & econtrario in conſequentibus proſequitur. Et quia illa duplex vanitas ortum habet ex alia vanitate, ſed tertia non; ideo bis dicit: *Vanitas vanitatum*: quia poſt, tantum vanitas. Notandum etiam, quod hæc triplex vanitas in homine reperitur, quia ipſe eſt, in quem cadit pœna, & culpa, & propter hoc dicitur: Univerſa vanitas omnis homo vivens. Eſt enim cum eo vanitas naturæ, vanitas culpæ, & vanitas pœnæ. De vanitate naturæ: Homo vanitati ſimilis factus eſt. De vanitate culpæ: Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. De vanitate pœnæ: Homo na-

Pſal. 38 — *Pſal.* 143 — *Pſal.* 93 — *Job* 14

natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis. Et notandum, quod ipſe Salomon loquitur de ſe, quaſi de alio, ſicut Joannes, dicens: Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his, & ſimiliter Moyſes. Hujus autem poteſt ratio aſſignari triplex, una ex parte efficientis primi; quia Spiritus ſanctus ipſe eſt auctor hujus ſcripturæ, non Salomon, vel alius: & ideo introducitur ipſe in ſacra ſcriptura de ipſo facere ſermonem, quaſi de alio, ſicut dixit Balaam, dicitur auditor ſermonum Dei. Alia ratio ſumitur ex parte efficientis immediate; quia ſcriptura ſacra omnem refugit ſuperbiam, & prætendit humilitatem; & ideo nullus in ea doctor debet de ſe, ut de ſe loqui, ſed propter humilitatem, quaſi de alio. Inde etiam fuit, quod dixit Paulus de alio: Scio hominem, in Chriſto ante annos quatuordecim, ſive in corpore, ſive extra corpus, neſcio, Deus ſcit, raptum uſque ad tertium cœlum. Tertia ratio, quia ſcriptura magna innuit utilia, debet quaſi a longinquo oſtendere, unde Hugo: Hoc genus locutionis, quod in ſcriptura aſſumitur, vel humilitatis cauſa ſit, vel admirationis: nam & magna propter humilitatem a nobis removere debemus, & mirabilia propter admirationem, quaſi de longe oſtendere, exemplum in Paulo, & Joanne.

Joan. 21 Num. 12 Num. 24 2. Cor. 12

Diviſio ſextus.

Quid habet amplius homo de univerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole? Supra propoſuit, quod probare intendit: hic probare incipit, & ſecundum hoc, quod triplex vanitas propoſita fuit eſſe in rebus: ſic & triplex eſſe probatur. Unde habet hæc pars tres partes: primo enim in rebus oſtendit eſſe vanitatem mutabilitatis, ſecundo vero vanitatem iniquitatis, ibi: Vidi ſub ſole in loco judicii impietatem. Tertio vanitatem pœnalitatis, ibi: Cuncta tentavi in ſapientia: Prima vanitas eſt naturalis, & apta, ut dicit Hugo: ſecunda culpabilis, & perverſa: tertia vero pœnalis, & miſera. Mutabilitas autem in rebus dupliciter conſideratur; uno modo ratione tranſmutationis, alio modo in comparatione ad menſuram certi temporis. Primo ergo agitur de vanitate naturæ mutabilis, quantum ad tranſmutationem: ſecundo quantum ad tempus, ibi: Omnia tempus habent. Prima habet duas partes: quia primo oſtendit in rebus eſſe mutabilitatem, & per hoc vanitatem: Secundo ex cognitione ejus ſuam reprehendit curioſitatem, ibi: Et manifeſtat, quando iſta cognoverit. *Ego Eccleſiaſtes fui rex, &c.*

Eccl. 3 Ibid. 7 Eccl. 3

Oſtenditur ergo primo mutabilitas in exiſtentia creaturarum. Et quia creaturæ triplex habent eſſe, ſcilicet in verbo, ratione exemplaritatis: in univerſo, per modum materialitatis: in animo humano, per modum abſtractionis. Primum eſſe eſt indeficiens, & immutabile, unde nullam habet vanitatem, ſed in aliis eſt vanitas, & ideo hæc pars habet duas partes: primo enim nominatur vanitas mutabilitatis in rebus ſecundum eſſe, quod habent in univerſo: ſecundo, quantum ad eſſe, quod habent in animo humano, ibi: *Cunctæ res difficiles, &c.* Prima pars habet tres, ſecundum tria genera creaturarum, in quibus oſtendit mutabilitatem; quia primo oſtendit in creatura rationali: ſecundo in cœleſti: ibi: *Oritur ſol*. Tertio in elementari, ibi: *Luſtrans univerſa*. Quantum ergo ad creaturam rationalem, ſcilicet hominem, oſtendit eſſe mutabilitatem, a qua nullo labore poteſt eripi, propter quod dicit: *Quid habet amplius homo de univerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole*; Supple, niſi vanitatem, & mutabilitatem, quaſi dicat, nihil. De hoc labore dicitur: Avis naſcitur ad volandum, & homo ad laborem. Et: Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Et quod non habet amplius, quam vanitatem, oſtendit, cum ſubdit, *Generatio præterit, & generatio advenit*. Ergo mutatio, eſt ſucceſſio tam in homine, quam in ſuis operibus. Alia generantur, & alia deiiciuntur: ſic generatio carnis, & ſanguinis alia finitur, & alia naſcitur, ſecundum quod dicitur: Quæ eſt vita veſtra, niſi vapor ad modicum parens? Aliter: Generatio Ju-

Creaturæ triplex habent eſſe.

Job. 5 Gen. 3 Eccl. 14 Jac. 4

Digitized by Google

Judæorum præceſſit, generatio gentium advenit: *Terra vero*, id eſt, Eccleſia, *in æternum ſtat*: vel generatio malorum præterit: Generatio, cujus excelſi ſunt oculi. Generatio bonorum advenit, de qua: Generatio rectorum benedicetur. Hujuſmodi res non cedunt in nihil, ſed in aliquid, quia in terram. Unde dictum eſt a Deo: Pulvis, & in pulverem reverteris: propterea ſubdit: *Terra autem in æternum ſtat*, quaſi materia, ad quam fit reſolutio. Quia fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam. Et: quando appendebat fundamenta terræ. *Oritur ſol, & occidit.*

Prov. 30 *Pſal. 111* *Gen. 3* *Pſal. 130* *Prov. 8*

Hic ſecundo oſtendit mutabilitatem in natura cœleſti, ut puta in ſole, qui numquam quieſcit, ſed cum oritur, tendit ad occaſum, unde non permanet in ortu: propterea dicit: *Oritur ſol, & occidit*, ita quod in loco ortus non permanet, nec etiam in loco occaſus, unde ſubdit: *Et ad locum ſuum revertitur*, nec ibi permanet, unde, & ſubdit: *Ibique renaſcens gyrat in meridiem*, nec etiam in loco medio permanet, ideo ſubdit: *Et flectitur ad Aquilonem*. Iſtud exponi poteſt, quantum ad motum diurnum, vel etiam annuum. Quantum ad diurnum, dicit hic: *Oritur ſol*, quotidie, quando humanis præſentatur aſpectibus. *Occidit*, quando deſcendens ad inferiores partes, oculis noſtris ſe ſubtrahit. *Revertitur ad locum ſuum*, quando impellente eum volubilitate firmamenti ſubtus, rurſus ad locum ſuum revertitur. *Sed renaſcens gyrat per meridiem:* quia obliquo ductu ab ortu ad lineam meridianam conſcendit, deinde. *Flectitur ad Aquilonem*, quia ad occaſum deſcendens, rurſus obliqua progreſſione ad Aquilonem inclinatur. Quantum ad motum annuum ſic: *Oritur ſol*, quando per vernale æquinoctium ad noſtrum polum conſurgit. *Occidit*, quando autumnale æquinoctium exiens ad inferiora deſcendit. *Gyrat per meridiem*, quando in hyemalibus ſignis commoratur. *Flectitur ad Aquilonem*, quando in æſtivis ſignis, quæ polo boreali viciniora ſunt, circumfertur, & ſic non ſtat ſol per naturam, ſed ſolum per miraculum, ſicut legitur de Joſue: Sol contra Gabaon, ne movearis, & luna contra vallem Hailon.

Duplex ſolis motus.

A *Joſue 10*

Luſtrans univerſa. Hic tangitur tertio mutabilitas in natura elementari, & primo, quantum ad aerem, ſecundo vero, quantum ad aquam, ibi: *Omnia flumina intrant in mare*: Quantum ad aerem, cum tangit mutabilitatem in ſpiritu, ſive in vento; qui vel eſt motus aeris, ſecundum aliquos Philoſophos, vel ſecundum Ariſtotelem, motus vaporis in aere, ad cujus motum etiam movetur aer: Propter quod dicit: *Luſtrans univerſa, in circuitu pergit ſpiritus*, id eſt, ventus, omnia perluſtrari dicitur: circuit, ſpiritus enim dicitur ventus: Flavit ſpiritus tuus, Domine, & operuit eos mare, &c. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum. Hic pergit in circuitu, quia oritur a quatuor plagis terræ. Fugite de terra Aquilonis, quoniam in quatuor ventis cœli diſperſi vos. Et: A quatuor ventis veni ſpiritus. Quatuor enim venti principales, & octo collaterales. *Et in circulos revertitur*, quia tum ceſſat ventus, quando vapor ille quieſcit, & ad terram, unde oritur, revertimur: & quia cauſa illa eſt occulta, ideo dicitur in Pſalmis: Qui producit ventos de theſauris ſuis: id eſt, occultis: vel ſicut exponit Gloſſa, poteſt hoc intelligi de ſole, quantum ad motum annuum, qui luſtrat univerſa, & revertitur in circulos zodiaci, & dicitur ſol ſpiritus, quia principium, & cauſa vitæ omnis. Unde cetera facit ſpirare: *Omnia flumina, &c.* Hic tangitur mutabilitas, quantum ad naturam elementarem viſibilem, ſcilicet aquam, quia non eſt ibi ſtatus, omnes enim aquæ moventur ad mare: unde dicit, *Omnia flumina intrant in mare*, ſcilicet magnum Oceanum, de quo dicitur: Quis concluſit oſtiis mare, quando erumpebat, quaſi de vulva procedens? & motus iſte non terminatur, quia mare non impletur: ideo ſubditur: *Et mare non redundat*. E quia iſtud videtur mirabile, ideo reddit hujus cauſam: *Ad locum unde exeunt flumina revertuntur*: non ut ibi quieſcant, ſed, *Ut iterum fluant*.

Ventus quid ſit. *Ariſt. 2 meteor. c. 4* B *Exod. 15* *Pſal. 148* *Zac. 2* *Ezech. 37* *Pſal. 134* C Sol quare dicatur ſpiritus. *Job. 38*

Digitized by Google

fluant. Flumina exeunt occulte, quia
per meatus ſubterraneos; ſed rede-
unt manifeſte, & ſic omnia feruntur
in circuitu, & vanitati ſubjecta ſunt.
Hugo; Ecce quo modo in circuitu
feruntur omnia, & vanitati ſubjecta
ſunt: & ſcimus, quia circulus finem
non habet; quæ ergo in circuitu cur-
runt, currunt quidem, ſed ad finem
non perveniunt. Quæ ergo requies
ſperari poteſt, ubi ſtatus nullus eſſe
poteſt? & ideo de impiis dictum eſt:
Pſal. 139 Caput circuitus eorum. Et iterum:
Pſal. 11 In circuitu impii ambulant. Et ite-
Pſal. 82 rum: Deus meus pone illos, ut ro-
tam.

Spiritualiter notandum, quis ſit
iſte ſol: quis ſit iſte ſpiritus luſtrans;
quæ flumina circumeuntia, & rede-
Malac. 4 untia. Sol iſte eſt Chriſtus, de quo:
Orietur vobis timentibus nomen
meum ſol juſtitiæ. Iſte ſol oritur in
Iſa. 60 notivitate ad illuminandum: Surge,
Joan. 1 illuminare Hieruſalem. Et: Erat
lux vera, quæ illuminat omnem ho-
minem. Iſte ſol occidit in paſſione
Amos 8 ad redimendum: Occidet ſol in me-
ridie, id eſt, in vehementi amore
charitatis. Iſte ſol ad locum ſuum
revertitur, in aſcenſione: Homo qui-
Luc. 19 dam abiit in regionem longinquam.
Iſa. 38 Et: Reverſus eſt ſol decem lineis per
gradus, quos aſcenderat. Iſte ſol gy-
rat per meridiem jam in ferventi
ſanctorum dilectione. Indica mihi,
Cant. 1 quem diligit anima mea, ubi paſcas,
Joan. 14 ubi cubes in meridie. Et; Si quis
diligit me, &c. &, Ad eum venie-
mus, & manſionem apud eum facie-
mus. Iſte ſol flectitur ad Aquilonem
in extremo examine; Ab Aquilone
Hier. 1 pandetur omne malum. Spiritus iſte
luſtrans in circuitu, eſt Spiritus ſan-
ctus, qui ideo luſtrare dicitur, quia
nos facit omnia perſcrutari. Spiritus
omnia ſcrutatur etiam profunda Dei.
1 Cor. 2 Iſte dicitur ire in circuitu, quia nos
Sap. 7 facit circuire, unde dicitur: Spiritus
ſapientiæ mobilis: ſicut etiam circu-
miens, quia nos facit conſiderare cir-
Job 1 cuitum miſeriæ: Nudus egreſſus ſum
de utero matris meæ, & nudus re-
vertar illuc. Item circuitus gratiæ,
Joan. 16 de quo: Exivi a patre, & veni in
mundum, & iterum relinquo mun-
dum, & vado ad patrem, Item glo-

A riæ; Hic aſpectus ſplendoris per gy-
rum, & hæc erat ſimilitudo gloriæ
Domini: Hunc facit conſiderare ſpi- Ezec. 1
ritus Dei. Nos, revelata facie, glo- 2 Cor. 3
riam Dei ſpeculabimur. Iſte circui-
tus eſt in conſideratione, quod om-
nia a Deo, & ad Deum. Et dicit
Dionyſius, quod Angeli circulariter
moventur circa thronum. Flumina
iſta ſunt flumina gratiarum, de qui- Joan. 7
bus dicitur: Qui credit in me, ſicut
dicit ſcriptura, flumina de ventre
ejus fluent. Mare, a quo flumina
habent ortum, eſt divinæ largitatis
immenſitas, quæ nec augetur, nec
minuitur. Magnus enim Dominus
noſter, & magna virtus ejus; & ſa- Pſal. 146
pientiæ ejus non eſt numerus. Ad
B hoc mare redeunt flumina gratiarum
actionum, ut iterum fluant; Qui bi- Joan. 4
berit ex aqua, quam ego dabo ei,
fiet in eo fons aquæ ſalientis in vi-
tam æternam. Ab hoc etiam exeunt; Iac. 1
Omne datum optimum, & omne do-
num perfectum deſurſum eſt. Flu-
mina ceſſant eſſe, & ſiccantur, cum
ceſſant fluere; & quieſcunt, ſic
& dona gratiarum. Tu dirupiſti fon-
tes, & torrentes; per largitatem; Pſal. 73
tu ſiccaſti fluvios Ethan; per judicii
ſeveritatem.

Quæritur hic primo de hoc, quod Quæſtio.
dicit; *Quid habet amplius homo?* Iſta Malac. 3
videtur eſſe hæretica ſententia, & Pſ. 9
convenire cum illa, quod vanus eſt
omnis, qui ſervit Deo. Item in Pſal-
C mis dicitur; Patientia pauperum non Prov. 12
peribit in finem; ergo aliquid habet.
Item Salomon; Qui operatur terram
ſuam, ſatiabitur panibus; ergo bo- Solutio.
num eſt operari & laborare. Reſpon-
deo, dicendum, ſicut dicit Hugo,
facienda eſt vis in hoc, quod dicit:
Qui laborat ſub ſole; idem enim eſt,
ac ſi diceret; ſub tempore. Propter
quod notandum, quod quædam fiunt
cum tempore, ut illa, quorum or-
tum non præceſſit tempus, ſicut An-
gelica natura, & materia prima:
quædam fiunt in tempore, quæ in-
cœperunt poſt temporis ortum, ſed
in tempore non habent occaſum, ut
anima Petri. Quædam fiunt in tem-
pore, & ſub tempore, quæ poſt or-
tum temporis inchoant, & in tem-
pore terminantur: cuiuſmodi ſunt
mu-

Digitized by Google

mutabilia: & talia ſunt duplicia: A quædam enim fiunt pro tempore, & ſub tempus, & talia tranſeunt fructu, & actu: quædam pro æternitate, & talia tranſeunt actu, ſed manent radice & fructu: quia manet bona voluntas in æternum remuneranda. Cum igitur dicit, quod *non habet homo niſi, niſi vanitatem, de univerſo labore, quo laborat ſub ſole*, intelligitur ſecundum quod labor eſt ſub tempore, quantum ad actum, & intentionem, & tunc non habet locum in bonis.

Item quæritur de hoc, quod dicit: *Terra in æternum ſtat*. Contra; Cœlum & terra tranſibunt: ergo non ſtat terra. Item: Vidi cœlum novum & terram novam; ergo terra inveteratur, non ergo ſtat. Reſpondeo dicendum, quod terram ſtare, eſt dupliciter, vel quantum ad figuram, ſive diſpoſitionem, vel quantum ad ſubſtantiam: dico, quod terra ſtat in æternum, quantum ad ſubſtantiam, ſed præterit, quantum ad figuram. Præterit figura hujus mundi. Sed homines generantur, & corrumpuntur, quantum ad ſubſtantiam, ut non homines, ſed mortui merito appellentur. Vel æternum dicitur multipliciter, uno modo, quod non habet finem in ſcriptura præſcriptum: ſic data fuit filiis Iſrael terra promiſſionis in poſſeſſionem æternam. Alio modo, quod habet finem, ſed non in tempore, ſic tempus dicitur eſſe æternum; tertio modo, cujus ſignificatum numquam finitur, ſicut ſacerdotium legis, quod figurabat ſacerdotium. Chriſti, de quo; Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Quarto modo, cujus ſubſtantia numquam finitur, etſi quandoque incœperat; ſic Angeli dicuntur æterni & animæ rationales, necnon, & terra. Quinto modo, cujus ſubſtantia nec finitur, nec incœpit: hoc ultimo modo ſolus Deus; Tu autem Domine in æternum permanens; quarto modo convenit terræ, quantum ad ſubſtantiam; tertio modo, quantum ad ſignificatum: primis duobus modis, quantum ad figuram, & ſic patet reſponſio ad iſtud dubium.

Dubitatio. Matth. 14. Apoc. 21. Solutio. 1 Cor. 7. Æternum multipliciter ſumitur. Pſal. 109. Pſal. 101.

Item quæritur de hoc, quod dicit; *Oritur ſol, & occidit*, Cum enim alia ſimiliter luminaria oriantur, quæritur, propter quid magis de ſole, quam de aliis dicatur? Item videtur inordinate procedere, quia prius dicit, quod occidit, quam dicat, quod gyrat per meridiem: prius enim gyrat, quam occidat. Reſpondeo ad hoc, quod determinata mutabilitate in ſole, qui eſt nobiliſſimus inter corpora cæleſtia, ſufficienter datur intelligi in aliis. Ad illud ſecundum dicendum, quod non ordinat ſecundum progreſſiones, ſed ſecundum dimenſiones, ſive terminos dimenſionum; ideo quia oppoſiti ſunt oriens, & occidens, ideo de eis facit mentionem immediate. Item quia meridies, & ſeptentrio ſunt oppoſiti termini, ideo ſimiliter immediate ponuntur in modum crucis. B

Sed de hoc eſt dubitatio, quod dicit; *Ad locum ſuum revertitur*; quia nullus eſt in firmamento magis unus locus ſolis, quam alius; ſi tu dicas, quod ad locum, a quo incœpit ortum, terminavit curſum, iſtud manifeſte falſum eſt; quia ſemper ſol movetur motu proprio, vel aſcendendo, vel deſcendendo; ergo numquam redit in idem. Item quid eſt, quod dicit; *Flectens ad Aquilonem*. Si enim ſol movetur motu diurno, motu firmamenti, & firmamentum uniformiter ſemper movetur, ergo non flectitur magis ad polum arcticum, quam ad antarcticum, vel econtrario. Si dicas, quod hoc intelligitur de motu proprio: ſed ſol ſecundum motum proprium, aſcendit, & deſcendit in Zodiaco, & quando aſcendit, accedit ad aquilonem; quando deſcendit, appropinquat ad auſtrum; ergo non magis flectitur ad aquilonem, quam ad auſtrum. Reſpondeo, dicendum, quod eſt loqui de motu ſolis diurno, & annuo; ſi loquamur de annuo, verum eſt, quod ſol in locum ſuum revertitur; quia inde cœpit moveri ſecundum veritatem; ſi autem intelligamus de diurno, non redit in locum ſuum, a quo cœpit moveri, ſecundum veritatem, ſed ſecundum noſtram æſtimationem; quoniam non facit ſphæram, C

Dubium. Solutio. Dubitatio. Solutio.

ram, ſed ſpiram. Ad ſecundum dicendum ſimiliter, quod ſi loquamur de motu annuo, veritatem habet ſecundum quatuor tempora, ut prædictum eſt, quia oritur in vere, occidit in autumno, gyrat per meridiem in hyeme, flectitur ad Aquilonem in æſtate. Si autem intelligas de motu diurno, hoc non habet veritatem, niſi ſecundum noſtram æſtimationem; nos enim videmus firmamentum moveri, & imaginamur polos ejus a dextris, & a ſiniſtris, ſed non eſt ſic, immo unus polus eſt quaſi ſuper capita noſtra, ut aquilonaris; alter quaſi ſub pedibus: quando ergo ſol volvitur ſecundum polos firmamenti, non recte vadit ſuper capita, & ſub pedibus, ſed quaſi tranſverſaliter, & quia nos videmus polos ſecundum æqualitatem, videtur nobis, quod de die vergat ad meridiem, & de nocte ad Aquilonem.

Dubium. Item quæritur de hoc, quod dicit: *Flumina exeunt a mari.* Contra: Mare eſt amarum, & flumina dulcia, ſed contraria non habent ortum ab uno principio: nec unum ab alio: ergo nec mare a fluminibus, nec flumina a mari.

Solutio. Reſpondeo, dicendum, quod omnis aqua per naturam eſt dulcis, ſed amara fit ex accidenti, vel per exhalationem partium ſubtilium, remanentibus terreſtribus, vel per commixtionem partium terreſtrium. Econtrario aqua illa, ſicut accidentaliter facta eſt amara, poteſt redire in dulcedinem per ſubtilationem: ſicut eſt experimentum de vaſe terreo poſito in mari. Quoniam ergo flumina, etſi redeant ad mare in magna abundantia, tamen exeunt latenter, & ſub terra & per quaſdam excolationes, ideo aqua ſubtiliatur & in dulcedinem vertitur: Quando ergo obiicitur quod unum contrariorum non habet ortum ab alio; dicendum, quod aqua aquæ non eſt contraria: etſi habeat contrariam diſpoſitionem non habet per naturam, ſed per accidens: ſicut patet in aqua calida, & frigida; nec enim ortus fluminum a mari ratione proprietatis: quia prior per naturam eſt dulcedo in aqua, ſed quantum ad defluxum, ſicut potus vini a dolio: quia ille locus continens eſt aquarum abundantiam, unde inceſſanter fit emanatio.

Continuatio. *Cunctæ res difficiles non poteſt homo eas explicare ſermone.* Supra determinata eſt vanitas in rebus, ſecundum eſſe, quod habent in univerſo; hic determinatur vanitas, ſecundum eſſe, quod habent in intellectu humano, & oſtenditur in eis vanitas tripliciter; primo, quia non patent propter ſui obſcuritatem; ſecundo, quia non implent propter ſui vanitatem, ibi, *Non ſatiabitur oculus viſu.* Tertio, quia non permanent propter ſui fluxibilitatem, ibi; *Non eſt priorum memoria.* Non patent ad interpretandum, vel docendum; non implent ad diſcentem reficiendum, & quietandum; non permanent ad memorandum. Et reſpiciunt iſti tres actus triplicem vim in nobis, interpretativam, cognitivam, & memorativam. (Triplex vis in nobis.) Primo ergo notandum, quod non patent ad explicandum, ideo dicit: *Cunctæ res difficiles*, ſcilicet ad inveniendam earum rationem, unde; Difficile æſtimamus, quæ in terra ſunt: & quæ in proſpectu ſunt, invenimus cum labore. (Sap. 9) Et intellexi, quod operum Dei nullam poſſit invenire homo rationem: (Eccl. 8) & ideo, quia difficiles ſunt, *Non poteſt homo eas explicare ſermone.* Quis enarrabit cœlorum rationem? (Job 38) Et: Multa dicimus, & deficiemus in verbis; conſummatio ſermonum ipſe eſt in omnibus. (Eccl. 43) *Non ſaturatur:* Hic ſecundo tangitur, quod non implent addiſcentem; & quia duobus ſenſibus maxime addiſcimus, viſu ſcilicet, & auditu, oſtendit, quod in neutro eſt ſatietas: & propterea dicit; *Non ſaturabitur oculus viſu.* Oculi enim hominum inſatiabiles. *Nec auris impletur auditu*, quoniam eſt ibi pruritus audiendi nova, & curioſa. Ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros prurientes auribus; & ratio hujus eſt: quia illud, in quo eſt vera ſatietas, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit; & quod in his terrenis non poſſit refici, oſtendit; quia oculus, & auris vult nova percipere: ſed nihil in novitate manet, ergo auris, & oculus in

(Duobus ſenſibus maxime addiſcimus. — Prov. 27 — 2 Tim. 4 — 1 Cor. 2 — Nihil in novitate manet. — Act. 17)

In nullo implentur: majorem ſupponit, & manifeſtatur in actibus Apoſtolorum. Athenienſes ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid novi: ſed hic proponit minorem: quia nihil habet novitatem, nec quantum ad eſſe nec quantum ad fieri: propterea dicit: *Quid eſt, quid fuit*: quærit, & ipſe reſpondet: *Ipſum quod futurum eſt*: ergo a ſimplici converſa: quod futurum eſt, fuit. Aliter ſequitur: *Quid eſt, quod factum eſt?* Reſpondet: *Ipſum quod faciendum eſt*: ergo a ſimplici converſa, quod faciendum eſt, factum eſt. Et ex hoc concludit, dicens: *Nihil ſub ſole novum, nec valet quiſquam dicere: Ecce hoc recens eſt*. Ergo nec dicere, nec audire aliquid novi, & replicat probationem. *Jam enim præceſſerunt in ſæculis quæ fuerunt ante nos*. Ex quo partes dormierunt, omnia ſic perſeverant. *Non eſt priorum memoria*. Hic tangitur tertio, quod res non permanent ad memorandum, quia omnia traduntur oblivioni, unde dicit: *Non eſt priorum memoria*, ſcilicet apud nos poſteriores. Nomen noſtrum oblivionem accipiet per tempus, & nemo habebit memoriam operum noſtrorum. Et ſicut eſt in præteritis, ita & futuris, unde ſubdit: *Sed nec eorum quidem, quæ poſt futura ſunt, erit recordatio apud eos, qui futuri ſunt in noviſſimo*, id eſt poſteriores non erunt memores priorum, & hoc propter tempus, quod inducit oblivionem. Futura tempora oblivione cuncta operient.

1 Pet. 3

Sap. 2

Eccl. 2

Dubium.

Quæritur de hoc, quod dicit: *Cunctæ res difficiles*, Contra: Multa ſunt, quorum cognitio eſt communis nobis, & brutis: ergo non eſt difficile homini cognoſcere, quod cognoſcit beſtia. Item quædam ſunt, in quibus non convenit errare, ſicut in cognitione ſenſibilium, quia ſenſus non fallitur circa proprium obiectum, & principiorum intelligibilium, ſicut dignitatum, & talia facile eſt cognoſcere. Item quid eſt, quod dicit: *Non poteſt homo eas explicare ſermone*: Facilius eſt homini loqui, quam alicui creaturæ facile eſt operari: ergo ſi alicui creaturæ facile eſt operari, ergo homini eſt ope-

Senſus non fallitur circa proprium obiectum.

A rationem ejus facilius explicare. Reſpondeo, dicendum, quod eſt cognoſcere ſemiplene, ut quando cognoſcitur ſecundum accidentia, vel ſecundum aliquam operationem: eſt iterum cognoſcere perfecte, & ille perfecte cognoſcit, qui plene novit ſubſtantiam, virtutem, & operationem, & cauſas, & rationes rei. Et quia virtus eſt occulta, & ſubſtantia remota a noſtris ſenſibus, & cauſæ ulterius magis, & noſtra cognitio incipit a ſenſibus: ideo cunctæ res nobis ſunt difficiles. Quod ergo obiicitur, quod aliqua cognoſcimus cum brutis, verum eſt aliqualiter, ut quod hoc eſt amarum, ſed plene nihil cognoſcit: ſimiliter patet ſecundum: quia B ſecundum quod ſenſibile, eſt manifeſtum: per hoc etiam patet ad ſequens, quia differt dicere aliquid, & explicare illud, explicare enim eſt latentes rationes intus, & involutas extra depromere, & hoc non poteſt facere, niſi qui intelligit: & hoc arduum eſt, & paucorum.

Cognoſcere perfecte quis dicatur.

Explicare aliquid quid ſit.

Item quæritur de hoc, quod dicitur: *Mon ſaturatur oculus viſu*: Quæritur, quare non inducit in aliis ſenſibus, cum ſimiliter per eos contingat cognoſcere? Item quid eſt, quod dicit; *Non ſaturatur*; dicitur enim tunc res ſaturari, quando non vult amplius de eo, quod deſiderabat; ſed contingit aliquando, quod homo vult plus videre, nec audire, C immo quieſcere: ergo &c. Item ſi non ſaturatur, ergo deſiderium eorum numquam quieſcit, ergo cum deſiderium, cujus non eſt quies, fruſtratur fine, & omne tale otioſum; ergo deſiderium viſus eſt otioſum. Reſpondeo, dicendum, quod ideo ſolum iſtos duos ſenſus commemorat, quia loquitur de ſenſibus, ſecundum quod ſunt via in cognitionem, & referuntur ad ſenſualem jucunditatem. Et duplex eſt verbum, quo recognoſcimus omnia, divinum, & humanum. Verbum divinum, eſt omnis creatura, quia Deum loquitur: hoc verbum percipit oculus. Verbum humanum eſt vox prolata, & hoc percipit auris. Vel quia duplex eſt cognitio, per inventionem, & doctrinam; prima reſpi-

Verbum, quo recognoſcimus omnia duplex.

Cognitio duplex.

cit viſum; ſecunda vero reſpicit auditum. Quando ergo obiicitur de ſaturitate, dico quod loquitur de eorum ſaturitate, ſecundum quod ſunt organa cordis, & voluntatis, ſive appetitus, & quia cor non ſaturatur, nec hi duo ſenſus. Unde Hugo; Omnis pulchritudo, omnis jucunditas, omnis ſuavitas rerum conditarum afficere cor humanum poteſt, ſatiare non poteſt, niſi illa dulcedo ſola, ad quam factum eſt. Quod ergo obiicitur, ſi non ſaturatur deſiderium, eſt fruſtra, non ſequitur, quia alibi terminatur, ſcilicet in Deo, ut dicit Auguſtin. Quod obiicitur, quod non vult plus; hoc eſt, quia laſſatur, & faſtidit, non quia ſaturatur.

Auguſt. li. 1 confeſſ. c. 1 to. 1

Quæritur de hoc, quod dicit; *Nihil ſub ſole novum*. Contrarium videtur apud Hieremiam: Novum faciet Dominus ſuper terram. Item illud: Vidi cœlum novum, & terram novam. Item ex hoc verbo videtur error confirmari, quod in rebus ſit circulatio ſecundum egreſſum in eſſe, ut eadem ſint, quæ fuerint, & hoc per litteram ſequentem; *Jam enim præceſſit in ſæculis, quæ fuerunt ante nos*: & ſic verificari videtur error ille, qui ponit magnum annum, qui continet quindecim millia annorum, & omnia in eo renovari. Reſpondeo, dicendum, quod eſt operatio conditionis, conſervationis, reparationis: quælibet iſtarum operationum eſt ſupra naturam, & ideo non erit ſub ſole, ſive ſub tempore: ſed ſupra, præter propagationem, unde de hac tantum intelligit, & ſic patent alia. De hac notandum, quod ipſe vocat novum, cujus ſimile non præceſſit, & ſic non eſt aliquid novi ſecundum propagationem: quia ſemper ſimile ex ſimili producitur: vere autem obiicit, quaſi dicat de eodem, & iſtud eſt ſic impoſſibile intelligere, quia ſi omnis forma corrupta, & iterum generata differt numero, non poteſt intelligi de eodem numero.

Hier. 31

Apoc. 21

Macrob. li. 2 in ſomn. ſcip. ca. 11

Operatio triplex.

Item quæritur de hoc, quod dicit: *Non eſt priorum memoria*. Contra dicitur: Memor fui operum tuorum Domine. Reſpondeo, ad hoc dicunt aliqui, quod hoc intelligitur de malis, non de bonis. Sed iſtud adhuc falſum, quia etiam multa mala ſunt in memoria. Et propterea dicendum, quod iſta propoſitio non eſt intelligenda, ut vera univerſaliter, ſed ut in pluribus, quia plurium eſt oblivio, quam memoria: plurima enim eorum, quæ facta ſunt, in noſtra memoria non ſunt. *Ego Eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Hieruſalem*. Supra oſtendit in rebus vanitatem: hic ex conſideratione mutabilitatis rerum, ſuam reprehendit curioſitatem. Et habet hæc pars duas, quia primo ſuam manifeſtat curioſitatem ob vanitatem adiunctam, ibi: *Cumque convertiſſem me ad univerſa opera*. Prima habet duas partes, quia primo agit de curioſitate in operibus prudentiæ, ſive Philoſophiæ: ſecundo de curioſitate opulentiæ, ſive artis mechanicæ, ibi: *Magnificavi opera mea*. Prima habet duas, quia primo agit de curioſitate, quantum ad conſiderationem naturalium, ſive ſcientiæ ſpeculativæ: ſecundo quantum ad conſiderationem moralium, ſive ſcientiæ practicæ. *Locutus ſum in corde meo*. Curioſitatem igitur in operibus naturæ, ſive in conſiderationem operum divinorum hoc ordine deſcribit. Primo inducitur conſiderantis idoneitas, ibi: *Vidi cuncta, qui ſiunt ſub ſole*, ſecundo vero ipſius curioſitas, ibi: *Et propoſui in corde meo*. Tertio divini judicii ſeveritas, quæ eſt cauſa hujus curioſitatis, in quantum pœnalis, ibi: *Hanc occupationem peſſimam*: Quarto concluditur vanitas, ibi: *Vidi cuncta quæ ſiunt ſub ſole*.

Pſalm. 76

Primo igitur notatur conſiderantis idoneitas, cum dicit: *Ego Eccleſiaſtes*, quia vero in eo fuit ſapientia, ideo ſe dicit *Eccleſiaſten*, id eſt, concionatorem: fuit etiam in eo potentia, unde dicit: *Fui rex*. Fuit etiam pax, unde ſubdit: *In Hieruſalem*, quæ interpretatur viſio pacis. Salomon imperavit in diebus pacis. Et: Filius, qui naſcetur tibi, erit pacificus, & ideo, quia hæc tria habebat, nihil a conſideratione eum retrahebat: ſolet defectus talium multos retrahere a conſideratione rerum: non enim aptus eſt ad conſiderandum rerum naturas, qui habet harum ignoran-

Eccl. 47 & 1 Paral. 22

A
rantiam : non poteſt etiam bene cogitare de hujuſmodi, qui ſuſtinet paupertatis inopiam : nec vacare etiam ad hoc poteſt, qui non habet pacem, & concordiam. *Et propoſui in animo meo*. Tangitur hic ſecundum, ſcilicet ipſius curioſitas, quia omnia voluit ſcire, & ſubtiliter indagare, propterea dicit : *Et propoſui in animo meo quærere*, ſcil. ab alio, *Et inveſtigare ſapienter*, per me ipſum, & hoc eſt curioſitas, quia : Non plus ſapere, quam
Rom. 12 oportet : ſed ſapere ad ſobrietatem. Unde : Mel inveniſti ; comede quod
Prov. 25 ſufficit tibi, ne forte ſatiatus evomas illud. *De omnibus quæ fiunt ſub ſole*. Ecce major curioſitas, quia de omnibus : In ſupervacui rebus noli ſcrutari mul-
Eccl. 3 tipliciter : & in pluribus operibus ejus, ne fueris curioſus : plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. *Hanc occupationem peſſimam*. Tangitur hic tertium, ſcilicet divini judicii ſeveritas, quia divino judicio propter peccatum primi parentis factum eſt, quod noſtra vis rationalis ita libenter luxuriatur in cognitione terrenorum : propter quod dicit : *Hanc occupationem*, id eſt, curioſitatem, *Peſſimam*, quia non tantum eſt culpabilis, ſed etiam pœnalis. *Dedit Deus filiis hominum*, id eſt, dari permiſit, inquantum eſt culpabilis : vel ratione pœnalitatis, dedit juſto modo. *Ut occuparentur in ea*, ac per hæc immemores eſſent ſuæ ſalutis. Unde notandum eſt, quod eſt occupatio mala, quæ eſt ex infirmitate. De hac : Occupatio magna creata eſt omnibus
Eccl. 40 hominibus, & jugum grave ſuper filios Adam a die exitus de ventre matris eorum, uſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Eſt etiam occupatio pejor, quæ eſt ex ignorantia : De
Job. 3 hac : Obſcurent eum tenebræ, & umbra mortis : occupet eum caligo, & involvatur amaritudine. Tertia eſt ex curioſitate, & hæc eſt peſſima, & de hac loquitur hic.

Et notandum, quod occupatio, ut dicit Hugo, eſt deſtructio mentis, quæ avertit, & diſtrahit, & illaqueat animam, ut non poſſit cogitare ea, quæ ſalutis ſunt. Curioſitas
Curioſitas. vero, ſecundum eumdem, eſt intellectus humani libidinoſa proſtitutio paſſim quamlibet veritatem amplexantis, & cum ea adulterantis, quia prima veritas eſt ſponſa. *Vide cuncta quæ fiunt*. Tangitur hic, quarto inventa vanitas, quia nihil amplius profecit, niſi quod in ſua conſideratione vanitatem invenit, & propterea dicit : *Vidi cuncta quæ fiunt ſub ſole*. Id eſt, omnia conſideravi : *Et ecce univerſa vanitas*, id eſt, aperte in eis apparet vanitas : quia ſecundum quod ait Apoſtolus : Vanitati ſubiecta eſt omnis creatura non vo- Rom. 8
lens : nec tantum vanitas, immo : *Et afflictio ſpiritus* : quia plures inveniuntur mali, quam boni : plures ſtulti, quam ſapientes : & propterea dicit : *perverſi difficile corriguntur*, ſe-
B cundum illud : Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris, Prov. 18
quæ verſantur in corde ſuo. *Et ſtultorum infinitus eſt numerus*, ſcilicet præ multitudine : & hoc non ſolum eſt vanitas, immo conſiderare, eſt etiam afflictio, unde dicitur : Vidi prævaricantes, & tabeſcebam : Et rur- Pſal. 118
ſus : Tabeſcere me fecit zelus meus. Ibidem.

Notandum autem, quod pervertitur homo per malam cogitationem. Perverſæ cogitationes ſeparant a Deo : probata autem virtus corripit inſi- Sap. 1
pientes. Per malam affectionem : Qui perverſi cordis eſt ; non inveniet bonum : Per malam locutionem : Prov. 17
Labia juſti conſiderant placita : & os iniquorum perverſa. Per iniquam Prov. 10
C operationem : Lætantur ; cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Et : Quieſcite agere perverſe. Prov. 2
Sed quæritur hic primo de hoc, quod dicit : *Hanc occupationem peſſimam*. Iſa. 1
Contra ; Hoc eſt pecatum, ergo dedit Deus peccatum. Si tu dicas de- Quæſtio.
dit, id eſt, permiſit dari, ſed ſimiliter permiſit furari ; ergo eſſet dicendum, quod Deus furatur. Reſpondeo, peccata media inter primam Solutio.
Apoſtaſiam, & ultimam pœnam, ſunt pœna, & culpa, ſed quædam plus habent rationem culpæ, quædam plus rationem pœnæ ; illa quæ plus habent rationem pœnæ, attribuuntur juſto Dei judicio, & talis eſt occupatio, & excæcatio hujuſmodi.

Item quæritur de hoc, quod, *Per-* Dubitatio.
verſi difficile corriguntur, quia facile

 eſt

eſt aliquem perverti; ſed perverſio eſt contra naturam; ergo ſi faciliimum eſt reverti ad naturam, cum perverſio vitium ſit contra naturam, faciliimum eſt corrigi. Reſpondeo; Ratio ſumitur, & ex parte operis mali, quia bonum eſt uno modo, malum autem omnifariam; & ex parte operantis potentiæ; quæ redditur infirma per culpam, & ideo non poteſt in opus ſtrenuum; & a parte operationis bonæ ad malum ſecundum privationem, quia faciliimum eſt procedere ab habitu in privationem; ſed difficile, vel omnino impoſſibile eſt redire. *Locutus ſum*.

Solutio. Ariſt. in poſt prædic. cap. de opp.

Egit ſupra de conſideratione naturalium; hic ſimiliter oſtendit ſuam curioſitatem in conſideratione moralium; & hoc quidem facit hoc modo. Primo enim notatur ipſius a naturalibus ad mortalia tranſlatio; ſecundo vero afflictionis inventio, ibi: *Et cognovi in his*. Tertio vero converſio ad delectabilium fruitionem, ibi: *Dixi ego*. Quarto reditus ad utilium conſiderationem, ibi: *Cogitavi in corde meo* Primo igitur inſinuatur ipſius ad moralia conſideranda tranſlatio, & hoc poſtquam conſideravit rerum naturas: propter quod dicit: *Locutus ſum in corde meo*, ſcilicet per cogitationem, dicens: *Ecce magnus effectus ſum*, in fama, *& præceſſi omnes ſapientia, qui fuerunt ante me in Hieruſalem*. Et præcellebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium orientalium, & Ægyptiorum: & erat ſapientior cunctis hominibus. Et: Eruditus eſt in juventute ſua, & impletus eſt quaſi flumen ſapientia: & hanc cognitionem habuit partim revelatione, unde dicit: *Mens mea completa eſt multa ſapienter*, divinitus ſcilicet illuſtrata; & partim etiam ſua ſollicitudine. Unde, & ſubdit: *Et didici*. Ego fui filius patris mei, tenellus & unigenitus coram matre mea, & docebat me. Et: Viſio, qua erudivit eum mater. Hanc ergo ſapientiam conſiderans ſe habere in rerum naturalium inveſtigatione quia diſputavit a cedro libani uſque ad hyſſopum; voluit ſe transferre ad moralia; unde dicit: *Deditque cor meum, ut ſcirem prudentiam*, quantum ad facienda, *Atque doctrinam*, quantum ad cognoſcenda. *Erroreſque* contra prudentiam: *Et ſtultitiam*, contra doctrinam, quia non ſcitur aliquid perfecte, niſi cognoſcatur ejus oppoſitum, & hæc utile eſt ſcire; quando modo debito inquiruntur, unde: Accipite diſciplinam, & non pecuniam: doctrinam magis, quam aurum eligite. *Et agnovi*. Tangitur hic ſecundum, ſcilicet in hujus conſideratione ſpiritualis afflictionis inventio, quia quanto homo melius agnoſcit bona, & mala, tanto magis affligitur, quando errat, propter quod dicit: *Et agnovi; quod in his quoque eſſet labor, & afflictio ſpiritus*, hoc eſt in rerum inutilium cognitione. *Labor*, ſcilicet ad acquirendum. Exiſtimabam, ut cognoſcerem hoc, labor eſt ante me. *Afflictio ſpiritus*, poſt acquiſitionem, vel propter culpæ deteſtationem: vel quia eſt occaſio ſuperbiæ, & impatientiæ, quoniam ſcientia inflat: utrique expoſitioni concordat littera ſequens, cum ſubdit: *Eo quod in multa ſapientia, multa ſit indignatio*, vel contriſtationis contra culpam, vel impatientiæ ex ſuperbia, quia magni homines cum non habent quod volunt, faciliime indignantur, unde dicitur apud Job, quod Helihu erat indignatus, & hoc quia ſe ſapientem reputabat: & ideo ſequitur: *Qui addit ſcientiam, addit & dolorem*: quia homo impatiens multos ſuſtinet dolores, quia nemo eſt, cui cuncta ad votum eveniant: & huic expoſitioni concordat alia tranſlatio Hieronymi: *Agnovi quoniam in his eſſet paſſio mentis*, & ideo recte eſt ibi labor, & afflictio ſpiritus. Unde Hugo: Curioſitas ad inquiſitionem eum impellebat, ſuperbia ad oſtentationem, & ideo dignum erat, ut timidum labor premeret, & curioſum occupatio diſſiparet. Poteſt etiam intelligi de afflictione contritionis, quia etiam ubi multa ſapientia, multa eſt indignatio contra peccatum. Gloſſa, quanto quis magis ſapientiam aſſequitur, tanto magis vitiis ſubiacere indigna-

3 Reg. 4. Eccl. 47. Prov. 4. Prov. 31. 3 Reg. 4. Prov. 8. Pſal. 72. Job. 32.

Jer. 31 gnatur. Bernardus: Diſcite ſapientiæ ſuperbiam, ſcilicet indignari vitiis, & contemnere temporalia. Et: Poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi fœmur
Job 42 meum. *Et qui addit ſcientiam, addit, & dolorem*, ſcilicet pœnitentiæ. Nunc oculus meus videt te: ideirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla, & cinere.

CAPUT SECUNDUM.

Dixi ego in corde meo.) Tangitur hic tertium, ſcilicet propter conſiderationis tædium, converſio ad delectationem: quia enim in conſiderando erat labor, & afflictio, ideo cogitavit hoc relinquere, & convertere ſe ad delicias, in quibus eſt delectatio; propter quod dicitur: *Dixi ego in corde meo*, id eſt, in hanc conſiderationem deveni propter ſpiritualem in conſiderando afflictionem. Unde verum eſt, & conſideratio non ſapientiæ, ſed acediæ, quæ non inveniens quietem interius, quærit exterius.
Pſal. 77 Dixi igitur: *Vadam, & affluam deliciis, & fruar bonis*: Vadam, a bono ſcilicet recedendo. Homo factus eſt ſpiritus, vadens & non rediens. *Affluam deliciis*, quantum ad multitudinem deliciarum, ſcilicet carnalibus contra ſpirituales. Quam pulchra es,
Cant. 7 & quam decora, chariſſima in deliciis. Ab iis receſſit ad carnales. Vocavit Dominus ad fletum, & planctum, &c. Et poſt: Ecce gaudium
Iſa. 22 & lætitia jugulare arietes. *Et fruar bonis*, quantum ad quietem, eo enim fruitur quis, in quo quieſcit appeti-
Sap. 2 tus. Venite fruamur bonis, quæ ſunt: & utamur creatura, tamquam in juventute celeriter. Et. Veni fruamur
Prov. 7 cupitis amplexibus. Sed quia hæc conſideratio erat culpabilis & reprehenſibilis, ideo ſemetipſum redarguit, innuens: quia delectatio præſens non eſt vera delectatio, ſed deceptio, ideo ſubdit? *Et vidi, quod hoc quoque eſſet vanitas*. Eo quod non permanet, neque reficit, ſed deficit, & decipit, propter quod dicit: *Riſum reputavi errorem*: Eo quod hominem ſeducat. *Et gaudio dixi, quid fruſtra deciperis?* Quia, ſcilicet eo gaudens decipitur. Riſus eſt exterius, & gaudium inte-

Riſus a gaudio quo modo differt.

rius, riſus decipit, quia offert bonum, in fine malum. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat. Et: Riſus veſter in luctum convertatur, quia: Væ vobis, qui ridetis, quia flebitis. Iſte riſus eſt riſus phreneticorum, quia erroneus, & momentaneus. Similiter etiam gaudium interius decipit. Gaudent ad ſonitum organi: ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Et: Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Prov. 14 Jac. 4 Luc. 6 Job. 21 Job 20

Cogitavi in corde meo. Tangitur hic quartum, ſcilicet reditus ad utilium conſiderationem, & hoc redeundo a voluptate ad ſobrietatem. Propter quod dicit: *Cogitavi in corde meo, abſtinere a vino carnem meam*; quia iſtud miro modo inclinat ad voluptatem, unde: Nolite inebriari vino, Epheſ. 5
in quo eſt luxuria. Et: Luxurioſa Prov. 20
res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit ſapiens: & ideo cogitavit incitamentum relinquere voluptatis: *Ut animum meum transferrem ad ſapientiam*, id eſt, ad conſiderationem ſapientium, & relinquerem conſiderationem ſtultorum, qualis fuit conſideratio præcedens, unde dicit: *Devitaremque ſtultitiam*, & hoc ad ſapientiæ exhortationem. Uſquequo Prov. 1
parvuli diligitis infantiam, & ſtulti ea, quæ ſunt noxia, cupient? & hoc non propter utilitatem propriam, ſed communem: ideo dicit: *Ut viderem, quid eſſet utile filiis hominum*. Et hoc in vita præſenti, unde, & ſubdit: *Quo facto opus ſit*, id eſt, quod opportunum eſt facere: *Sub ſole, numero dierum vitæ ſuæ*, hoc vidit, & enarravit in fine hujus libri, quando dixit: Deum time, mandata ejus ob- Eccl. 12
ſerva: hoc ſiquidem utile eſt, mandata Dei ſervare, quia dicitur: Qui Eccl. 8
cuſtodit præceptum, non experietur quidquam mali. Et qui cuſtodit man- Prov. 19
datum, cuſtodit animam ſuam: qui autem negligit viam ſuam, mortificabitur.

Hic notantur multa utilia, & inutilia: utilia, dimiſſio iniquitatis: Si 2 Tim. 2
quis emundaverit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum utile Domino, ad omne opus bonum pa-

Digitized by Google

2 Tim. 3 ratum. Eruditio veritatis: Omnis doctrina divinitus inſpirata, utilis eſt ad erudiendum in juſtitia, ut ſic perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. Exercitatio pietatis; 2 Tim. 4 Exerce temetipſum ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt; pietas autem ad omnia utilis eſt. Inutilia: 2 Par. 24 Legis Dei tranſgreſſio ſuperba. Quare tranſgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit? Sapientia ſine doctrina. Eccl. 20 Sapientia abſconſa, & theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque? Doctrina ſine vita; Bonum eſt ſal; ſi autem ſal evanuerit, in quo condietur? Luc. 14 Diſputatio contentioſa: 2 Tim. 2 Noli verbis contendere; ad nihil enim utile eſt.

Ari. primo Metaphyſ. tex. primo Quæritur de hoc, quod dicit; *Qui addit ſcientiam, addit dolorem*. Contra: Omnes homines natura ſcire deſiderant; ſed deſiderium ſi compleatur; delectat animam, ergo. Item aut loquitur de vera ſapientia, & tunc ſimpliciter eſt falſum: quia de illa dicitur; Sap. 8 Non habet amaritudinem converſatio illius: aut de curioſa, & etiam falſum eſt: quia magna eſt eis delectatio, quando poſſunt aliquid ſcire. Reſpondeo dicendum, quod in utroque poteſt intelligi: De curioſa verum eſt, quia ſicut cum divitiis creſcit avaritia, appetitus habendi: ſic curioſo appetitus addiſcendi, ſi vero de ſcientia veritatis, ſecundum quod dicit ſaporem, delectat: ſecundum quod cognitionem, contriſtat, vel propter immunditiam conſcientiæ propriæ, vel propter aſpectum perverſitatis alienæ.

Continuatio. *Magnificavi opera mea*. Denuntiavit ſupra curioſitatem in conſideratione ſapientiæ: hic intendit determinare curioſitatem in operibus mechanicis, quæ reſpiciunt ea, quæ corporis ſunt: priora vero, quæ ſpiritus, prima ſunt liberalia: ſecunda artificialia. Et habet hæc pars, duas, quia primo agitur de artificialibus, quæ ordinantur ad divitias: ſecundo de iis, quæ ordinantur ad delicias, ibi, *Feci mihi cantores*. Curioſitatem igitur ſuam in iis, quæ ſpectant ad poſſeſſionem divitiarum, deſcribit hoc ordine: primo, quoad acquiſitio-

A nem poſſeſſionum ſtabilium: ſecundo, quoad multiplicationem ſervientium: tertio, quoad amplificationem pecorum, & animalium: quarto, quoad coacervationem mineralium: in quibus quatuor fere omnes conſiſtunt deliciæ mundanorum. Primo igitur ſuam exprimit curioſitatem, quantum ad poſſeſſionem ſtabilium, ſcilicet domorum ad habitandum, vinearum, & hortorum ad veſcendum: piſcinarum ad irrigandum: propterea dicit: *Magnificavi opera mea*, id eſt, magna feci. Magnificatus eſt rex Salomon ſuper omnes reges univerſæ terræ. 3 Reg. 10 Et exprimit ſigillatim: *Ædificavi mihi domus*, dicit pluraliter, quia plures ædificavit. Unde: 3 Reg. 9

B Poſtquam ædificavit Salomon duas domus, domum Domini, & domum regis, ædificavit domum filiæ Pharaonis; & hoc fuit curioſitatis, & reprehenſibile: nam, Væ qui conjungitis domum ad domum, Isa. 5 *Plantavi vineas*, ad potandum ſcilicet. Gen. 8 Noe plantavit vineam, bibenſque vinum inebriatus eſt. *Feci hortos, & pomaria, & conſevi ea diverſi generis arboribus*, ad cibum. Cant. 6 Deſcendi in hortum meum, ut viderem poma convallium, & inſpicerem, ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica: & quia hæc indigebant irrigari, ideo ſubdit: *Et extruxi mihi piſcinas aquarum*, id eſt, loca in quibus eſt aquarum congeries. Et hoc, Job 12 *Ut irri-*

C *garem ſilvam lignorum germinantium*, ſcilicet per irrigationem: quia, ſi continuerit aquas, omnia ſiccabuntur. Tales enim piſcinæ neceſſariæ erant in terra promiſſionis, propter aquæ penuriam. Deut. 11 Terra, ad quam ingredieris poſſidendam, montuoſa eſt, & campeſtris, de cœlo expectans pluvias: *Poſſedi ſervos*, tangitur hic ſecundo curioſitas, quoad multitudinem ſervientium, quia habuit eos in utroque ſexu, unde dicit: *Poſſedi ſervos & ancillas*, & etiam in omni ætate: unde ſubdit: *Multamque familiam habui*. 3 Reg. 10 Videns Regina Sabba ſapientiam Salomonis, & cibos menſæ ejus, habitacula ſervorum, & ordinem miniſtrantium, non habebat ultra ſpiritum. *Armenta quoque*: Tangitur hic tertio curioſitas, quantum ad

Digitized by Google

ad congregationem pecorum, & animalium tam magnorum, quam parvorum, cum dicit: *Armenta quoque*, *& magnos ovium greges*, ſupple habui: *Ultra omnes, qui fuerunt ante me in Hieruſalem*. Et quod multa habuit, patet: quia multa conſumebat, unde: 3 Reg. 4 Erat cibus Salomoni per ſingulos dies decem boves pingues, & viginti boves paſcuales, & centum arietes, excepta venatione cervorum, caprearum, atque bubalorum, & avium altilium. *Coacervavi mihi*. Tangitur hic quarto curioſitas, quoad coacervationem mineralium, cum dicit: *Coacervavi mihi aurum, & argentum*, quantum ad metalla: *Et ſubſtantias regum, & provinciarum*, quantum ad lapides pretioſos, & gemmas. Singuli deferebant munera 3 Reg. 10 Salomoni, vaſa argentea, & aurea, veſtes, & arma bellica. Et poſt; Fecitque, ut tanta eſſet abundantia argenti in Hieruſalem, quanta & lapidum.

Senſus myſticus. Spiritualiter Salomon iſte, qui magnificavit opera ſua, Chriſtus Dominus eſt: qui eſt rex pacificus, cujus opera magna, unde. Pſal. 103 Quam magnificata ſunt opera tua, Domine: omnia in ſapientia feciſti: ipſe autem opera ſua magnificat ſpiritualia, dum magnos, & multos facit ſervos, tum quoad vitam activam, tum quoad contemplativam; contemplativi enim ad hoc, quod magni ſint in ſtatu ſuo, multa habent ſibi collata a Chriſto Domino: *Domus*, id eſt, conſcientias quietas. Prov. 24 Ne inſidieris, & quæras impietatem in domo juſti. In hac domo quieſcendum eſt, non in aliena: Eccl. 21 quoniam, Pes fatui facilis eſt in domum proximi: *Vineas*, id eſt, affectiones devotas, ex quibus vinum elicitur; Jud. 9 Numquid poſſum deſerere vinum meum? *Hortos*, id eſt, exteriores clauſuras. Cant. 4 Hortus concluſus fons ſignatus ſoror mea ſponſa. *Silvas*, hoc eſt virtutes varias. Num. 24 Quam pulchra tabernacula tua Jacob. *Pomaria*, id eſt, operationes honeſtas, & formoſas. Job 9 Dies mei tranſierunt, velut naves poma portantes, quæ ſcilicet relinquunt poſt ſe bonum odorem. 2 Cor. 2 Chriſti bonus odor ſumus Deo. *Piſcinas*, id eſt lacrymas multas. Cant. 7 Oculi tui, ſicut piſcinæ in Heſebon. Hier. 9 Et: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? Sicut Chriſtus opera ſua magnificavit in contemplativis, ſic & in activis, quibus plura neceſſaria ſunt. *Servi, & ancillæ*, per humilitatem. Luc. 17 Cum omnia feceritis, quæ præcepta ſunt vobis dicite ſervi inutiles ſumus. *Armenta boum*, per operum ſtrenuitatem, quia boum non eſt quieſcere: ſed arare. Job 1 Boves arabant. Eccl. 7 Et Ne oderis laborioſa opera. *Oves*, per intenſionis ſimplicitatem. Matt. 10 Ecce ego mitto vos, ſicut oves in medio luporum. 1 Pet. 2 Et: Quaſi modo geniti infantes, lac concupiſcite. *Aurum*, per charitatem. Dan. 2 Dicitur apud Danielem de ſtatua illa, quod caput ejus erat ex auro optimo, quia charitas eſt caput virtutum. *Argentum*, per eloquii ſuavitatem, quia dulcem habet ſonum, unde: Pſal. 11 Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum. Eccl. 6 Et: Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. *Subſtantias regum*, per munificentiæ largitatem. Eccl. 13 Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia.

Feci mihi cantores. Egit de curioſitate ſua, quantum ad ea, quæ ordinantur ad divitias; hic agit quantum ad ea, quæ ad delicias: & hoc quidem facit per hunc modum quia enim talia non fiunt a quocumque, ſed ab eo, qui vult, poteſt, & ſcit: ideo primo oſtendit ſuam diligentiam ad hujuſmodi delectabilia præparandum; ſecundo vero potentiam ad conſummandum; tertio ſapientiam ad ordinandum; quarto vero voluptatem ad perfruendum. Primo oſtendit ſuperfluam diligentiam ſuam ad hujuſmodi delectabilia præparandum; quia quantum ad auditum, & quantum ad viſum: ratione auditus dicit; *Feci mihi cantores, & cantatrices*, ſcilicet in utroque ſexu, & hoc propter delicias. Gloſſa, ut uterque ſexus me oblectaret, unde dicit; *Et delicias filiorum hominum*, & hoc quantum ad auditum; quantum ad viſum etiam fecit vaſa pulchra, unde dicit; *Scyphos, & Urceolos*, quantum ad vina fundenda, ſcilicet feci, & hoc propter delicias; unde valde di-

diligens fuit, & hoc reprehenſibile A unde; Væ vobis, qui opulenti eſtis in Sion. Et poſt; Qui canitis ad vocem Pſalterii bibentes in phialis vinum. *Et ſupergreſſius ſum opibus*. Tangitur hic ſecundum, ſcilicet potentia ad perficiendum, quia pauper licet poſſit hujuſmodi artificialia delicioſa inchoare, non tamen perficere; ſed ipſe poterat, tamquam dives, propterea dicit; *Et ſupergreſſus ſum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Hieruſalem*. Omnes enim exceſſit. Dedi tibi divitias, & gloriam. Nemo fuerit ſimilis tui in regibus cunctis, retro diebus. *Sapientia quoque*. Tangitur hic tertium, ſcilicet prudentia ad ordinandam cum dicit; *Sapientia quoque perſeveravit mecum*, B per quam ſcilicet illa, quæ fecerat, ordinabat. Videns Regina Saba Salomonis ſapientiam, & ordinem miniſtrantium, ultra ſpiritum non habebat. Et; Præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum, & erat ſapientior cunctis hominibus. *Et omnia, quæ deſideraverunt*. Tangitur hic quartum, ſcilicet voluptas ejus ad perfruendum iis rebus delectabilibus, quas præparaverat, & quia quædam eſt voluptas, quæ habet ortum ab extrinſeco, quædam ab interiorum conceptione, utrumque notat in ſe. Quantum ad primum dicit: *Et omnia, quæ deſideraverunt oculi mei*, ſcilicet exterius videntes, C *Non negavi eis*. Immo ſatisfecit ad ſuam culpam, unde; Oculus meus deprædatus eſt animam meam. Et; Aſcendit mors per feneſtras: quantum ad voluptatem interiorum, cum dicit: *Nec prohibui cor meum*, id eſt, cordis concupiſcentiam. *Quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in iis, quæ præparaveram*, contra illud: Fili, poſt concupiſcentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere. Et quia affectus pervertit ſæpe judicium rationis, ſequitur perverſum judicium, unde, & ſubdit; *Et hanc ratus ſum partem meam*, id eſt, judicavi mihi eſſe melius; *Si uterer labore meo*, ſcilicet in præſenti, & hoc eſt judicium Epicureorum, qui non expectant aliud bonum, nec alia partem;

Amos 6 — 3 *Reg.* 3 — 3 *Reg.* 10 — 3 *Reg.* 4 — Voluptas duplex. — *Thren.* 3 — *Hier.* 9 — *Eccl.* 18

econtra Sancti in præſenti non habent partem, ſed in futuro, unde; Portio mea, Domine, ſit in terra viventium. Et rurſus; Dominus pars hæreditatis meæ.

Pſal. 118 — *Pſal.* 15

Quod peccati genus ſit delectari cantilenis.

Quæritur, cum peccatum ſit in iis cantilenis ſic delectari, ad quod genus peccati reducitur? Si tu dicas, quod ad luxuriam, quæritur cum auditus ſit unus ſenſus, ſicut guſtus, & tactus, videtur, quod debeat eſſe capitale peccatum in auditu, ſicut & tactu; at ſi non, quæro cauſam. Item quæro; utrum in hujuſmodi cantilenis delectari ſit peccatum? Quod non, videtur, quia Sancti inſtituerunt cantari ad gloriam Dei; Quod autem peccatum ſit, ait Auguſtinus; Quoties cantus mihi magis placuit, quam verba, graviter me peccaſſe confiteor. Reſpondeo dicendum, quod delectari in hujuſmodi cantilenis, aut hoc eſt propter internam devotionem, aut propter internam voluptatem, & laſciviam; aut propter quamdam curioſitatem; primo modo non eſt peccatum; ſecundo modo eſt peccatum annexum luxuriæ de proximo; tertio modo eſt peccatum curioſitatis annexum luxuriæ de remoto.

Aug. l. 10 *confeſſ. c.* 33 *t.* 10

Quæritur, quare non eſt peccatum captiale, circa hunc ſenſum, ſicut circa tactum, & guſtum? Reſpondeo, quia non eſt tanta corruptio, nec delectatio. Quæritur de hoc, quod dicit; *Et ſupergreſſus ſum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Hieruſalem*, quid eſt hoc, quod dicit? nulla videtur eminentia, quia ante ipſum non regnavit niſi ſolum pater ejus, quia ipſe aſcendit, & cœpit eam, & expulit Jebuſæum. Ad hoc dicunt quidam; non tantum loquitur, quantum ad Reges Iſrael, ſcilicet David, & Saul, ſed etiam quantum ad judices. Sed hoc non fuit magnum. Propter hoc dicitur, quod ante ipſum fuerunt Reges in Hieruſalem de Chanaan, & illi quidem divites, & magni fuerunt, & quantum ad illos dicit. Vel poteſt legi littera, ut iſta determinatio: *In Hieruſalem*, referatur ad opes, quas poſſedit in Hieruſalem, non ad Reges, ut ſit ſenſus; *Supergreſſus*

2 *Reg.* 5

ſum

Digitized by Google

ſum opibus in Hieruſalem omnes , qui A *ante me fuerunt*: quia ante eum nullus fuit ei ſimilis.

Item quæritur de hoc, quod dicit: *Sapientia quoque perſeveravit mecum*. Eccl. 6 Contra: Sapientia doctrinæ ſecundum nomen illius, ergo nullus eſt ſapiens, niſi cui ſapiunt res, ut debent: ſed Salomoni non ſapierunt, quia bona æterna contempſit, & temporalia adamavit, ergo non fuit ſapiens, ſed ſtultus. Reſpondetur dicendum, quod ſapientia uno modo importat cognitionem ſolum, & ſic dicitur ſapientia rerum divinarum, humanarumque cognitio: alio modo importat guſtum, & affectus ſaporem, & ordinem, & ſic dicitur ſapientia a ſapore. Primo autem modo ſapere, B eſt in bonis, & malis, qui habent intellectum illuminatum ad videndum multa vera de Deo, & creaturis; ſecundo modo tantum eſt in bonis. Primo modo perſeveravit, quia intelligentiam non amiſit: ſecundo modo amiſit, cum peccavit, ut ſtultus factus eſt.

Sapientia dupliciter conſideratur.

Quæritur de hoc, quod dicit: *Et hanc ratus ſum partem meam, ſi uterer labore meo*. Videtur ergo, quod Salomon fuerit de ſententia Epicureorum, qui non ponunt aliud gaudium eſſe niſi in præſenti, & hoc eſt hæreticum. Item ſi ipſe fuit ſapiens, & intelligens, & hoc poſui: ergo præſumendum hoc eſſe verum. Reſpondeo dicendum, quod duplex C eſt judicium in nobis: quoddam rationis deliberantis, & conferentis: quoddam æſtimationis: Dico quod Salomon judicio rationis deliberantis, & conferentis, numquam hoc ratus eſt, nec fuit iſtius ſententiæ, ſed ſolum judicio æſtimationis, ſicut omnis peccator æſtimat ſibi bonum eſſe peccare: unde non eſt ibi error infidelitatis, ſed potius error deviationis a bono. Epicurei autem non ſolum hoc æſtimant: immo certitudinaliter aſſerunt non eſſe aliud bonum, & ideo ſunt hæretici, & infideles. Quod obiicitur, quod ſapiens, dicendum quod, etſi ſapiens fuerit, tamen in hoc inſipienter egit: & ideo non eſt imitandus, ſicut David bonus fuit, tamen non bene fecit, cum Uriam fecit occidi, nec hoc dicit ad imitandum, ſed ad reprehendendum. 2 Reg. 11

Judicium in nobis duplex.

Cumque me convertiſſem. Egit ſupra de ſua curioſitate: hic reprehendit eam ob inventam vanitatem, quæ conſiſtit in mutabilitate. Et hæc pars habet duas: quia primo ſua opera curioſa reprehendit generaliter, ſecundo ſpecialiter, ibi: *Tranſivi ad contemplandam*. Invenit ergo vanitatem, & afflictionem in operibus, quæ fecerat curioſe, propter diligentem conſiderationem, ob quam dicit: *Cumque me convertiſſem ad univerſa opera, quæ fecerunt manus meæ*, id eſt, diligenter conſideraſſem, ſecundum illud Apoſtoli: Opus autem Gal. 6 ſuum probet unuſquiſque: *Et ad labores in quibus fruſtra ſudaveram*: ideo fruſtra, quia non propter Deum fecerat: & ideo in vacuum laboraverat. Vacua eſt ſpes illorum, & labor ſine fructu: Sapi. 3 *Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem ſpiritus, & nihil permanere ſub ſole*: ideo erat vacua, & afflictiva, quia inſtabilia: eo enim quod non permanent, ſunt vacua: eo quod amittuntur, ſunt afflictiva. Subſtantiæ impiorum, ſicut fluvius ſiccabuntur, & ſicut to- Eccl. 40 nitruum magnum in pluvia manebunt, unde: Tranſit mundus, & 1 Joan. 2 concupiſcentiæ ejus: & ideo fallax Prov. 31 ejus gratia, & vana eſt pulchritudo: *Tranſivi ad contemplandam*. Hic in ſpeciali oſtendit in ſuis operibus vanitatem, & dividitur: quia primo oſtendit vanitatem in operibus, ſive in ſtudio ordinato ad ſapientiam: ſecundo in ſtudio ordinato ad opulentiam, ſecundum duplicia opera curioſitatis prædeterminata, & hoc: ibi: *Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam*. Primo ergo redarguit ſuam curioſitatem, circa ſtudium ſapientiæ, hoc ordine: primo inſinuat ſuæ conſiderationis diligentiam: ſecundo innuit ſapientis ad ſtultum compertam præeminentiam: tertio ulterius inventam æquiparantiam: quarto ex hoc concludit vanitatem reprehenſione ſibi propria. Primo ergo innuit ſuæ conſiderationis diligentiam in pertractando ea, in quibus ſtuduerat, propter hoc dicit: *Tranſivi ad contemplandam*

Digitized by Google

plandam ſapientiam, quantum ad eli-
genda; *Erroreſque*, *& ſtultitiam*,
quantum ad vitanda. *Tranſivi*, in-
Eccl. 14 quam a voluptate, unde: Tranſite
ad me omnes, qui concupiſcitis me;
ſed licet eſſet in eo diligentia, non
tamen erat ſufficientia, unde ſubdit?
Quid eſt, *inquam*, *homo*, *ut ſequi poſ-
ſit Regem factorem ſuum?* Quaſi dicat
inſufficiens eſt ad conſiderandum, &
videndum, quæ Dominus prævidet:
Quid eſt homo; quaſi dicat parum eſt
Pſal. 8 ſufficiens. Quid eſt homo, quod me-
mor es ejus? *Ut ſequi poſſit Rigem fa-
ctorem ſuum*, id eſt, Deum creato-
Iſa. 64 rem. Et nunc Domine, Pater noſter
Job 11 es tu; Nos vero lutum, & fictor no-
ſter es tu, & opera manuum tuarum
omnes nos? hæc nemo poteſt ſequi.
Forſitan veſtigia Dei comprehendes,
& uſque ad perfectum omnipotentem
reperies? *Et vidi quod tantum*. Hic
notatur ſecundum, ſcilicet ſapientiæ
ad ſtultitiam inventa præeminentia,
quia quaſi improportionabiliter ante-
cellit, propter quod dicit; *Et vidi
quod tantum præcederet ſapientia ſtul-
titiam*, id eſt, nobilior eſſet; *Quan-
tum differt lux a tenebris*, & iſta com-
paratio bona eſt? quoniam ſapientia
illuminat, & ſtultitia excæcat: &
obtenebrat; propterea ſubdit; *Sapi-
entis oculi in capite ejus*, Sicut ad di-
rigendum; *Stultus in tenebris ambu-
lat*; quaſi non habeat oculos in ca-
pite; quod autem ſapientia illumi-
Sap. 6 net, alibi docet, cum ait: Diligite
lumen ſapientiæ omnes, qui præ-
ſtis populis; unde & Chriſtus Dei
Joan. 8 ſapientia dicit de ſe luce: Ego ſum
lux mundi. Econtra ſtultitia eſt te-
Iſa. 5 nebroſa. Væ qui dicitis bonum ma-
lum, & malum bonum, ponentes
lucem tenebras, & tenebras lucem,
Joan. 1 unde; Lux in tenebris lucet, & te-
Pſal. 81 nebræ eam non comprehenderunt:
ideo, quia neſcierunt, neque intel-
lexerunt: ideo in tenebris ambulant.
Joan. 3 Dilexerunt enim magis tenebras,
quam lucem.

Et didici. Tangitur hic tertium,
ſapientis ad ſtultum æquiparantia,
& in morte, & poſt mortem: quan-
tum ad æquiparantiam in moriendo
dicit: *Et didici*, *quod unus utriuſque
eſſet interitus*: *unus*, id eſt conſimilis,

A quia nemo effugit mortis ſententiam,
propter ſuam ſapientiam, unde: Om- 2 Reg. 14
nes morimur; & quaſi aquæ, quæ
dilabuntur in terram, quæ non re-
vertuntur: ſicut ſtultus, nihil affert,
ſic nec ſapiens. Nudus egreſſus ſum Job 1
de utero matris meæ, & nudus re-
vertar: & propter hanc æquiparan-
tiam contempſit ſapientiam, ideo di-
cit: *Et dixi in corde meo: ſi unus*, *&
ſtulti*, *& meus occaſus erit*, *quid mihi
prodeſt*, *quod majorem ſapientiæ dedi
operam?* quaſi dicat nihil, quantum
ad mortem. Dies finitionis mortis: Eccl. 40
reſidentes ſuper ſedem glorioſam uſ-
que ad humiliatum in terra, & ci-
nere: eſt autem ſapientis, & ſtulti
non tantum æquiparantia in morte,
B ſed etiam poſt mortem, unde ſubdit:
Locutuſque cum mente mea, id eſt, in-
terius conſideravi. *Animadverti*, *quod
hoc quoque eſſet vanitas*, ſcilicet dare
ſapientiæ operam majorem, quam
ſtultus, quia non eſt magis de ipſo
memoria, quam de ſtulto, ideo di-
cit: *Non enim erit ſapientis memoria
ſimiliter*, *ut ſtulti in perpetuum*, & ra-
tio ſubditur: *Et futura tempora obli-
vione cuncta pariter operient*. Unde ſu-
pra dictum eſt: Non eſt priorum me- Eccl. 1
moria, nec etiam eorum, quæ poſt
futura ſunt. Et oblivionem accipiet Sap. 2
nomen noſtrum per tempus, & ne-
mo memoriam habebit operum no-
ſtrorum. Et memoria veſtra compa- Job 13
rabitur cineri, & redigentur in lutum
C cervices veſtræ.

Moritur doctus. Hic quarto ex hu-
juſmodi æquiparantia inventa con-
cludit vanitatem in ſuo ſtudio, &
reprehenſionem ſuam: unde repetit
æquiparantiam dicens: *Moritur doctus
ſimiliter & indoctus*, & ita pares ſunt,
& ex hoc concludit: *Idcirco tæduit
me vitæ meæ*; quaſi recuſavi vivere,
præ tædio, ſicut Job; Tædet animam Job 10
meam vitæ meæ, propter peccato-
rum occaſiones. Et Rebecca; Tædet Gen. 27
me vitæ meæ, propter labores. Tæ-
dere cœpit populum itineris, & la- 2 Cor. 1
boris. Propter tribulationes; Supra Num. 21
modum gravati ſumus, ita ut tæde- Job 10
ret nos etiam vivere. Propter futu-
ræ dilationem; Tædet animam meam
vitæ meæ. Propter imminentem ten-
tationem; Dormitavit anima mea Pſal. 118
præ

Mar. 14 præ tædio. Propter mortis imminentis horrorem: Cœpit Jeſus tædere, & pavere. *Videntem mala eſſe univer- Sap. 9 ſa ſub ſole, & cuncta vanitatem, & afflictionem ſpiritus.* Corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & extrema inhabitatio ſenſuum deprimit multa cogitantem; ideo frequens meditatio carnis eſt afflictio.

Quæritur hic primo de hoc, quod dicit: *Eccl. 23* *Quid eſt homo, ut ſequi poſſit* *Job 23* *Deum?* Contra: Magna gloria eſt ſe- *Sequi Deum dupliciter.* qui Deum. Item Job ait: Veſtigia ejus ſecutus eſt pes meus. Reſpondeo, dicendum, quod eſt ſequi per æquiparantiam: & hoc nulli datum eſt creaturæ: & quia ſatanas hoc voluit, ideo corruit: eſt item ſequi per ſubjectionem, & obedientiam: & hoc quidem poteſt homo, ſed non quilibet, ſed quibus datum eſt a Deo per gratiam, & quem ipſe trahit, & ideo nullus poteſt ſine Dei auxilio.

Quæritur de hoc, quod dicit: *Quid mihi prodeſt, quod majorem ſapientiæ operam dedi?* Quia ſecundum hoc videtur, quod diſſuadeat ſtudere ſapientiæ, cujus contrarium ſæpe hortatur: Stude ſapientiæ fili mi. *Prov. 27* Reſpondeo, dicendum, quod dare *Dare operam ſapientiæ dupliciter intelligitur.* operam ſapientiæ, hoc poteſt eſſe dupliciter, propter commodum præſentis vitæ, vel propter remunerationem gloriæ æternæ: propter commodum præſentis vitæ prodeſt ſapientia ante mortem, quia dirigit hominem in ſuis operibus, ſed in morte nihil, eo quod ita moritur doctus, ut indoctus, nec protelatur ei vita: ſi autem propter commodum æternæ vitæ, ſi non moritur, immo vivit. *Eccl. 21* Eſt utilis ad operationem boni. Ornamentum aureum prudenti, doctrina. Eſt utilis ad declinationem ma- *Eccl. 3* li: Sapiens cor, & intelligibile abſtinet ſe a peccatis. Eſt utilis ad augmentum gratiæ. Dabit capiti *Prov. 4* tuo augmenta gratiarum. Eſt ad au- *Prov. 3* gmentum gloriæ: Gloriam ſapientes poſſidebunt. Sic igitur dehortatur, quod non eſt ſtudendum in ſapientia propter præſens commodum, & curioſitatem: ſed propter æternam ſalutem, & ideo ſeipſum reprehendit, quia ipſe laboraverat propter

A curioſitatem, & mundanam vanitatem.

Quæritur de hoc, quod dicit: *Non erit memoria ſapientis, & ſtulti.* *Prov. 10* Contra: Memoria juſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcet. Item: Non recedet memoria ejus, & nomen *Eccl. 29* ejus requiretur. Reſpondeo: Ad hoc dicunt quidam, quod ipſe loquitur in perſona carnalis, unde falſum dicit ſimpliciter, ſed verum ſecundum carnalium æſtimationem. Sed hoc non plane ſolvit, quia debet carnalium poſitionem non aſſerere, ſed potius infirmare. Propterea dicendum, quod eſt loqui de memoria ſapientis, & ſtulti, aut quantum ad Deum, aut quantum ad homines: ſi loqui-
B mur quantum ad Deum, memoria eſt utique boni ſapientis, qui ſtudet ſapientiæ ad gloriam Dei: ſed quantum ad homines, tam malorum, quam bonorum tranſit memoria, ut in pluribus: quia homines pauca recolunt. Si autem de malo ſapiente, & vano: non eſt memoria, nec quantum ad Deum, nec quantum ad homines, immo nomen ejus tranſit, ut nomen ſtulti, & ideo ſtultum eſt propter famam nominis in ſapientia laborare. Eccleſiaſtes autem loquitur de ſapiente vano, qui oculum habet ad terrena, & loquitur de memoria humana, non divina.

Item quæritur de hoc, quod dicit: *Tæduit me vitæ meæ videntem mala*
C *univerſa ſub ſole.* Contra: Vidit Deus *Gen. 1* cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona, ergo non ſunt mala, immo hoc eſt hæreticum. Reſpondeo dicendum, ſicut dicit Apoſtolus, quod, Lex ſancta, & mandatum ſanctum: *Rom. 7* tamen per occaſionem, mandatum fuit non habentibus gratiam, mortiferum, & operatum eſt mortem: ſicut creaturæ, juſtis, & Deum diligentibus; valde ſunt bonæ, & cooperantur in bonum, & de ſe ſunt bonæ: tamen impiis peccatoribus, & inſipientibus omnia convertuntur in mala per occaſionem, unde: Creatu- *Sap. 14* ræ Dei ſunt in tentationem, & in *Eccl. 39* muſcipulam pedibus inſipientium: Et Hæc omnia impiis, & peccatoribus in mala convertuntur.

Rurſus deteſtatus ſum. Redarguit ſu-

pra

pra ſuam curioſitatem circa opera ſa- A
pientiæ: ſecundo redarguit ſuam cu-
rioſitatem circa opera humanæ in-
duſtriæ ad opulentiam ordinatæ. Et
hoc quidem facit hoc ordine; Primo
ſuam curioſitatem redarguit propter
boni ſucceſſoris, ſeu heredis incer-
titudinem, Secundo propter laborio-
ſam ſolicitudinem. Tertio huic præ-
fert præſentem voluptatem. Quarto
ipſam ſolicitudinem damnat per ju-
dicii divini æquitatem. Arguit ergo
primo ſe curioſum circa terrena ac-
quirenda, propter bonæ prolis incer-
titudinem; quia ipſe non poterat
ſemper poſſidere, & timebat inuti-
lem ſucceſſorem habere, propterea
dicit: *Rurſus deteſtatus ſum omnem
induſtriam meam.* Id eſt, curioſam B
diligentiam; *Qua ſub ſole ſtudioſiſſime
laboravi.* Ad hæc ſcilicet bona au-
Hier. 6 genda: A minori uſque ad majorem
omnes avaritiæ ſtudent, & ratio de-
teſtationis infertur: *Habiturus here-
dem poſt me, quem igitur, utrum ſa
piens, an ſtultus futurus ſit.* Ad litte-
3 Reg. 12 ram; Salomon habuit Roboam ſtul-
tum filium, qui ſecutus conſilium
juvenum fecit dividi regnum. *Et do-
minabitur in laboribus meis, quibus de-
ſudavi*, quantum ad corpus; *Et ſo-
licitus fui*, quantum ad animam. De
Gen. 3 hoc ſudore; In ſudore vultus tui ve-
Matt. 6 ſceris pane tuo: De ſolicitudine:
Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ; quid
manducetis, aut corpori veſtro, quid
induamini; & illud eſt valde vanum, C
unde dicit; *Et eſt quidquam tam va-
num?* ſupple, ſicut laborare ſolicite
pro ſtulto curioſo; quaſi dicat, non.
Ex hujus igitur vanitatis conſidera-
tione ceſſavit a curioſitate, unde di-
cit. *Unde ceſſavi, renuntiavitque cor
meum laborare ſub ſole*, id eſt, pro
bonis temporalibus. *Ceſſavi*, in ope-
re. *Renuntiavitque cor meum*, in vo-
luntate. Sed avarus propter hoc non
Eccl. 4 ceſſat. Unus eſt, & ſecundum non
habet, & tamen labore non ceſſat;
& repetit rationem, quare ceſſavit:
Nam cum alius laboret in ſapientia,
in corde: *Et in doctrina*, in ore: *Et
in ſolicitudine*, in opere: *Homini otioſo
quæſita dimittit*, & ex hoc concludit
vanitatem. *Et hoc ergo vanitas & ma-
gnum malum*, vanitas quidem, quia

divitiæ relinquuntur homini inutili,
ſed: *Magnum malum*, unde Hugo;
Magnum malum eſt, ut unde unus
atteritur labore, alter otioſe, & illi-
cite abutatur: *Malum*, quia diſſipa-
tori. Vana ſunt opera eorum. Et: Hier. 51 Deut. 28
Non ſit fortitudo in manu tua: Fru-
ctus terræ tuæ, & omnes labores
tuos comedat populus, quem igno-
ras.

Quid enim proderit? Hic ſecundo
redarguit curioſitatem acquirendi pro-
pter laborioſam ſolicitudinem, pro-
pter quam dicit: *Quid proderit homi-
ni de univerſo labore ſuo*, in corpore,
& afflictione ſpiritus, in animo, *qua
ſub ſole cruciatus eſt*, quaſi dicat: ni-
hil. Unde; Noli laborare, ut dite- Prov. 23
ris, ſed prudentiæ tuæ pone modum.
Non prodeſt, ſcilicet ei, qui laborat
propter hæc viſibilia habenda. Unde
Bern. Apud alios ſunt fructus divitia-
rum, divitibus vero nomen reddit
ſolicitudo, & ideo non prodeſt. Un- Eccl. 5
de: Quid prodeſt poſſeſſori, niſi
quod cernit divitias oculis ſuis? Nec
tantum non prodeſt, immo obeſt.
Unde ſubdit: *Cuncti dies ejus dolori-
bus & ærumnis pleni ſunt*, exterius;
nec per noctem mente requieſcit, inte-
rius. Ideo dicitur: Menſes vacuos, Job 7
& noctes laborioſas enumeravi mihi. Prov. 15
Et: Omnes dies pauperis, mali.
Secura mens quaſi juge convivium,
& ex hoc concludit, quod ſic labo-
rare eſt vanum quia inutile. Ideo
dicit; *Et hoc nonne vanitas eſt*, quaſi
dicat, immo. Qui amat divitias, Eccl. 5
fructum non capiet ex eis; & hoc Ibid.
ergo vanitas, quia obſunt. Unde;
Eſt alia infirmitas, quam vidi ſub
ſole, divitiæ congregatæ, &c.

Nonne melius eſt. Hic tertio præ-
dictæ ſolicitudini curioſitatis præfert
voluptatem carnis. Et ideo dicit;
*Nonne melius eſt comedere animæ ſuæ
bona de laboribus ſuis?* ſupple, quam
continue ſemper laborare, quaſi di-
cat, melius eſt, id eſt, minus malum
quia illud eſt malum culpæ & pœnæ,
iſtud eſt malum culpæ, ſed habet
jucunditatem: Ecce gaudium, & læ- Iſa. 22
titia, occidere vitulos, & jugulare
arietes, &c. & quod ſit melius, ma-
nifeſtat; quia hoc eſt donum Dei.
Unde dicit; *Et hoc de manu Dei eſt.*

Digitized by Google

Hier. 5 Saturavi eos, & mœchati ſunt, &c. A & proponit ſe in exemplum hujus ad hoc confirmandum, dicens; *Quis ita vorabit*; quantum ad concupiſcentiam; *Et deliciis affluet*; quantum ad abundantiam, *ut ego*? quaſi dicat, 3 Reg. 4 nullus. Erat autem cibus Salomonis per ſingulos dies, triginta cori ſimilæ, & ſexaginta cori farinæ, decem boves pingues, & viginti paſcuales.

Homini bono. Hic quarto ſolicitudinem damnat per divini judicii æquitatem, quoniam talis ſolicitudo non eſt data bonis, ſed malis, & Pſal. 67 hoc divino judicio. Juſti epulentur & exultent in conſpectu Dei. Ideo dicit: *Homini bono in conſpectu ſuo*, ſcilicet, quod ſibi placet, non hominibus, ut hypocrita: *Dedit Deus ſapientiam*: quantum ad æterna, *Et ſcientiam*: quoad temporalia diſpenſanda, *& intelligentiam*, quoad intelligenda, & conſideranda: Job 38 Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam, vel quis dedit gallo intelligentiam? Hoc ſecundum largitatem miſericordiæ, ſecundum æquitatem juſtitiæ, ſubdit: *Peccatori autem dedit afflictionem, & curam ſuperfluam*, id eſt, dari permiſit juſto judicio: *ut addat, & congreget, & tradat ei qui placuit Deo*. Prov. 13 Cuſtoditur juſto ſuſtantia peccatoris. Prov. 28 Et; Qui coacervat divitias uſuris, fœnere liberali, in pauperes congregat eas. Et ex hoc infert vanitatem. *Sed hoc vanitas, & caſſa ſolicitudo* Prov. 10 *mentis*, quia: Expectatio ſolicitudinis peribit.

Notandum; Eſt ſtudium ad occa-Prov. 27 ſionem ſapientiæ; Stude ſapientiæ, fili mi, ut poſſis exprobrantis ſermonem reſpondere. Ad excitationem Hier. 7 juſtitiæ; Bonas facite vias veſtras, Prov. 23 & ſtudia veſtra. Ad expletionem concupiſcentiæ; Cui væ? cujus patri væ? nonne his, qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? Ad imperium avaritiæ. A mi-Hier 6 nori uſque ad majorem omnes avaritiæ ſtudent. Prima duo ſtudia ſunt bona, duo ſequentia mala, & in Prov. 20 his diſcernitur bonitas hominis. Et ſtudiis ſuis intelligitur puer, ſi munda, & recta ſunt opera ejus. Quia igitur Eccleſiaſtes non his ſtuduerat, ſed ad avaritiam, & gulam, ideo ſua ſtudia arguebat.

CAPUT TERTIUM.

Omnia tempus habent.) Supra egit de vanitate rerum, oſtendens in iis eſſe variabilitatem ratione motus, hic ſecundo vult oſtendere vanitatem, quantum ad determinationem, & varietatem in tempore: & quia oſtendit mutabilitatem rerum, non ad ipſarum contemptum, ſecundum quod ſunt opera Dei, ſed ſecundum quod amantur a nobis; ideo in hac parte oſtendit primo temporum varietatem, ſecundo reprehendit noſtram curioſitatem, ibi; *Quid habet amplius*. Tertio divino-B rum operum perpetuitatem, ibi; *Et didici, quod opera Dei*. Prima pars habet duas, quia primo agit de varietate, & mutabilitate rerum in tempore generaliter, ſecundo ſpecialiter, inducendo, & probando, ibi; *Tempus naſcendi*. Proponit ergo generaliter, dicens; *Omnia tempus habent*, id eſt temporis varietatem, quia; Vanitati ſubjecta eſt creatura non vo- Rom. 8 lens: *Et ſuis ſpatiis tranſeunt univerſa ſub ſole*, quantum ad præfixi temporis determinationem. Omnia in nu- Sap. 11 mero, pondere, & menſura diſpo- 1 Cor. 7 ſuiſti. Et præterit figura hujus mundi; & maxime hoc temporis ſpatio ſibi præfixi; Conſtituiſti terminos e- Job 14 jus, qui præteriri non poterunt.

C Hic eſt quæſtio de hoc, quod dicit; *Omnia tempus habent*. Inſtantia eſt; quoniam ſubſtantiæ ſpirituales, ut dicit Hieronymus, nec loco, nec tempore continentur. Item, omne, quod eſt in tempore, & habet tempus, eſt corporale, ſed ſubſtantiæ ſpirituales ſunt incorporales, ergo non ſunt in tempore, nec habent tempus. Quod autem ſint in tempore, videtur: quia dicitur; Subſtantia ſpiritualis increata non movetur per tempus, nec per locum, ſubſtantia ſpiritualis creata movetur per tempus, ſed non per locum; corporalis creata per tempus, & locum. Item quod eſt in loco, eſt in tempore: ſed ſolus Deus eſt incircumſcriptibi- Damaſc. l. lis, ut dicit Damaſcenus, ergo ſolus 1 fidei ort. eſt intemporalis: ergo omnia alia cap. 14 tem-

tempus habent Reſpondeo: dicendum ad hoc, quod iſta diſtributio eſt accomoda, & ſicut quando dicitur, cœlum tegit omnia, intelligitur de iis, quæ ſunt ſub cœlo; ſic quando dicitur: *Omnia tempus habent*, intelligitur de iis, quæ ſunt ſub ſole, & menſurantur tempore: & ideo non eſt inferenda inſtantia in ſubſtantia ſpirituali. Si autem velimus diſtributionem extendere, dicemus, quod tempus dicitur tripliciter, communiter, & proprie, & magis proprie. Communiter, ſecundum quod dicit menſuram de non eſſe ad eſſe, & hoc modo eſt in omnibus, quia omnia initium habuerunt: & hoc videtur littra innuere; quia ipſe dicit, quod, *Omnia tempus habent*: ſed non quod omnia tranſeant ſub ſole. Alio modo proprie, pro ut importat variationem, ſive in ſubſtantia, ſive in affectione, & ſic adhuc ſubſtantia ſpiritualis habet tempus, quantum ad mutationes affectuum. Tertio modo magis proprie, prout menſura excedens, & ſic eſt corruptibilium, & non omnium. Quod ergo quæritur, utrum ſubſtantiæ ſpirituales habeant tempus: ſolvendum, quod primo modo habent, quantum ad ſubſtantiam: ſecundo modo quantum ad aliquas affectiones; tertio modo non habent; & per hoc ſolvuntur contrarietates utriuſque partis.

Tempus tripliciter dicitur.

Quæritur de ſecunda parte propoſitionis; *Et ſuis ſpatiis tranſeunt ſub ſole*, utrum tranſeant elementa. Quod ſic, videtur; Vidi cœlum novum, & terram novam; ergo vetus tranſierat. Item: Tranſit mundus, & concupiſcentia ejus. Et; Cœlum, & terra tranſibunt. Contra: Sunt de conſtitutione univerſi, ergo cum univerſum maneat, manifeſtum eſt, quod etiam elementa. Reſpondeo, dicendum, quod aliquid tranſire ſuo ſpatio, eſt dupliciter, vel quantum ad corruptionem ſecundum totam ſubſtantiam, ſicut corrumpuntur animalia bruta, vel quoad corruptionem ſecundum partem, ſicut elementa generantur, corrumpuntur in ſuis terminis, in quibus ſe tangunt; vel tranſire hoc, a ſtatu corruptibilitatis, & ad ſtatum alium tranſmutari: hoc

Apoc. 21
1 Joan. 2
Matt. 24

A modo mundus iſte ſenſibilis innovabitur. Quod ergo dicitur hic, quod, *Suis ſpatiis tranſeunt*, altero iſtorum modorum intelligitur. Quod rurſus obiicitur: Tranſit mundus, & concupiſcentia ejus, determinatio ſolvit, ſcilicet mundus, prout eſt occaſio voluptatis. Quod dicitur: Vidi cœlum novum: Gloſſa, id eſt, innovatum. Quod dicitur: Cœlum, & terra tranſibunt, Gloſſa exponit, a forma mutabili ad immutabilem. *Tempus naſcendi*. Supra propoſuit propoſitionem generalem, hic probat eam in ſpeciali inducendo, oſtendens in rebus diverſas temporum varietates. Et hæc pars habet quatuor partes. Primo tangitur varietas temporum,

B quæ reſpicit ortum, & occaſum. Secundo, quæ reſpicit ſtatum, ibi; *Tempus flendi, & tempus ridendi*. Tertio, illa, quæ reſpicit uſum, ibi: *Tempus amplexandi*. Quarto, illa, quæ reſpicit debitæ converſationis modum, ibi: *Tempus tacendi*. Primo igitur introducitur illa varietas, quæ reſpicit ortum rerum, & occaſum ſub quadruplici differentia. Primo viventium, ſecundo vegetabilium, tertio ſenſibilium, quarto artificialium.

Quantum ad ortum & occaſum viventium, dicit ibi eſſe varietatem, cum dicit: *Tempus naſcendi, & tempus moriendi*, & hoc eſt omnibus viventibus: quia de nativitate venitur

C ad mortem. Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis. Et: Occaſio magna creata eſt ſuper filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, uſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Et; Nos nati continuo deſinimus eſſe. Et; Alia generantur, & alia deiiciuntur: ſic generatio carnis & ſanguinis, alia finitur, & alia naſcitur.

Job 14
Eccl. 40
Sap. 5
Eccl. 14

Quantum ad ortum vegetabilium, dicit: *Tempus plantandi*. Quantum ad occaſum: *Tempus evellendi, quod plantatum eſt*. Plantaverat Dominus Deus paradiſum voluptatis. Sed, *Tempus evellendi*, infructuoſa. Unde: Ecce tres anni ſunt, ex quo venio quærens fructum in hac ficu, & non invenio: ſuccide ergo illam,

Gen. 2
Luc. 13

Quan.

Digitized by Google

Quantum ad ortum, & occaſum ſenſibilium, ſubdit; *Tempus occidendi*, & præmittitur, *Tempus occidendi*, & ſequitur: *Tempus ſanandi*, propter ſtatum naturæ corruptæ, quæ magis inolevit, ut ſanitas non habeat locum. De hac variatione: Ego occidam, & ego vivere faciam. Deut. 32

Quantum ad ortum, & occaſum artificialium, ſubdit quarto: *Tempus deſtruendi*, ecce occaſus: *Et tempus ædificandi*: ecce reformatio deſtructi. Deſtruenda ſunt ruinoſa; Non relinquetur in te lapis ſuper lapidem. *Tempus ædificandi*, cum adeſt rerum copia; Deſtruam horrea mea, & rurſus faciam majora. Portate lignum. ædificate domum, & acceptabilis erit mihi. Et ſic non eſt ſtatus in rerum egreſſu. Lucæ 19 Lucæ 12

Tempus flendi. Poſita varietate temporum, quæ reſpicit ortum rerum; & occaſum, ponitur hic varietas temporum, quæ reſpicit ſtatum, utpote proſperitatis, & adverſitatis. Et hoc attenditur ſecundum triplicem differentiam, ſcilicet proſperitatis, jucunditatis, & ſecuritatis, & ſuorum oppoſitorum. Quantum igitur ad tempus proſperitatis, in quo ridendum: & adverſitatis, inquo plorandum, dicit: *Tempus flendi*. In adverſitate; Omnis maritus ſumpſit lamentum, & quæ ſedebant in thoro maritali, lugebant. Et; Plorans ploravit in nocte; id eſt, in adverſitate, & lacrymæ ejus in maxillis ejus. *Et tempus ridendi*; In proſperitate; Judæis nova lux oriri videbatur, & gaudium, atque tripudium. Et præmittit fletum riſui, vel quia præcedit ſecundum naturam lapſam; Primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans; vel quia primo dolendum, quia; Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis, e contra de malis: Riſus dolore miſcebitur. 1 Mac. 1 Thren. 1 Eſther. 8 Sap. 7 Luc. 6 Prov. 14

Quantum ad jucunditatis ſtatum, & ſuum oppoſitum, dicit; *Tempus plangendi, & tempus ſaltandi*. Differt planctus, & fletus, riſus, & ſaltus; quia fletus eſt in lacrymis; planctus in voce; riſus in ſigno: ſaltus in corporis elevatione. De planctu; Planctus magnus eſt iſte Ægyptiis, hoc eſt ad exequias: ſed ſaltus ad ſolemnitates, præclaras, unde dicitur, quod in die natalis Herodis intravit filia Herodiadis, ut ſaltaret. Gen. 50 Marc. 6

Quantum ad tempus ſecuritatis, & ſui oppoſiti, dicit; *Tempus ſpargendi lapides*, ſcilicet eſt ſecuritas: Non ſumet gens adverſum gentem gladium. *Tempus colligendi*. Ad extructionem munitionum, ſcilicet quando de hoſtibus eſt timiditas: Ædificavit omnem murum, qui fuerat diſſipatus, & extruxit turres. Sequitur, *Tempus amplexandi*. Poſita varietate temporum, quæ reſpicit ortum, & occaſum rerum, & etiam ſtatum; ponitur hic tertio, quæ reſpicit uſum; & hoc ſub quadruplici differentia: ſcilicet quantum ad uſum uxorum, quæ conſiſtit in copulatione carnali ad generationem prolis, & dicit: *Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus*. Reliquum eſt, ut qui habent uxores, ſint tamquam non habentes. Et iterum; Nolite fraudare invicem: niſi forte ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi, & iterum revertimini in idipſum. Mich. 4 2 Par. 32 1 Cor. 7

Quantum ad uſum poſſeſſionum, dicit: *Tempus acquirendi*: *& tempus perdendi*. Acquirimus per induſtriam, ſed perdimus per pigritiam: Sapiens mulier ædificat domum ſuam, inſipiens extructam quoque manibus deſtruet, Vel acquirendi in vita, perdendi in morte: Divitias, quas devoravit, evomet. Prov. 14 Job 20

Quantum ad uſum theſaurorum, ſubdit: *Tempus cuſtodiendi*, quando eſt abundantia, *Et tempus abiiciendi* quando eſt pauperum indigentia: exemplum de Joſeph, qui cuſtodivit in fertilitate, & diſperſit in egeſtate. Cuſtodiendæ enim ſunt divitiæ, ut diſpergantur: unde: Diſperſit, dedit pauperibus. Quantum ad uſum veſtimentorum, ſubdit: *Tempus ſcindendi*, cum devaſtantur, *Et tempus conſuendi*, quia veſtimenta noſtra quotidie devaſtantur, & renovantur, niſi forte divino miraculo, ſicut ſcriptum eſt: Veſtimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetuſtate defecit: ſed noſtra cito conſummantur: ideo parum eſt curandum. Habentes alimenta, & Gen. 41 Pſ. 111 Deut. 8 1 Tim. 6

qui

quibus tegamur, his contenti ſimus.

Tempus tacendi. Hic ponitur quarta varietas temporis, quæ reſpicit debitum converſandi modum, quæ attenditur ſecundum triplicem actuum alternationem, ſcilicet quantum ad actum rationabilis, qui eſt loqui: concupiſcibilis, qui eſt amare: iraſcibilis, cujus eſt bellare, & quantum ad ſua oppoſita: quantum ergo ad alternationem locutionis, dicit: *Tempus tacendi*, *& tempus loquendi*: quia non ſemper loquendum, nec ſemper tacendum: Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus: laſcivus autem, & imprudens non ſervabit tempus. Unde: Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo, & præſumit taciturnitatem locutioni: quia deliberate eſt loquendum: Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam: qui autem inconſideratus eſt ad loquendum ſentiet mala. Quantum ad alternationem concupiſcibilis, dicit: *Tempus dilectionis*, cum homo habet bonitatem, *Et tempus odii*, quando convertitur ad malignitatem: Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum. Et: Odientes malum, adhærentes bono, dilectionem fraternitatis invicem diligentes. Quantum ad alternationem actus iraſcibilis, dicit: *Tempus belli*, contra adverſarios infeſtantes: Factum eſt autem vertente anno, eo tempore, quo ſolent reges ad bella procedere. *Et tempus pacis*, quando ceſſant inſurgentes: Siluit terra omnibus diebus ejus. Et: Non ſumet gens contra gentem gladium, & non diſcent ultra belligerare.

Eccl. 10

Prov. 25

Prov. 13

Pſal. 118
Rom. 12

2 Reg. 11

1 Mac. 14
Mich. 4

Senſus myſticus.

Spiritualiter hæc quadruplex variatio refertur ad quatuor ſtatus hominum exiſtentium in Eccleſia. Prima, quoad renatos: ſecunda, quoad pœnitentes: tertia, quoad juſtos: quarta, quoad prælatos. Primo igitur in baptizatis eſt: *Tempus naſcendi*, *& moriendi*, qui naſcuntur Deo: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto. Sicut moriuntur mundo: Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem. Secundo eſt, *Tempus plantandi*, *& tempus evellendi*, quia plantantur in eis virtutes: Filii tui ſicut novellæ olivarum: ſed evelluntur vitia: Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas: quia: Omnis plantatio, quam non plantavit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Tertio eſt in baptizatis, *Tempus occidendi*, motum concupiſcentiæ: Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram: Et eſt, *Tempus ſanandi*, virtutem naturæ: Obducam cicatricem ibi, & a vulneribus tuis ſanabo te: Quarto, eſt in baptizatis. *Tempus deſtruendi*, *& ædificandi*, quia deſtruitur hereditas diaboli, & fit habitatio Chriſti. Ad quem accedentes lapidem vivum, & ipſi ſuperædificamini in domus ſpirituales. Et: Conſtitui te ſuper gentes, & regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & ædifices, & plantes.

Joan. 3
Rom. 6
Pſal. 127
Sap. 4
Matt. 15
Col. 3
Hier. 30
1 Pet. 2
Hier. 1

Secunda varietas temporum ſpectat ad pœnitentes, quantum ad tria, ſcilicet contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem: *Tempus flendi*, *& tempus ridendi*, in contritione, in qua gaudium, & dolor: Cor, quod novit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio ejus non miſeribitur extraneus. *Tempus plangendi*, *& tempus ſaltandi*, in confeſſione, in quo debet confiteri cum planctu: Dimitte me, ut plangam paululum dolorem meum. Debet confiteri nude, & aperte, David ſaltabat accinctus coram arca. *Et tempus ſpargendi lapides*, *& tempus colligendi*, in ſatisfactione. Lapides offenſionis ſunt occaſiones peccati: Via impiorum complanata lapidibus, & in finem illorum inferi, & tenebræ & pœnæ. Hi colliguntur in conſideratione, & ſparguntur in cauta evitatione, & carnis maceratione. Ab his occaſionibus pauci liberantur, niſi qui a Domino cuſtodiuntur: In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Prov. 14
Job 10
2 Reg. 6
Eccl. 21
Pſal. 90

Tertia varietas reſpicit juſtos, quantum ad duplicem ſtatum activorum, & contemplativorum: quantum ad contemplativos, dicit: *Tempus amplexandi*, *& tempus longe fieri ab amplexibus*: quia modo actioni, modo debent intendere contemplationi. De quo amplexu: Glorificaberis ab illa, cum illam fueris amplexatus. Longe debent fieri ab amplexibus carnis, de

Prov. 4

Prov. 7 de quibus: Veni, inebriemur cupitis amplexibus. Quantum ad activos, qui debent exerceri in operibus pietatis ſubiungit: *Tempus acquirendi, & tempus perdendi*, hoc eſt, acquiſi- Eccl. 29 ta diſtribuendi per eleemoſynam: Perde pecuniam propter fratrem, & amicum, & non abſcondas illam ſub lapide. Hoc debitum perfectæ juſtitiæ, ſed ſupererogationis eſt dare totum, & quantum ad hoc, dicitur: *Tempus cuſtodiendi, & tempus abiiciendi*: quaſi totum dimittendi. Si vis perfectus eſſe, vade, & Matt. 19 vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Rurſus quantum ad activos: *Tempus ſcindendi, & tempus conſuendi*, & hoc quantum ad veſtitum. Job. 31 Si abſque operimento dimiſi pauperem, & ſi non benedixerunt mihi latera ejus.

Quarta varietas attenditur, quantum ad prælatos. Primo in docendo, cum dixit: *Tempus tacendi, & tempus docendi*, quia prius diſcere, & po- Eccl. 18 ſtea docere. Antequam loquaris di- Eccl. 32 ſce. Et: Audi tacens. *Tempus dilectionis, & tempus odii*, in correptione malorum, quæ conſiſtit in odiendo vi- 2 Theſ. tium, & in diligendo naturam: Nolite quaſi inimicum æſtimare illum, ſed Pſal. 138 corripere, ut fratrem. Et: Perfecto odio oderam illos. *Tempus belli, &* Eccl. 7 *tempus pacis*. Belli ad incorrigibiles, qui ſunt feriendi gladio excommunicationis. Noli quærere fieri judex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitates. Pacis ad redeuntes. Si fuerit Luc. 10 in domo illa filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad vos revertetur.

Quæſtio eſt de numero iſtorum temporum. Videtur quod inſufficienter poſuerit diverſitates variationum temporum: quia multæ ſunt, quæ ad has non reducuntur, ſic tempus comedendi, & jejunandi, & conſimilia. Si dicas, quod gratia exempli, tunc ergo ſuperflua: quia in littera pauciora ſuffeciſſent. Reſpondeo, dicendum, quod, ſicut dicit Auguſtinus, licet quælibet mutatio in univerſo per ſe conſiderata, ſit imperfectionis: tamen in tota univerſitate reſultat carmen perfectum: quia ergo Salomon ſic voluit varietatem narrare, ut imperfectionem in ſingulis, & perfectionem in toto oſtenderet: ideo in tali numero, qui comprehendit univerſitatem, & perfectionem ipſis poſuit. Et ideo enumerat viginti octo tempora, & quatuordecim variationes: quia viginti octo Viginti octo, numerus perfectus. numerus eſt perfectus, & comprehendit ſeptenarium, in quo conſiſtit univerſitas temporis: licet autem ſenarius ſit perfectus, non tamen comprehendit ſeptenarium: ideo tot poſuit, non pauciores, ne deficeret univerſitas: non plures, quia in perfectione ſtandum, & univerſitate.

Quid habet amplius homo. Oſtendit ſupra rerum ſecundum diverſa tempora vanitatem: hic ſecundo ex hoc redarguit humanam curioſitatem, & hoc quidem facit hoc ordine: primo inſinuat curioſitatis inutilitatem: ſecundo vero in ejus deteſtationem commendat præſentem voluptatem, ibi: *Cognovi, quod non eſſet melius*: redarguit noſtram curioſitatem propter inutilitatem, cum dicit: *Quid habet amplius homo*, ſupple niſi mutabilitatem, & per hoc afflictionem: & manifeſtat hanc afflictionem, & varietatem, dicens; *Vidi afflictionem, quam dedit Deus filiis hominum, ut diſtendantur in ea*: dedit, id eſt dari permiſit, juxta illud; Tradidit eos Rom. 1 Deus in reprobum ſenſum; *Filiis hominum*, id eſt peccatoribus. Pecca- Eccli. 2 tori autem dedit Deus afflictionem, & curam ſuperfluam. *Ut diſtendantur*, ſcilicet variis curis, quo contra, Fili, Eccli. 11 ne in multis ſint actus tui; & explanat, quæ ſit illa afflictio, ſcilicet conſiderationis, unde dicit; *Cuncta fecit bona in tempore ſuo*. Omnia Eccl. 39 opera Domini bona, & hora ſua omne opus ſubminiſtrabit. Non eſt dicere, hoc illo nequius; omnia enim in tempore ſuo comprobantur. Et licet bona fecerit, tamen non dedit horum cognitionem, ſed dedit ingenium ad inquiſitionem, unde dicit; *Et mundum tradidit diſputationi eorum*, ſcilicet ad inquirendum. Conſilium, & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi, Eccl. 17 non ad perveniendum, unde ſubdit; *Ut non inveniat homo opus quod operatus eſt Deus*: id eſt, ut non veniat ad

Digitized by Google

ad perfectam cognitionem, & hoc propter dubitationem; *Ab initio uſque in finem*, ſcilicet vitæ ſuæ. Memento quod ignores opus ejus, de quo cognoverunt viri. Et; intellexi, quod operum Dei nullam poſſem invenire rationem.

Job. 36
Eccl. 8

Et cognovi. Hic ſecundo commendat præſentem voluptatem, & hoc ad arguendum curioſitatem, unde dicit; *Et cognovi, quod non eſſet*; Supple in his bonis tranſitoriis: *Melius, niſi lætari, & facere bona in vita ſua*, ſcilicet lætari in corde, facere bona in opere. Vel lætari in fruendo. Ubique relinquamus ſigna lætitiæ noſtræ; facere bona delectabilia, operando. Anima mea, habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. Unde ſubdit rationem, dicens; *Omnis enim homo qui comedit, & bibit, videt bonum de labore ſuo*, quia ſcilicet ſtatim habet remunerationem, unde dicit; *Et hoc donum Dei eſt*. Omni homini, cui Deus dedit divitias, & poteſtatem illi tribuit, ut comedat ex eis, donum Dei eſt. Gloſſa exponit ſpiritualiter; *Et cognovi, quod non eſſet melius*, id eſt, utilius; *Niſi lætari*, ſcilicet lætitia mentis. Hæc eſt vita hominis, & theſaurus ſine defectione ſanctitatis; *Et facere bona in vita ſua*, ſcilicet opera meritoria. Itaque dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. *Omnis enim homo, qui comedit, & bibit*. Supple de ſcriptura, comedit difficilia, & bibit facilia. Venite, & comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis. *Et hoc donum Dei eſt*; quia ſcilicet ſcripturarum intellectus a Deo donatur. Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid ex nobis, quaſi a nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.

Sap. 2
Luc. 12
Eccl. 5
Eccl. 30
Gal. 6
Prov. 9
1 Cor. 3

Didici, quod omnia opera. Oſtendit ſupra operum mutabilitatem, & propter hoc reprehendit hominum curioſitatem: hic tertio oſtendit divinorum operum immutabilitatem, quia ſupra oſtenderat variabilitatem. Dicit ergo. *Didici, quod omnia opera, quæ fecit Deus, perſeverant in æternum*. Ecce perpetuitas, propter quam noſtra conſideratio nihil poteſt

A immutare, unde dicit: *Non poſſumus eis quidquam addere, vel auferre, quæ fecit Deus, ut timeatur*: & ita non ſunt poteſtate noſtra. Non addas quidquam verbis ejus, ne arguar, & inveniaris mendax: & hoc monſtrat, quia etiam nec ipſe Deus minuit, nec addit, unde dicit: *Quod factum eſt, ipſum permanet*: Non etiam addit, unde infert: *Quæ futura ſunt, jam fuerunt*: Quia ſimilia præceſſerunt, unde, & dicit: *Deus inſtaurat, quod abiit*, quia unius corruptio eſt alterius generatio. Nihil novum ſub ſole, nec valet quiſquam dicere: hoc recens eſt. Et requievit Deus, id eſt ceſſavit, ſecundum Bernardum, facere novam creaturam die ſeptimo.

Prov. 30
Ariſt. 1 de gen. tex. 17
Eccl. 1
Gen. 1

B Incidit hic quæſtio, cum intendat determinare mutabilitatis vanitatem, ut quid determinat hic perpetuitatem? videtur extra ſuum propoſitum. Item de ipſa quæritur, quia dicit: *Opera, quæ fecit Deus, perſeverant in æternum*. Sed nulla corporalia perſeverant in æternum: ergo nulla corporalia fecit Deus, ergo redit hoc ad hæreſim Manichæi, qui dixit corruptibilia non eſſe creata a bono Deo. Item videtur, quod ipſe contradicat ſibi, quia ſtatim ſequitur: *Deus inſtaurat, quod abiit*: Ergo aliquid de operibus Dei corrumpitur, & inſtaurat: falſum igitur dicit, cum dicit: *Omnia opera Dei perſeverant in æternum*. Sed quod C omnia opera Dei ſint incorruptibilia, ut dicit in littera, videtur quod cauſa, & effectus ſunt proportionalia, ergo cauſæ incorruptibilis debet eſſe effectus incorruptibilis: ſed Deus permanet in æternum, & eſt incorruptibilis, ergo & opera Dei. Item cum opera Dei ſint univerſa valde bona, & meliora ſint incorruptibilia, quam corruptibilia: videtur, quod iſta corruptibilia non ſint a bono Deo creata. Reſpondeo ad primum, quare hic determinat perpetuitatem, dicendum, quod non ratione ſui, ſed occaſione mutabilitatis: & hoc quidem facit triplici de cauſa. Prima eſt ad removendum errorem: quia enim ſupra in creaturis oſtenderat mutabilitatem, nec crederentur, quod opera Dei omnino eſſent deſe-

Quæſtio.
Gen. 1
Solutio.

Digitized by Google

defectibilia: addit, quod aliquo modo ſunt perpetua. Rurſus alia ratio eſt, ad compeſcendam curioſitatem, quam compeſcuerat: quia rerum mutabilitatem, & cauſam, & originem non poſſumus indagare: vult etiam compeſcere: quia ipſam rerum ſubſtantiam, nec mutare poſſumus, nec augere. Tertia ratio eſt ad reprimendam elationem: quia enim videtur opera Domini depreſſiſſe per mutabilitatem, ne quis ex hoc condemnaret Deum auctorem ſuum, rurſus redit ad inſinuandam perpetuitatem in eis.

Eſſe rerum triplex.

Quod quæritur de permanentia, Reſpondetur quod triplex eſt eſſe rerum; ſcilicet in proprio genere, in anima, in divina præſcientia: & ſupra oſtendit, quod mutabilia ſunt in proprio genere, & ſecundum quod ſunt in anima: hic tangit earum perpetuitatem in divina præſcientia. Aliter reſponderi poteſt, quod eſt loqui de rebus ſecundum eſſe, dupliciter, aut ſecundum eſſe commune, aut individuale: ſecundum eſſe individuale, multa ſunt corruptibilia: ſecundum eſſe commune, perpetua: quia Deus continue per generationem eſſe illarum ſalvat: propter enim longe diſtare a primo, reliquo modo complevit eſſe Deus, continuam in iis faciens generationem. Quod obiicitur, quod ſunt incorruptibilia, quia proportionalia cauſæ, dicendum, quod illud intelligitur, ubi eſt generatio univoca, ubi eam producit ſibi ſimile: ſic autem non eſt de Creatore, & creatura: immo per infinitam potentiam facit magna, & parva corruptibilia, & incorrupta. Quod obiicitur de bonitate: dicendum, quod omnia ſunt bona in ſe: ſed valde bona in ordine: & quia ubi eſt ordo, ibi magis, & minus bonum, ideo quædam corruptibilia, quædam incorruptibilia: primum eſt in rebus non tantum ſecundum plus, & minus, ſed ſecundum oppoſitionem, & ſimilitudinem: ideo comparatur mundus pulcherrimo carmini, & ideo decet eſſe quædam corruptibilia, quædam econtrario.

Mundus comparatur pulcherrimo carmini.

A *Vidi ſub ſole*, Egit ſupra de vanitate naturæ: hic de vanitate culpæ: & quia hæc eſt periculoſa, ideo remedio indiget: primo igitur ponit vanitatem: ſecundo remedium contra eam, ibi: *Cuſtodi pedem tuum*. Vanitas autem eſt ſub triplici differentia: primo agit de vanitate malitiæ: ſecundo avaritiæ, ibi: *Conſiderans reperi*; tertio imprudentiæ, ibi: *Melior eſt puer*. Vanitas autem eſt in rectoribus, & ſubditis: primo igitur agit de vanitate malitiæ in regnantibus, & judicantibus: ſecundo in ſubditis, ibi: *Verti me*: Primo igitur vanitas malitiæ, in tribus hoc ordine deſcribitur: primo inſinuat hujus vanitatis conſiderationem: B ſecundo, quod ex hoc devenitur in futuri judicii præmeditationem: tertio, in præſentis ſtatus conſiderationem: quarto, quo modo corruit in erroneam opinionem. Primo igitur inſinuat ſe malitiam judicum conſideraſſe, dicens: *Vidi ſub ſole in loco judicii impietatem*, quantum ad examinationem cauſæ: *Et in loco juſtitiæ iniquitatem*, quantum ad lationem ſententiæ. Quo modo Iſa. 1
facta eſt meretrix civitas fidelis, plena judicii, juſtitia olim habitavit in ea: nunc autem homicidæ: principes tui infideles, ſocii furum: omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non judicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad C eos, quia dicitur: In quorum manibus iniquitates ſunt dextera eorum repleta eſt muneribus. Pſal. 25

Et dixi in corde meo, juſtum, & impium judicabit Deus. Hic ſecundo oſtendit, quo modo ex hoc devenitur in futuri judicii præmeditationem, propter quod dicit: *Et dixi in corde meo; juſtum judicabit*, ad præmium; *Impium* ad ſupplicium. Abſit a Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis redit eis juxta vias ſingulorum. Job. 33
Vere enim Deus non condemnabit fruſtra, nec omnipotentes ſubvertet judicium; & ideo judicabit Deus eos ſecundum opera, quæ tunc erunt manifeſta, unde ſubdit; *Et tempus omnis rei tunc erit*, id eſt, tempus judicii omnis hominis, qui omnis res.

Homo res omnis dicitur.

Digitized by Google

res videtur. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti; ut referat unuſquiſque propria corporis, ſive bonum ſit, ſive malum. (2 Cor. 5) *Vel tempus omnis rei*, id eſt, manifeſtationis omnis rei. (1 Cor. 4) Nolite ante tempus judicare, quouſque veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium; hoc tempus expectabat Eccleſiaſtes eſſe futurum ex conſpectu iniquitatis præſentis. (Iſa. 59) Converſum eſt retrorſum judicium, & juſtitia longe ſtetit, quia corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi; & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis ejus, quia non eſt manifeſtum, & indutus eſt juſtus lorica ſalutis.

Dixit in corde meo. Hic tangitur tertio, quo modo ex hoc devenit in præſentis ſtatus conſiderationem; quare ſcilicet Dominus in præſenti homines miſeros eſſe voluit, ut ſcilicet probaret. Ideo vitam hominis beſtiis ſimilem fecit; propter quod dicit; *Dixi in corde meo*, id eſt, cognovi; *De filiis hominum*, quantum ad naturam; *Ut probaret eos Deus, & oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis*, id eſt, aſſimilando beſtiis probaret, qui eſſent, utrum vere boni vel mali, quia mali videntes ſimilitudinem ſuam ad beſtias in vita, volunt aſſimilari in moribus, & beſtialiter vivunt; boni vero ſpiritualiter. (Pſal. 48) Homo cum in honore eſſet, non intellexit; comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis; & oſtendit ſimilitudinem hominum ad beſtias in morte, & in vita, & in materia, immanifeſtam diſſuadendo, hoc eſt, in ſpirituali ſubſtantia. Quantum ad mortem dicit; *Et idcirco unus eſt interitus hominis, & jumentorum, & æqua utriuſque conditio*, ſcilicet ad hominum probationem: quia ſicut jumentum non ſemper vivit, immo aliquando moritur, ſic, & homo. (Eccl. 9) Nemo eſt, qui ſemper vivat, & qui hujus rei habeat fiduciam: & ideo manifeſtat, quod ſimilitudo eſt in morte, unde: *Sicut moritur homo, ſic, & illa moriuntur*. Nec tantum ſimilitudo eſt A in termino vitæ: immo etiam in actu vivendi, ideo ſubdit: *Similiter ſpirant omnia*, ſcilicet ſapientia: *Nec habet homo amplius jumento*, ſcilicet quantum ad actum vitæ. (Sap. 7) Unus eſt egreſſus hominum ad vitam, & ſimilis exitus: ſic patet ſimilitudo quantum ad vitam, & ſubiungit ſimilitudinem, quantum ad materiam, propterea dicit: *Cuncta ſubiacent vanitati*, ſcilicet quia ex nihilo facta ſunt, ideo vana. (Rom. 8) Vanitati ſubiecta eſt creatura. Non dico, quod nihil ſit materia, ſed ex hoc volo dicere, quod non habent materiam increatam, neque eſſentiam, ſed habent materiam creatam, quam intelligit nomine terræ: ideo dicit: B *Et omnia pergunt ad unum locum*, ſcilicet ad materiam, ex qua facta ſunt, ideo explicat: *De terra facta ſunt, & in terram pariter revertuntur*, id eſt, conformiter, & ſic notatur ſimilitudo in materia. (Eccl. 40) Omnia, quæ de terra facta ſunt, ad terram convertuntur: ſimiliter, & aquæ omnes in mare: ſed tantum in his eſt ſimilitudo aperta, ſed non apparet differentia in anima, quia: *Quis novit, ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum*? ſcilicet ad remunerationem: an deorſum per corruptionem, ſicut e contra: *Si ſpiritus jumentorum deſcendat deorſum*: per corruptionem, aut etiam ſurſum, ſicut & hominis ad judicii retributionem: C pauci hoc noverunt: multi erraverunt, & poſuerunt, quod uniformes ſpiritus hominis, & jumenti: hoc fideles noverunt, in quorum perſona dicitur: (Eccl. 12) Corpus revertatur in terram ſuam: unde erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum: ſed hoc neſciunt carnales, in quorum perſona dicitur: (Eccl. 9) Mortui nihil noverunt amplius, nec habent ultra mercedem.

Et deprehendi. Quarto loco propter hujus aſſimilationem ſubiungit, quomodo incidit in voluptatis erroneam commendationem: quaſi nihil illa ſit melius, propter quod dicit: *Deprehendi nihil eſſe melius, quam lætari hominem in opero ſuo*, id eſt, præſentialiter delectari, ſicut carnales faciunt, de quibus dicitur: (Iſa. 56) Venite ſu-

ma-

Digitized by Google

mamus vinum, & impleamur ebrietate; & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius: & iſta commendatio eſt erronea, quia non ponit aliam remunerationem, nec aliam vitam, unde ſubdit: *Et hanc eſſe illius partem*; quaſi nihil aliud expectet, unde in perſona talium dicitur: Iſa. 22 Comedamus, & bibamus, cras enim Sap. 2 moriemur. Et: Ubique relinquamus ſigna lætitiæ: quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc ſors noſtra. Error iſte ortum ſuum habet a judicii incertitudine, propter quod dicit: *Quis enim eum adducet, ut poſt ſe futura cognoſcat*: Id eſt, quis oſtendet illi, quod futura ſint aliqua bona, quæ debeat expectare? quaſi dicat, nullus. Et certe nullus perſuadebit, niſi elevetur ad ſpiritualia contem-2 Cor. 4 planda: Non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur: Temporalia ſunt quæ videntur, quæ autem non videntur, æterna: quia vero carnalis homo non reſpicit, niſi viſibilia, ideo non ex-1 Cor. 2 pectat æterna: Animalis homo non percipit, quæ Dei ſunt: ideo ſi vult futura bona cognoſcere, neceſſe eſt carnalitatem deponere.

Quæritur de hoc, quod dicit: *Nihil habet amplius jumento, & æqua eſt utriuſque conditio. Quod illud* ſit Gen. 2 falſum probatur, nam dicitur: Adæ non inveniebatur adiutor ſimilis ei, ergo jumentum non eſt homini ſimile, ergo habet aliquid amplius jumento. Item, certum eſt, quod homo deliberat de futuris, & præterita diſcernit, & conceptiones ſuas exprimit, hoc autem non jumentum, ergo: Præterea homo domat jumenta, ſed nullum jumentum hominem, ergo homo aliquid plus habet Jumento. Quod autem non habeat, videtur: quia naſcitur, vivit, & moritur, & in terram vadit, ſicut, & jumentum. Reſpondeo: quidam dicunt, quod dicit in perſona carnalis, qui nihil credit habere hominem plus jumento. Aliter dici poteſt, quod in propria perſona loquatur: & verum dicit ſecundum ſuum intellectum: intendit enim ipſe ordinare in certitudinem remunerationis animæ per ſimilitudinem ad jumentum: illam autem ſimilitudinem ponit, & intelligit quantum ad viſibilia, quæ poſſunt ſenſu diſcerni: per hoc vero non concludit ſimilitudinem de ſpiritualibus, ſed dubitationem movet, unde dicit: *Quis novit*? Dicendum eſt igitur, quod ſecundum veritatem homo habet ultra beſtias, rationem: communicat autem in corruptibilitate, vita, & reſpiratione: & quia ratio non eſt quid ſenſibile, ſed intelligibile, & ipſe de ſenſibilibus loquitur, ideo nulla eſt in hoc omnino inſtantia.

Dubitatur de hoc, quod dicit: *Quis ſcit, utrum ſpiritus filiorum Adam aſcendit ſurſum*? Quod autem ſic videtur: Primo per corporis diſpoſitionem, cujus diſpoſitio, & organizatio attenditur ſecundum congruentiam ad ſurſum, ſi ergo: Os Ovid. 1 metamorph. homini ſublime dedit, cœlumque videtur, & reſpicit ſurſum, ergo ſpiritus fertur ſurſum. Item omnes naturaliter appetunt beatitudinem: ſed conſtans eſt, nullum beatum eſſe poſſe in miſeriis, maxime cui mors cedit invite, ergo ſi non poteſt habere beatitudinem in hac vita, natus eſt poſt hanc vitam habere ſpiritum ſeparatum, ergo: Præterea intellectus noſter eſt impermixtus, unde omnia intelligit: ergo non dependet a corpore, quantum ad actum: ergo multo minus quantum ad eſſe: ergo corpore deſcendente, poſſibile eſt aſcendere ſpiritum. Item per rationem ipſius Eccleſiaſtes: quia ſi aliqui habent bona, & aliqui mala: & videmus, quod in præſenti mala bonis, & bona malis contingunt, ſi ergo neceſſe eſt unum rectorem ponere, neceſſe eſt aliud tempus, & remunerationem ponere, in quo impium, & juſtum judicet Deus: cum igitur hæc fides noſtra dicat, videtur Eccleſiaſtes fuiſſe hæreticus, qui hoc dubitavit. Quod autem deorſum: videtur per ſcripturam: quia dicitur: Corpus, Sap. 9 quod corrumpitur aggravat animam, ergo ſi corporaliter corrumpitur anima, totaliter corrumpitur. Item, quod compatitur patienti, commoritur morienti, ſed anima com-

Digitized by Google

compatitur corpori, ergo. Item ſubſtantia nulla eſt otioſa, ergo quod aufert alicui omnem operationem, aufert ei eſſe, & durationem, ſed anima amittit omnem operationem corpore læſo, quod patet, quia intellectum, de quo minus videtur, ut in furioſis, ergo corrupto corpore amittit ſubſtantiam.

Ariſt. 2 Topic. ca. 4

Reſpondeo dicendum, aſcendere ſurſum ad remunerationem animas bonas, & deſcendere deorſum in corruptionem animas jumentorum dicit, & ſupponit fides noſtra: & huic concordat verum, & philoſophia: cum ratio illa, & philoſophia occulta ſit & multas habeat rationes dubitandi, ideo ferre nullus, & pauci poſſent vere certificari de animæ immortalitate, & ejus beatitudine, niſi adiuvaret fides, unde, & Plato, qui animam poſuit immortalem, rurſus erravit in beatitudine, qui poſuit animas brutorum corpora circuire. Eccleſiaſtes igitur hoc non negat, nec dubitat: ſed dicit hoc eſſe difficile demonſtrare, & hoc quidem verum eſt, infideli. Quod obiicitur de operatione, & compaſſione dicendum, quod aliquid uniri alteri, eſt dupliciter, aut ſicut motor tantum, & tunc poteſt ſeparari, nulla in ipſo facta mutatione: aut ſicut motor & perfectio: & hoc dupliciter, aut enim non habet operationem propriam, ſicut anima bruti, aut habet propriam, ſicut anima hominis: quoniam igitur anima, ut perfectio, & motor compatitur patienti corpori: ideo etiam impeditur, corpore impedito. Sed quoniam ſeparabiliter conjuncta eſt, ideo non eſt neceſſe, quod ipſa corrumpatur: ſoluta autem harmonia, anima decedit.

CAPUT QUARTUM.

VErti me ad alia.] Supra actum eſt de vanitate malitiæ in prælatis: hic de ſubditis. Vanitas autem malitiæ tangitur hic quantum ad triplicem differentiam: primo calumniæ in malitioſe nocendo, ſecundo invidiæ in malitioſe dolendo,

A ibi: *Rurſus contemplatus ſum*. Tertio acediæ, a bono opere diſcedendo, & hoc tangitur, ibi: *Stultus complicat*. Deſcribit igitur calumniæ vanitatem, & quantum ad conſiderationem calumniæ, dicit: *Verti me ad alia:* ſupple conſideranda. *Et vidi calumnias quæ ſub Sole geruntur*, id eſt, in hoc mundo. Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter egenum, & pauperem affligebant, & advenam opprimebant calumnia abſque judicio. Et dicitur calumnia violenta bonorum extorſio: quaſi per juſtitiam, vel malitiam. Et ſubiungit aggravationem miſeriæ, propter oppreſſorum calamitatem, quia opprimuntur injuſte, inconſolabiliter, B irremiſſibiliter: quia injuſte, dicit: *Et lacrymas innocentium*, ſcilicet pro his calumniis. Propter multitudinem calumniatorum clamabunt, & ejulabunt, propter vim brachii tyrannorum inconſolabilem: *Et neminem conſolatorem*, quod quidem aggravat crudelitatem. Unde dicitur: Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis ejus. Et contra: Non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugentibus ambula. Nec tantum conſolatione caret, immo remedio, unde & ſubdit: *Nec poſſe reſiſtere violentiæ eorum cunctorum auxilio deſtitutos*, ſupple, vidi. De hac malitia dicitur: Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt: neque conteras egenum in porta. Et: In nobis C non eſt tanta fortitudo, ut poſſimus reſiſtere tantæ multitudini. Quantum autem ad deteſtationem culpæ, ſubiungit: *Et laudavi magis mortuos, quam viventes*, eo ſcilicet, quod iſta mala, & crudelitates non vident, quas nemo bonus poteſt videre, & non dolere, unde dicebat Elias: Sufficit mihi Domine, tolle animam meam: non enim melior ſum, quam patres mei. *Et feliciorem utroque judicavi*, ſcilicet mortuo & vivente: *Qui nec dum natus eſt, nec vidit mala, quæ ſub ſole ſunt*. Quaſi videre iſta mala, vel vidiſſe, magna ſit miſeria. Væ mihi, dixit Mattathias, ut quid natum ſum videre contritionem populi mei, & contritionem civitatis ſanctæ, & ſeder ei-

Ezech. 22

Job. 35

Thren. 1

Eccl. 7

Prov. 22

2 Par. 20

3 Reg. 19

1 Mach. 2

lic?

Digitized by Google

ſic ? Sic igitur notatur hic conſide- A ratio calumniæ, aggravatio miſeriæ, quia illi ſunt oppreſſi, deſolati, auxilio deſtituti etiam, tunc deteſtatio culpæ. *Rurſus contemplatus ſum*. Hic ſecundo tangitur vanitas invidiæ in dolendo de bono, & proſperitate proximi, quam etiam vidit, unde ſubdit : *Rurſus contemplatus ſum*: hæc contemplatio, eſt liber, ac perſpicax, & defixus intuitus : *Omnes labores*, quantum ad corpus, *Et induſtrias hominum*, quantum ad animam. *Vel labores & induſtrias*, id eſt, virtutes, unde alia transla-
Eccl. 2. tio habet : *Omnem virtutem operis*. Deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, qua ſub ſole ſtudioſiſſime la-
Eccl. 14. boravi : *Et animadverti patere invi-* B *diæ proximi*. Quia videns bona invidus ſtatim dolet. Nequam eſt oculus lividi, & avertens faciem, & deſpiciens animam ſuam. *Et in hoc*
Prov. 28. *ergo vanitas*, ſcilicet malitiæ. Vir, qui feſtinat ditari, & aliis invidet. *Et cura ſuperflua*, ſcilicet pœnæ, quia cum deberet de bonis ſuis cogitare, cogitat ſemper de alienis.
Prov. 23. Unde : Ne comedas cum homine invido, & ne deſideres cibos ejus, quoniam in ſimilitudinem arioli exiſtimat, quod ignorat.

Stultus complicat. Hic tertio tangitur vanitas acediæ, propter quam redditur homo tædioſus, & piger ad omne bonum, & per hoc ſtultus : ideo dicit : *Stultus complicat manus* C
Prov. 12. *ſuas*. Ideo ſtultus, quia piger. Qui ſectatur otium ſtultiſſimus eſt : ideo
Prov. 6. dicitur ei : Vade ad formicam, o piger, & diſce ſapientiam. Hic : *Stultus complicat manus* : quia renuit opera-
Prov. 26. ri. Abſcondit piger manus ſuas ſub aſcella ſua, & laborat, ſi ad os ſuum eas converterit, & ex hoc, quod operari renuit : pauper efficitur, & macer propter defectum inopiæ, unde dicit, *Et comedit carnes ſuas, dicens*, Hyberbolice dictum eſt, eo quod ma-
Prov. 21. cer efficitur, non habens cibum. Deſideria occidunt pigrum, noluit enim quidquam manus ejus operari. Sed in hac pigritia acediæ habere ſibi videtur excuſationem ſapientiæ, unde, & ſubdit dicens : *Melior eſt pugillus cum requie, quam plena utraque manus cum labore, & afflictione animi*. Hæc eſt ſcientia pigri, per quam ſe excuſat, unde dicitur : Sapientior ſibi videtur Prov. 26.
ſeptem viris loquentibus ſententias : & ſic inſinuatur in pigro torpor acediæ, quia complicat manus : ſuſtinentia penuriæ, quia comedit carnes : excuſatio ignorantiæ : quia laudat requiem. Quæritur hic de hoc, quod dicit : *Laudavi magis mortuos, quam viventes*. Contra : Melior eſt Eccl. 9.
canis vivus, leone mortuo. Præterea ratione, quia melior eſt habitus, quam privatio : ergo vita, quam mors : ergo a contrariis meliores ſunt viventes, quam mortui. Reſpondeo, dicendum, quod laudare aliquid magis alio, vel præferre, dupliciter poteſt eſſe, vel ſimpliciter, vel quoad aliquam conditionem : ſimpliciter loquendo, præfertur vivens mortuo, niſi addatur conditio beatitudinis : ſed quoad aliquid, præfertur mortuus vivo : primo quia non habet tot occaſiones peccandi, unde dicebat A-
poſtolus : Infelix ego homo, quis Rom. 6.
me liberabit a ſervitute corporis hujus ? Secunda : quia non habet tot occaſiones triſtandi, quia non videt
tot mala, unde dicebat Jonas : Me- Jona 4.
lius eſt mihi mori, quam vivere. Et quantum ad iſtam conditionem præfertur mortuus vivo in exaggerationem præſentium malitiarum, & miſeriarum.

Item quæritur de hoc, quod dicitur : *Feliciorem utroque judicavi, qui nec dum natus eſt*. Contra : Ille nihil boni habet, ergo non eſt felicior. Præterea omne, quod habet aliquo modo rationem felicitatis, eſt appetendum : ſed nullus poteſt appetere
non eſſe, ſicut dicit Auguſtinus, ergo Auguſtinus lib. 3 de lib. arb. ca. 8 to. 1.
qui non eſt natus, nullo modo felix eſt. Item quæritur, utrum aliquis poſſit hoc non eſſe velle magis, quam pœnam ordinato appetitu. Quod ſic
videtur : Melius erat ei ſi natus non Matth. 26.
fuiſſet : ergo ſi omne melius appetendum, & præeligendum etiam & hoc. Quod non videtur, quia totum bonum tollit : ergo nihil illo pejus. Reſpondeo, dicendum, quod felicitas duobus modis eſt in aliquo, vere, & æſtimative : vere eſt in uno ſolo, æſtimative in multis, ſecundum opi-

Digitized by Google

opiniones, & conſiderationes univerſas, & ejus conditiones in diverſis repertas: quia enim eſt bonum jucundiſſimum, ideo Epicurus eam ponit in voluptatibus, &ſic de aliis, quia igitur felix nulla malitia, vel miſeria moleſtatur, & iſta conditio reperitur in eo, qui nondum natus eſt, ratione iſtius conditionis, dicit: *Feliciorem æſtimavi*, &c. Dico etiam, quod ratione illius conditionis appetitur a multis afflictis. Quod autem quæritur, utrum debeat appeti, vel præeligi, dicendum, quod duplex eſt pœna temporalis, & æterna; neutra pœna totum adimit, ſed tamen æterna ſemper adimit, corruptio vero in non eſſe totum adimit, ſed ſemel. Si igitur talis corruptio comparetur pœnæ temporali, ſimpliciter eſt pejor; ſi autem æternæ, ſe habent, ut excedentia, & exceſſa; quia hæc in ademptione; illa in continuatione excedit. Et quia illa eſt infinita duratione, iſta vero momentanea; in hoc excedit, & poteſt magis rationabiliter fugi & ſperni.

Item quæritur de hoc, quod dicit; *Animadverti omnia patere invidiæ proximi*: quæro, utrum homo debeat ceſſare propter ejus invidiam a bono opere. Quod ſic videtur, quia magis diligendus eſt proximus, quam utilitas præſens; ergo ſi proximus perit invidendo, illud debet omitti. Contra. Opus bonum præſtat exemplum, & excitat ad bonum: ergo ſi bonum aperiendum eſt ad laudem, non debet homo occultare propter invidiam proximi. Reſpondeo, aut eſt opus illud de neceſſitate vitæ, aut de utilitate; ſi de neceſſitate, aut poteſt æque bonum fieri in ejus abſentia, ut in præſentia, ſi ſic debet homo opus illud ab ejus oculis abſentare, ut tollat occaſionem, quando probabiliter convincet, quod ille invidet; ſi autem non poteſt, facere debet, nec dat occaſionem, ſed ille accipit.

Conſiderans reperi. Supra egit de vanitate malitiæ, hic agit de vanitate avaritiæ, primo ponitur conſideratio avaritiæ, ſecundo vero, quia avarus non vult habere conſortem, in ipſius deteſtationem ponitur commendatio

A ſocietatis alienæ, ibi: *Melius eſt ergo duos eſſe*, &c. in conſideratione igitur vanitatis avaritiæ, dicitur: *Conſiderans reperi aliam vanitatem ſub ſole*, ſupple aliam, quia ſupradicta fuit malitiæ, hæc autem avaritiæ, unde ſubiungit: *Unus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem*, & in modicis debet eſſe contentus, tamquam ſolus, quia etiam non vult habere ſocium. Inveni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis ſolus, & tamen totus evaneſcit, per avaritiam, & in effectu, & affectu, & in intellectu; in effectu, unde dicit: *Et tamen laborare non ceſſat*. Laboravit dives in congregatione ſubſtantiæ. In affectu: *Non ſatiantur oculi ejus divitiis*. Inſatiabilis oculus cupidi in partem iniquitatis. Non ſatiabitur intellectu, unde ſubdit: *Nec recogitat dicens, cui laboro & fraudo animam meam bonis*. Theſaurizat, & ignorat, cui congregabit ea. Ex his igitur infert vanitatem. *In hoc quoque vanitas eſt & afflictio peſſima*. Divitiæ conſervatæ in malum domini ſui per effectum.

Eccl. 12
Eccl. 31
B
Eccl. 14
Pſal. 38
Eccl. 5

Melius eſt ergo: tangitur hic ſecundo commendatio ſocietatis alienæ, & hoc in teſtationem ſolicitudinis avaritiæ; propter quod dicit: *Melius eſt ergo duos eſſe*, quamvis hoc avarus præeligat, & ſubiungit rationem: *Habent enim emolumentum ſocietatis mutuæ*, & ideo Dominus miſit C diſcipulos binos ante faciem ſuam, & oſtendit triplex emolumentum, ſcilicet in relevando, in conſervando, in defendendo; propter relevationem dicit: *Si unus ceciderit, ab altero fulcietur*. Si videris aſinum fratris tui cecidiſſe in via, non deſpicies, ſed ſublevabis cum eo: hoc beneficio caret ſolitarius, ideo ſubdit: *Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſublevantem ſe*, ideo miſer. Reſpice in me, & miſerere mei, quia unicus, & pauper ſum ego. Quantum ad emolumentum in conſervando, ſubdit: *Et ſi dormierint duo fovebuntur mutuo*, id eſt, conſervabuntur a frigore. Nemo carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fovet eam: hoc beneficio caret ſolitarius, unde ſubdit: *Unus ſi dormierit, quomodo caleſiet?*

Luc. 9
Deut. 22
Pſal. 24
Ephеſ. 5

Exem-

3 Reg. 1 Exemplum hujus habetur, quod Da- A
vid ſenuerat, & non calefiebat, &
ſubditur, quod quæſierunt Abiſag Su-
namitem, quæ dormiebat in ſinu re-
gis, & calefaciebat eum, per ſe non
poterat calefieri, cum eſſet ſolus.
Quantum ad emolumentum in de-
fendendo, ſubdit: *Et ſi quiſquam præ-
valuerit contra unum, duo reſiſtent ei.*
Et ita valet ad defenſionem. Si præ-
3 Reg. 10 valuerint adverſum me Syri, eris
mihi in adjutorium: ſi autem filii
Ammon prævaluerint adverſum te,
auxiliabor tibi. Et hoc quidem ma-
nifeſtat exemplo: *Funiculus triplex
difficile rumpitur*, ſicut chorda chor-
dæ conjuncta eſt fortior: ſic & ho-
mo frater, qui adjuvatur a fratre,
Prov. 18 quaſi civitas firma. Spiritualiter hic B
notatur triplex effectus charitatis,
ſcilicet mutua relevatio, mutua con-
ſolatio, & mutua defenſio. Propter
relevationem, dicit: *Si unus ceciderit*
Gal. 6 Si præoccupatus fuerit homo in ali-
quo delicto: Vos, qui ſpirituales e-
ſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu
Eccl. 37 lenitatis. Et: Cor boni conſilii ſtatue
tecum. Propter conſolationem dicit:
1 Theſ. 5 *Fovebuntur mutuo*. Conſolamini pu-
1 Theſſ. 2 ſillanimes. Et: Facti ſumus parvuli
in medio veſtri, tamquam ſi nutrix
foveat filios ſuos. Propter defenſio-
Iſa. 50 nem, dicit: *Duo reſiſtent*. Stemus ſi-
mul: quis eſt adverſarius meus? Pro-
pter hunc triplicem effectum chari
Oſee 11 tatis, dicitur funiculus triplex. In
funiculis Adam traham eos, in vin-
culis charitatis.

Quæritur hic de vita ſolitaria,
utrum ſit præeligenda ſocietati. Quod
ſic videtur, quia dicitur de bono ado-
Thren. 3 leſcente; Sedebit ſolitarius, & tace-
bit: ergo bonum eſt eſſe ſolum. Præ-
Bern. in Cant. terea Bernardus dicit: Quoties fui
Cant. ſer. 40 inter homines, minus homo redii:
non eſt ergo bonum eſſe inter ho-
mines. Item, qui eſt in ſocietate,
neceſſe eſt, quod ſit ſolicitus, quo-
modo ſe conformet ſocietati: ſed
1 Cor. 7 Apoſtolus dicit, quod bonum eſt non
nubere, propter vitandam ſolicitu-
dinem de placendo uxori; ergo ſi-
militer bonum eſt omnem ſocieta-
Gen. 2 tem fugere. Contra: Non eſt bonum
hominem eſſe ſolum, ergo ſolitudo
eſt vituperabilis, & per oppoſitum
ſocietas laudabilis. Item: Ubi ſunt Matt. 18
duo, vel tres congregati in nomine
meo, in medio eorum ſum: non
dicit ubi unus, ſed ubi duo, vel tres:
ergo melior eſt vita in congregatio-
ne quam ſolitaria. Item hoc probatur Tria bona
per litteram iſtam: quia ſocietas ful- ſocietatis.
cit, fovet, & defendit, quæ ſunt
tria bona, quibus ſolitarii privantur.
Reſpondeo dicendum, quod triplex
eſt ſolitarium, unum per inopiam di-
lectionis, ſicut avarus non vult ha-
bere conſortem in divitiis, nec invi-
dus in bonis, nec ſuperbus in magnis,
& ſolitudo hæc mala omnino eſt.
Alia ſolitudo per defectum conſolatio-
nis, & hæc miſera eſt. Et alia ſoli-
tudo per quietem contemplationis,
& hæc laudabilis, & honeſta: ſimi-
liter triplici modo eſt ſocietas, quæ-
dam ſcilicet turbans, & impediens,
ſicut ſocietas malorum: quædam ſub-
ſidio, & ſolatio indigens, ſicut ſo-
cietas uxorum, & infirmorum: &
quædam adjuvans, & promovens, ſi-
cut ſocietas perfectorum. Prima eſt
fugienda: ſecunda toleranda: ſed ter-
tia appetenda, & hæc eſt in religione
quando igitur ſcriptura commendat
ſocietatem, intelligitur de hac, &
hoc non repugnat ſolitudini contem-
plationis: quia dicit Bernardus, quod Bern. in
inter multos ſolus poteſt eſſe homo Cant.
omnino, ſi curioſitatem fugiat: & ſic Cant.
patent objecta. ſer. 40

Melior eſt. Egit ſupra de vanitate
C imprudentiæ: & quia vanitas impru-
dentiæ eſt culpabilis, & deteſtanda:
ideo contra ipſam invehitur dupli-
citer. Primo, propter malum præ-
ſens, ſecundo, propter malum ſuc-
cedens, ſive conſequens, ibi: *Vidi
cunctos viventes*, malum præſens, &
comitans imprudentia eſt, quod re-
gem divitem, & ſenem ſubiicit pue-
ro pauperi habenti prudentiam, &
hoc quidem magna vanitas: & prop-
terea dicit *Melior eſt pauper ſa-
piens, rege ſene & ſtulto*. quam-
vis iſte excedat potentia, excedat
pecunia, excedat etiam ætate: Pre-
tioſior eſt ſapientia, parvaque gloria Eccl. 18
ad tempus, ſtultitia. Et melior
eſt pauper, & ſufficiens ſibi, quam Prov. 12
glorioſus, & indigens pane. Et
explanat, quod dixit; *Stulto*, quia
de

A defectum habet providentiæ de futuro, quæ eſt una pars prudentiæ, unde dicit; (Deut. 32.) *Qui neſcit prævidere in poſterum*, ſcilicet rerum eventum. Utinam ſaperent, & intelligerent, ac noviſſima providerent. *Quod de carcere cateniſque interdum quis egrediatur ad regnum*. (Sap. 10.) Venditum juſtum in vinculis non dereliquit: ſed a peccatoribus liberavit, donec afferret illi ſceptrum regni; *Et alius natus in regnum, inopia conſumatur*. Et hoc propter ſuam ſuperbiam. (Eccl. 10.) Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Dominus.

Vidi cunctos viventes. Hic tangitur ſecundo malum ſibi ſuccedens, propter ſuam imprudentiam: quia ipſe deprimitur, & alius extollitur, unde dicit · *Vidi cunctos viventes, qui ambulant ſub ſole*, B id eſt, multos, & innumerabiles: Hyperbole, *Cum adoleſcente ſecundo*, id eſt, qui eum ſequitur in regno, unde dicit; *Qui conſurget pro eo*. Et ita alii ſequuntur adoleſcentem contemnendo ſenem. (1 Reg. 5.) Exemplum de David, qui conſurgit in regnum Saul, quem conſecuti ſunt filii, relicta domo Saul, omneſque venerunt ad David: & ratio, propter quam ſequuntur adoleſcentem, relicto ſene, eſt: quia nulli benefecit ſenex ſtultus: & hoc innuit littera ſequens: *Infinitus numerus eſt populi omnium, qui fuerunt ante eum*, id eſt ante adventum adoleſcentis ſub rege fuerunt ſtulto, & adhæſerunt ei: *Et qui poſtea futuri ſunt*. C Supple cum ſene illi adhærentes, *Non lætabuntur in eo*, hoc eſt, in ſene ſtulto; quia nulli benefecit, (Eccl. 20.) nec faciet, quia neſcit. Fatuo non erit amicus, nec erit gratia in bonis illius; neque enim, quod habendum erat, directo ſenſu diſtribuit; & ex hoc concludit vanitatem, unde dicit: *Sed & hoc vanitas, & afflictio ſpiritus*. Alia ſcilicet vanitas a prædictis. (Eccl. 1.) Vidi cuncta, quæ fiunt ſub ſole, & ecce univerſa vanitas, & ſubjungitur ratio: perverſi difficile corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus: & ſic terminatur pars de vanitate culpæ.

(Hier. in 4 Eccl. c. 5) Spiritualiter hoc etiam poteſt exponi de Chriſto. Puer pauper, & ſapiens Chriſtus eſt. Qui, puer propter innocentiam: unde apud Iſaiam (Iſa. 42.) ſecundum aliam litteram: Ecce puer (Matt. 12.) meus, electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea. Pauper, quia pro nobis factus eſt inops. Scitis fratres (2 Cor. 8.) gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti: quoniam propter vos factus eſt egenus, cum eſſet dives. Sapiens (1 Cor. 1.) immo ſapientia: Chriſtum dicimus Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Et: Inventus eſt in ea vir pauper, (Eccl. 9.) & ſapiens. Senex rex, & ſtultus, diabolus eſt, qui eſt ſenex. Ipſe eſt (Job 40.) principium viarum Dei: unde inveteratus eſt dierum malorum: rex eſt, quia regnat in malis. Ipſe eſt rex (Job 41.) ſuper omnes filios ſuperbiæ. Stultus quia aggreſſus eſt, quod potuit, unde dixit: Aſcendam in cœlum, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum. (Iſa. 14.) Hic, etſi ſit callidiſſimus ad decipiendum, neſcit tamen prævidere: *Quod de carcere quis egrediatur ad regnum*, ut Chriſtus de carcere carnis, & de vinculis paſſionis egrediatur ad regnum gloriæ cœleſtis. Sedet ad (Heb. 1.) dexteram Dei in excelſis. Etiam diabolus natus in regnum, id eſt, ad percipiendum regnum, inopia conſummatur. Spolians principatus, & (Col. 2.) poteſtates traduxit confidenter. Et hoc, quod ſequitur, eſt explanatio præcedentis. *Et vidi cunctos viventes ſub ſole cum adoleſcente ſecundo*, id eſt, Chriſto. Ecce totus mundus poſt eum abiit. Iſte conſurgit, pro (Joan. 12.) eo quod diabolum projecit de regno. Nunc judicium eſt mundi, nunc (Ibid.) princeps hujus mundi eiicietur foras. *Infinitus numerus virorum, qui fuerunt ante eum*, id eſt, adventum Chriſti, & fideles. *Qui poſt futuri ſunt, non lætabuntur in eo*, id eſt, diabolo rege ſtulto, quia non lætati ſunt, niſi in Chriſto, unde Apoſtolus; Gaudete in Domino ſemper. In Domino (Phil. 4.) eſt lætandum, non in diabolo.

Cuſtodi pedem tuum. Actum eſt ſupra de vanitate culpæ, & judicatum, quoniam illa vanitas eſt mortalis, & peſtifera; ideo agitur de remedio contra illam vanitatem. Et quia triplex præceſſit vanitas, ſcilicet malitiæ, avaritiæ, imprudentiæ: ideo hic ponit tria remedia. Et primo dat remedium contra malitiam, ſecun-

cundo contra avaritiam, ibi: *Avarus* A *non implebitur*. Et quoniam malitiæ morbus de ſe eſt irremediabilis, & ulterius alios corrumpere poteſt: ideo non ponitur hic remedium contra malitiam, ſed contra corruptionem malitiæ, ſive malum, quod conſequitur in aliis ex aſpectu malitiæ alienæ. Oritur autem ex hoc triplex inordinatio, ſcilicet in opere, per prævaricationis inobedientiam: in ore, per locutionis ſtultitiam: in corde per cogitationem erroneam. Ad quæ omnia ivit incautus conſiderator malitiæ alienæ. Dum enim quis malos conſiderat impunitos, credit non eſſe providentiam; ecce cogitatio erronea, & per hoc libere dicit ſtulta; quia credit, quod non ſit, qui reprehen- B dat, & ulterius tranſgreditur mandata: quia non credit, quod ſit qui puniat. Primo igitur dat remedium contra inobedientiam: ſecundo contra loquelam ſtultam, ibi: *Ne temere quid loquaris*. Tertio contra cogitationem erroneam, ibi: *Si videris calumnias egenorum*. In remedio contra inobedientiam inducitur exhortatio, & ſubjungitur exhortationis ratio. Exhortatur autem ad diligentem pedum cuſtodiam, ne tranſgrediatur mandata divina, ideo dicit: *Cuſtodi pedem tuum, ne forte declinet a via recta*. Greſſus rectos facite pedibus veſtris, ut non claudicans quis erret. *Ingrediens in domum Dei*, id eſt, in Eccleſiam, vel ſervi- C tutem Dei, in quam cum timore debet homo ingredi, unde dicitur; Introibo in domum tuam, & adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Ita debet pedem ſuum ſervare ab inobedientia, & promptum habere ad obedientiam, propter quod dicit; *Et appropinqua, ut audias*, id eſt, obedias; *Appropinqua*, quia; Qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina illius. *Audias*, obediendo. Audite verbum Domini univerſi, qui ingredimini per portas has; hæc dicit Dominus, cuſtodite animas veſtras. Et ſubjungitur exhortationis ratio; *Multo enim melior eſt obedientia, quam ſtultorum victimæ, qui neſciunt, quid faciunt mali*, qui non recognoſcunt ſuas tranſgreſ-

Inordinatio triplex. *Hebr. 12* *Pſal. 5* *Deut. 33* *Hier. 17* *1 Reg. 15*

ſiones, nec curant obedire. Gregorius; Melior eſt obedientia, quam victimæ; quia in obedientia mactatur voluntas propria, in victima caro aliena. Abuſiva eſt comparatio, quia obedientia eſt bona, & ideo placet, unde dicitur; Bonum eſt viro, cum portaverit jugum ad adoleſcentia ſua. Sed victimæ ſtultorum diſplicent. Victimæ impiorum abominabiles Domino; unde Saul repre- henſus fuit, quia amore oblationis tranſgreſſus eſt divinum imperium. Numquid vult Dominus holocauſta, aut victimas, & non potius ut obediatur ei. Melior eſt enim obedientia, quam victimæ, & auſcultare magis, quam offerre adipem arietum.

Greg. l. 35 Mor. c. 10 in 22 c. Job *Thren. 3* *Prov. 15* *1 Reg. 15*

CAPUT QUINTUM.

NE *temere, quid, loquaris*.) Hic dat remedium contra locutionem ſtultam, ſive inordinatam. Inordinata autem eſt locutio, aut quia inconſiderata, aut quia falſa; & hanc prohibet; ibi; *Si quid voviſti*, aut quia erronea, & hanc ibi prohibet; *Ne dederis os tuum*. Circa locutionem inconſideratam prohibet præcipitationem, & ſubjungit rationem, & adhibet ei confirmationem; prohibet ergo præcipitationem, unde dicit: *Ne temere, quid loquaris*, id eſt, inconſiderate. Temerarius in verbo ſuo odibilis erit. Et rurſus: Verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo; & quia non poteſt homo velox deliberare, ideo ſubdit; *Neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem*. Immo diu deliberare oportet. Nam dicitur, vidiſti hominem velocem ad loquendum, ſtultitia ſperanda eſt magis, quam illius correptio. Unde diſtantia debet eſſe inter os, & cor. Quo contra; In ore fatuorum cor illorum. Unde dicitur: Sit omnis homo velox ad audiendum, & tardus ad loquendum. Et Seneca: Tardiloquum te eſſe volo; & ſubditur ratio, divinum judicium, quod omnia videt: ideo dicitur; *Deus enim in cœlo*, ſupple omnia videns: Dominus de cœlo in terram aſpexit. *Et tu ſuper terram*, in manifeſto ſibi po-

Eccl. 9 *Eccl. 28* *Prov. 29* *Eccl. 21* *Jac. 1*

Pſal. 101 Eccl. 23 poſitus, ita non lates eum. Oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem circumſpicientes in omnes vias hominum. *Idcirco ſint pauci ſermones tui*, quia ſcilicet loqueris coram Deo, qui exiget rationem de omnibus. Matt. 12 De omni verbo otioſo, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo homines in die judicii. Et vix poteſt eſſe, quod qui multa loquitur, Deo non diſpliceat; unde hoc manifeſtat exemplo, & ſimili: *Multas curas ſequuntur ſomnia*, & ideo, ſtultum eſt eis attendere; Eccl. 34 Multos errare fecerunt ſomnia. *Et in multis ſermonibus invenitur ſtultitia.* Eccl. 20 Qui multis utitur verbis, lædit animam ſuam. Prov. 10 Et; In multiloquio non deeſt peccatum. Sed econtra; Eccl. 10 Sultus verba multiplicat.

Si quid voviſti. Hic ſecundo, prohibet locutionem falſam, qua ſcilicet promittitur, quod non impletur. Hortatur igitur implere promiſſum unde dicit; *Si quid voviſti Deo*, id eſt per votum promiſiſti, *Ne moreris redere*, unde dicitur; Pſal. 75 Vovete, & reddite Domino Deo veſtro omnes, qui in circuitu ejus affertis munera. Et Gloſſa; Vovere eſt voluntarium, ſed reddere neceſſarium; quia alioquin eſt homo falſus in promiſſo, unde ſubdit; *Diſplicet enim Deo infidelis, & ſtulta promiſſio.* Infidelis, in qua non eſt veritas; ſtulta, in qua non eſt Judicium; quia ſtulta promiſſio non eſt facienda; unde Iſidorus: *Iſid. l. de contemptu mundi c. de juramen & voto.* In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum ideo ſubdit; quod veritas eſt in promiſſione ſervanda, cum dicit; *Sed quæcumque voveris, redde*, non variando. Lev. 27 Animal, quod immolari poteſt, ſi quis voverit, ſanctum erit, & mutari non poterit, nec in melius, nec in pejus: alioquin melius fuerat non vovere; ideo dicit: *Multoque melius eſt non vovere*, id eſt, minus malum, quia ſine culpa; *Quam poſt votum promiſſa non reddere.* 2 Pet. 2 Melius erat eis, viam veritatis non cognoſcere, quam poſt agnitionem retrorſum converti. Luca 9 Et; Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro aptus eſt regno Dei.

Ne dederis os tuum. Hic tertio pro- A hibet locutionem erroneam, & dehortatur locutionis errorem, & deinde ſubdit rationem, & poſt manifeſtat erroris radicem. Locutionis errorem dehortatur, dicens: *Ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam*, id eſt, non loquaris erroneam locutionem, ex qua præcipiteris in peccatis, & exprimit, de qua locutione intelligit. *Neque dicas coram angelo: Non eſt providentia*, id eſt, non dicas neque in ſecreto, neque in occulto; quia in occulto audiunt Angeli, qui ſunt ad cuſtodiam deputati, Eccl. 10 unde dicitur; In cogitatione tua regi ne detrahas, & in ſecreto cubili tuo ne maledixeris diviti, quia aves cœli portabunt vocem tuam. B Et ſubditur ratio exhortationis. *Ne forte iratus Dominus diſſipet opera tua*, id eſt, reddat inutilia, iratus non per animi commotionem, ſed per culpæ rigidam punitionem. Sic iratus eſt Iſa. 37 ſuper ſermonem Rapſacis, & omnia opera regum Aſſyriorum per Angelum nocte deſtruit. Si quomodo audiat Dominus tuus verba Rapſacis, quem miſit rex Aſſyriorum ad Prov. 20 blaſphemandum Deum viventem. Diſſipat impios rex ſapiens. Et ſubditur hujus locutionis origo, quia non oritur a recta ratione, ſed a ſomniorum illuſione; propter quod dicit; *Ubi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt vanitates*, quia ſomniorum vanitas; Iſa. 29 Somniat eſuriens, & comedit, C & poſtea cum expergefactus fuerit, vacua eſt anima ejus. *Et ſermones innumeri*, hi ſequuntur ad ſomnia, Eccl. 34 quia nihil certum ex eis poteſt ſciri, divinatio erroris, & auguria mendacia, & ſomnia malefacientium vanitas eſt; & ideo de talibus non eſt curandum, ſed de Deo, unde ſubdit: *Tu vero time Deum*, quia ipſe ſolus eſt, qui poteſt nos perdere & ſalvare, non ſomnia, non auguria. Luc. 12 Oſtendam vobis, quem timebitis, qui poteſt animam & corpus mittere in gehennam.

Si videris calumnias. Hic tertio retrahit a cogitatione erronea, ſcilicet, ut ex viſa hominum malitia, non credat deeſſe providentiam, unde dicit: *Si videris calumnias egenorum.* Vidi ſub ſole calumnias egenorum,

&

Digitized by Google

& lacrymas innocentium, ſupra di- xerat: *Et judicia violenta*, quæ vidit, cum inquit: Vidi ſub ſole in loco judicii impietatem. *Et ſubverti juſti- tiam in provincia*. Quod ſimiliter vi- derat, cum ait; Vidi in loco juſti- tiæ impietatem. Ex hac, inquam, conſideratione mutari non debet, quaſi non ſit, qui regat, nec qui corrigat, unde dicit: *Non mireris ſu- per hoc negotio*, quaſi non ſit, qui regat; quia unus eſt omnium ordi- nator, unde ſubdit; *Quia excelſo ex- celſior eſt, & ſuper hos quoque eminen- tiores ſunt alii*. Unde dixit centurio: Ego ſum homo in poteſtate conſti- tutus, habens ſub me milites, & di- co huic, vade, & vadit: *Et inſuper univerſæ terræ rex imperat ſervienti* quamvis ergo non ſerviant ſibi invi- cem, & non ordinentur per ſe: or- dinantur tamen a Deo, qui ſcit ma- lis bene uti. Ego ſum Pharao: ab- ſque tuo imperio non movebit quiſ- quam manum, aut pedem in omni terra Ægypti: Unde dicitur: Ha- bebat in veſte, & in femore ſuo ſcriptum. Rex regum, & Dominus dominantium: & ipſe nihil perver- tit, unde dicitur; Dominus Deus noſter, ipſe eſt Deus Deorum, & Dominus dominantium, magnus, potens, terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera: facit ju- dicium pupillo, & viduæ: & ideo, ſi imperat, non pervertitur de ju- ſtitia.

Eccl. 3 — *Matt.* 8 — *Gen.* 41 — *Apoc.* 19 — *Deut.* 10

Incidit hic quæſtio de hoc, quod dicit: *Quæcumque voviſti, redde*: Utrum qui vovit indiſcrete teneatur, ſuppoſito, quod ſe obligare intendat: quod ſi non reportat commodum de de indiſcretione ſua. Item ipſe tene- facere veritatem, ſed qui non fa- cit, quod promiſit, non facit ve- ritatem, immo mentitur, ergo ta- lis tenetur facere quod promiſit, vel quod vovit. Item Jephte in diſcrete vovit, & ſolvit, & ab Apoſtolo commendatur, ergo de- bemus indiſcreta vota perſolvere. Contra: Quod indiſcretum eſt dice- re, indiſcretum eſt facere; ſi ergo ille, qui vovit hoc ipſo, quod dicit, eſt indiſcretus, & magis peccat; er- go omittendo, bene facit. Item ma-

Heb. 11

A lum præcedens non excuſat ſequens: ergo ſi vovit quid ſtultum, & facit, non eſt minus reprehenſibilis, quam ſi faceret ſine voto: nec votum mi- nus reprehenſibile, quam ſi non fa- ceret, ergo. Item Iſidorus: In ma- lis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum: ergo. Reſpon- deo, dicendum, quod non tenetur: immo ſi facit, addit peccatum ſuper peccatum, unde: Et Jephte ſolven- do votum magis peccavit, quam ſi non ſolviſſet, quia in vovendo fuit ſtultus, & in ſolvendo impius, ſicut dicit Hieronymus. Quod obiicitur, quod commendatur: dicendum, quod non de voto, nec voti ſolutione com- mendatur, quia Apoſtolus commen- B dat ibi fidem Jephte: quia ipſe cre- didit triumphare de hoſtibus, ſive de inimicis, Domini auxilio. Quod ob- iicitur, quod reportat commodum, dico, quod falſum eſt: quia ſtatim in ipſo voto peccat, & dignus eſt pœna. Quod obiicitur de veritate, dicendum, quod veritas ſubſternit ſibi judicium: quia igitur ſine mo- do vovit, ideo ſolvere non poteſt cum veritate, & propterea non poteſt in tali voto eſſe veritas, ideo nulla eſt obligatio.

Iſid. de contemptu mundi c. de jura n. & voto.

Quæritur utrum poſſit mutare. Videtur quod non, per illud Levi- tici: Non poterit mutari, nec in pe- jus nec in melius. Quod autem ſic, videtur, quia licet partem Domini C facere meliorem: ergo, etſi non li- ceat in pejus, licet tamen in melius. Reſpondeo, dicendum, quod eſt mu- tare votum in pejus omnino, & eſt mutare in melius, quod iſtud inclu- dit, ſicut illud: Qui vovit mutare religionem minus perfectam, intrat in perfectiorem, quæ illam claudit. Intramutare, eſt ultra in melius non includens, ſicut ire Romam in iter ultramarinum. Primum non per ſe licet omnino, ſed eſt prohibitum. Secundum per ſe licet, non tamen licet ſine auctoritate majoris; quia enim ſum Domino obligatus, non poſſum mutare, niſi pro ejus arbi- trio, & quia ipſe non alloquitur me, niſi per ſuum miniſtrum, qui tenet ejus partes: non poſſum mutare ſine auctoritate ſuperioris, niſi Dominus ipſe

Lev. ult.

ipſe interius certiſſime inſpiret, & ſic patet illud.

Quæritur etiam de hoc, quod dicit: *Ne dicas, coram angelo non eſt providentia*. Contra: Videtur, quod non ſit providentia. Primo, quia providentia dat debitum ordinem rebus, ſed iſte non eſt in mundo: Vidi ſervulos ambulantes in equis, &c. *Eccl. 10.* Item ſecundo: quia providentia dat debitam remunerationem, ſed hoc non eſt in mundo. Eadem cunctis eveniunt. *Eccl. 9.* Item tertio, quia dat durationem debitam, ſed hoc ſimpliciter non eſt in mundo: Impius longo vivit tempore impietate. *Eccl. 7.*

Sed quod ſit neceſſarium ponere, videtur: quia ſapientis eſt providere domui, ergo ſumme ſapientis multo magis. Item ſapientis artificis non tantum eſt facere, ſed etiam conſervare: ſic ergo Deus conſervat & gubernat; ſed ipſe eſt ſapiens, & ſapiens omne, quod gubernat, per providentiam gubernat: ergo. Item quia Deus ſumme ſapiens non poteſt facere, quin videat mala noſtra: ergo cum ſic ſit ſumme juſtus, non poteſt facere, quin vindicet mala, & bona remuneret: ergo omnium eſt remuneratio, ergo & providentia. Item quæritur, quis magis peccet, utrum qui negat providentiam, an qui divinam providentiam reprehendit. Videtur, quod magis qui negat; quia ille, qui credit providentiam eſſe, hoc ipſo quod credit, bene facit; ergo aliquid habet de bono; ſed qui ſimpliciter negat, nihil; ergo magis eſt reprehenſibilis. Contra: Hieronymus dicit, quod magis peccat, qui providentiam ponit, & Deum accuſat, quam qui providentiam ſimpliciter negat. Reſpondeo, dicendum ad primum, quod providentia eſt. Quod obiicitur de debito ordine reſpondetur, quod duplex eſt ordo, particularis ſcilicet & univerſalis: aliquid poteſt privari ordine particulari, non univerſali, ut dicit Boetius; nam univerſalis ordo cuncta complectitur, unde qui cadit univerſali ordine naturæ, incidit in ordinem pœnæ: ſicut exemplum Auguſtini eſt de nube, in qua eſt turbo, & involutio inordinata in ſe, *Ordo duplex.*

A ſed ordinata ad fructum terræ; ſic mali præſunt bonis ad bonorum exercitationem & malorum punitionem. Similiter de remuneratione dicendum, quod in præſenti malis bona veniunt juſto modo, ut hic remunerentur & in futuro æternaliter crucientur: & bonis mala, ut hic purgentur, & æternaliter præmientur. Quod obiicitur de vita, quamdiu vivunt, propter dictam cauſam: ſed boni moriuntur; quia dicitur de Enoch, quod raptus eſt, ne malitia mutaret ejus intellectum; *Sap. 4* quoniam igitur divina judicia in præſenti occulta ſunt propter hominum probationem: & quia ſimplices, & rudes occulta non percipiunt, videtur, quod omnia ſint B inordinata. Et ideo Eccleſiaſtes docet reſpicere ad eum, ſub quo omnia ordinantur.

Quod quæritur, quis magis peccat. Reſpondeo, dicendum, quod providentiam negare, hoc poteſt eſſe dupliciter: uno modo, aut quia credat Deum ignorantem, aut quia credat ipſum non curare de factis mortalium. Similiter & accuſare dupliciter, aut quia non curat, aut quia pervertit; utroque modo accuſare providentiam, pejus eſt; quia non tantum errat, immo Deum vituperat, & blaſphemat; & ita ſimpliciter magis peccat, & cognitio ibi non excuſat, immo aggravat.

Avarus non implebitur pecunia. Supra C poſuit remedium contra vanitatem malitiæ; hic ſubjungit ſecundo contra vanitatem avaritiæ; remedium autem contra avaritiam eſt contemptus bonorum terrenorum; ideo hic perſuadet contemptum divitiarum, & hoc quidem facit per triplicem rationem: primo enim oſtendit divitias non eſſe appetendas, quia *Divitiæ.* non ditant poſſeſſores ſuos, quia non tranſmittuntur frequenter ad poſteros, ibi; *Eſt alia infirmitas peſſima*. Tertio, quia frequenter devolvuntur ad extraneos, ibi: *Eſt aliud malum*. Primo igitur avaritiam deteſtatur, quia divitiæ quæ appetuntur, non adjuvant, nec ditant poſſeſſores, quia non ſufficiunt. Secundo, quia non proſunt. Tertio, quia affligunt. Deteſtandæ ſunt ergo divitiæ, & aſpernan-

nandæ, quia avaro non ſufficiunt, & hoc avarus appetit, ſcilicet ſufficientiam, propterea dicit: *Avarus non implebitur pecunia*, inſatiabilis o-
Eccl. 14 culus cupidi. Unde Hieronymus: Avaro deeſt, tam quod habet, quam quod non habet. Et Seneca: Si vis te divitem facere, non pecuniæ eſt addendum, ſed cupiditati ſubtrahendum.

Et qui amat divitias. Hic ſecundo dehortatur ab amore divitiarum, quæ non proſunt, ideo dicit: *Et qui amat divitias, fructum non capiet ex eis*, & ita non proſunt. Nihil eſt
Eccl. 10 iniquius, quam amare pecuniam. Hic animam ſuam venalem habet, & ita nihil proſunt avaro divitiæ,
Matt. 16 quia animam dat pro pecunia, unde inquit Dominus: Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur: quaſi dicat, nihil, & ex hoc infert vanitatem in amando eas. Seneca: Quæ eſt maxima egeſtas? avaritia: & ex oppoſito dicuntur maximæ divitiæ non deſiderare divitias.
Pſal. 51 *Et hoc ergo vanitas*. Ecce homo, qui non poſuit Deum adjutorem ſuum, ſed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum, & prævaluit in vanitate ſua. Et quod nihil proſint divitiæ poſſidenti, oſtendit, quia conſumuntur, & nihil plus habet dominus, quam ſervus, ideo dicit: *Ubi multæ ſunt opes, multi & qui comedunt eas*, ſic omnia conſumuntur. Unde Seneca: Cadavera lupi, muſcæ mel, prædam non hominem ſe-
Job 39 quitur turba iſta. Et: Pulli ejus lambunt ſanguinem, & ubi fuerit cadaver, ſtatim adeſt, quia, ſecundum quod dicitur: Multi colunt perſonam potentis, & amici ſunt dona tribuentis. *Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernit divitias oculis ſuis?* quaſi dicat nihil plus ſibi, quam aliis, quia tantum comedit quilibet aliorum, quantum ipſe ſolus, & ita non habet fructum præ aliis, immo damnum: quia peccatum habet plus,
Eccl. 11 unde: Si dives fueris, non eris immunis a delicto. Si ſecutus fueris, non apprehendas.

Dulcis eſt ſomnus. Hic tertio oſtendit divitias aſpernandas, quia affligunt, & hominem quieſcere non permittunt: unde auferunt ſomnum, & quietem, propterea dicit. *Dulcis eſt ſomnus operanti, ſive parum ſive multum comedat*. Et ita operans, & laborans aliquando, quieſcit. Somnus ſanitatis in homine parco. Dormiet uſque mane, & anima illius Eccl. 31
delectabitur cum illo. Sed econtra dives non quieſcit, unde ſubdit: *Saturitas autem divitis non ſinit eum dormire*. Vel quia multas habet divitias, multas curas, quæ auferunt ſomnum. Sonitus terroris ſemper in auribus, & cum pax ſit, ipſe inſi- Job 15
dias ſuſpicatur. Unde: Cuncti dies Eccl. 2
ejus laboribus, & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit. Vel etiam, quia multum comedit, & bibit, & non laborat: ideo Eccl. 31
non quieſcit. Vigilia, & cholera, & tortura viro infrunito, & ſic præ ſatietate non quieſcit.

Sed quæritur de hoc, quod dicit: *Divitiæ non proſunt poſſeſſori*. Nam in- Eccl. 7
fra dicit: Utilior eſt ſapientia cum divitiis, & magis prodeſt videntibus ſolem. Item alibi inquit. Redemptio animæ viri, divitiæ ejus: ergo valent ad redimendam animam. Contra: Omne illud, quod melius Prov. 13
eſt dimittere, quam tenere, eſt ſimpliciter inutile: quia ſi abſentia alicujus eſt utilis, præſentia eſt damnoſa: ergo ſi dimittere divitias eſt bonum: tenere eas, eſt inutile. Item omnis utilitas attenditur, ſecundum ordinationem ad finem ultimum: ergo, quod præſtat impedimentum deveniendi in finem, non eſt utile, ſed inutile: ſed divitiæ ſunt hujuſmodi, quia amantem divitias impoſſibile eſt introire in cœlum: & difficile eſt, habere, & non amare: ergo divitiarum poſſeſſio impedit: ergo non proſunt, ſed obſunt. Reſpondeo, dicendum ad hoc, ſicut dicit Bernardus: Temporalia iſta de ſe, nec bona ſunt, nec mala, quorum uſus bonus, abuſio mala, ſolicitudo pejor, quæſtus turpior. Si igitur quæratur, utrum divitiæ ſint utiles, dico, quod bene utenti utiles ſunt, ſed reſervanti ſunt inutiles, male utenti damnoſæ. Unde dicitur infra: *Divitiæ congregatæ in malum*

Digitized by Google

lum domini ſui: bene vero utenti valent, cum ſcilicet diſtribuit in opera pietatis: ſic enim valent ad redemptionem culpæ. Peccata tua eleemoſynis redime. Valent ad augmentum gratiæ. Exerce temetipſum ad pietatem. Valent in adeptionem gloriæ. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Dan. 4
1 Tim. 4
Luc. 16.

Quod obiicitur, quod inutiles, quia bonum eſt dimittere, dicendum, quod dimittere, & Deo donare, eſt divitiis bene uti: unde utiles ſunt ad dimittendum, ad dandum pauperibus, ad emendum regnum. Quod obiicitur, quod difficile eſt habere, & non amare: Reſpondeo, quod ex hoc non ſequitur, quod impediant: quia omnis virtus eſt circa difficile, & tamen virtus non impedit, ſed adjuvat: tamen utilior, & ſecurior uſus eſt ſemel totum dimittere, quam paulatim dare propter vitanda pericula, quæ accidunt.

Et & alia infirmitas. Supra oſtendit, quod divitiæ non ditant poſſeſſores ſuos; hic ſubjungit ſecundo, quod contemnendæ ſunt, quia frequenter non tranſmittuntur ad poſteros, & hoc quidem facit hoc ordine. Primo notatur conſideratio egeſtatis futuræ in prole. Secundo ex hoc deteſtatur ſolicitudinem laborioſam pecuniæ acquirendæ. Tertio in hujus deteſtationem commendat fruitionem præſentis lætitiæ, addens hoc eſſe donum largitatis divinæ. Conſiderat hic primo egeſtatem futuram in divitis prole, quia cum conſervetur diu a patre, non remanet filio, propterea dicit: *Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole*, alia ſcilicet a prædicta, quæ, inquam, eſt in poſſeſſione divitiarum, unde dicit: *Divitiæ congregatæ in malum domini ſui*, quia non poſſunt congregari ſine malo pœnæ, & culpæ. Beatus vir, qui inventus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abiit, nec ſperavit in pecuniæ theſauris, quis eſt hic, & laudabimus eum; fecit enim mirabilia in vita ſua: *Vel in malum*, faciunt enim hominem venire in malum pœnæ. Agite nunc divites, plorate ululantes in miſeriis quæ advenient vobis: *Domini ſui*, immo ſecundum rem, ſervi: quia avaritia facit avarum ſervum. Avaritia, quæ eſt idolorum ſervitus. Hæ inquam, pereunt *In afflictione peſſima*, quia neceſſe eſt, quod ipſe cum dolore amittat. Dives cum dormierit, nihil ſecum auferet nec tantum relinquuntur a domino, ſed etiam amittuntur a filio, unde ſubdit: *Generavit filium, qui in ſumma egeſtate erit*; Eſt egeſtas ſumma, & hæc bonorum omnium. De qua veniet tamquam viator egeſtas, & ſic divitiæ conſervatæ relinquentur heredi, nec etiam aſportari a poſſeſſione poſſunt, unde ſubdit: *Sicut egreſſus eſt nudus de utero matris ſuæ, ſic revertetur*, non in uterum, ſed in terram: *Et nihil auferet ſecum de labore ſuo*. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, nudus revertar illuc, & hoc valde dolendum, unde ſubdit: *Miſerabilis prorſus infirmitas, quo modo venit, ſic revertetur*. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quod nec auferre quid poſſumus.

Eccl. 31
Jac. 5
Epheſ. 5
Job 27
Prov. 6
Job 1
1 Tim. 6

Quid ergo? Hic ſecundo reprehendit ſolicitudinem augendæ pecuniæ egeſtatis ſuperventuræ, unde infert quaſi ex prædictis, quod vanum eſt in tantis laboribus ſe affligere in rerum acquiſitione, ideo dicit: *Quid ergo prodeſt ei*, ſcilicet diviti avaro: *Quod laboravit in ventum?* id eſt, ſi ita eſt, quod nudus revertetur, & ipſe, & filii, quaſi dicat, nihil, propterea dicitur: Filii hominum, uſque quo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Divitiæ vento comparantur, propter vanitatem. Quaſi qui apprehendit umbram, & perſequitur ventum, ſic qui attendit ad viſa mendacia: laboravit ergo in ventum, cum laboravit pro divitiis acquirendis, & ſubdit magnitudinem laboris: *Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris*, propter ſolitudinem: *Et in curis multis*, propter ſolicitudinem: *Et in ærumna*, propter expenſarum tenuitatem: *Et triſtitia*, propter expendendi neceſſitatem; triſtatur enim, quia oportet eum quid manducare. Oculus nequaquam, & invidus, non ſatiabitur pane, & indigens in triſtitia

Pſal. 4
Eccl. 34
Eccl. 14

Digitized by Google

ſtitia erit ſuper menſam ſuam. Divitiæ faciunt hominem eſſe in curis, & ærumnis, quia ſolicitudo hujus ſæculi, & fallacia divitiarum ſuffocat verbum. Matt. 13

Hoc itaque mihi viſum eſt. Hic tertio commendat fruitionem lætitiæ in deteſtationem afflictionis avaritiæ, quia enim avarus ſe affligit, nihil ei prodeſt, ideo bonum viſum eſt ſibi comedere, & propterea dicit: *Hoc itaque mihi viſum eſt bonum ut comedat quis, & bibat*, quantum ad jucunditatem exteriorem. *Et fruatur lætitia ex labore ſuo quo laboravit ſub ſole*. Lætitia, quantum ad jucunditatem interiorem, & hoc, dum poteſt, unde & ſubditur: *Numero dierum vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus*, quaſi non expectet illud tempus. *Et hæc eſt pars illius*. De his omnibus dicitur: Ecce gaudium, & lætitia, jugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum, comedamus, & bibamus: cras enim moriemur, quaſi illa ſit pars, & hanc conſiderationem approbat, quaſi placeat Deo, unde, & ſubditur: *Et omni homini, cui dedit Deus ſubſtantiam, & divitias*. Hæc enim a Deo, unde: Bona, & mala, vita, & mors, & paupertas, & honeſtas a Deo ſunt. *Poteſtatemque ei tribuit, ut comedat ex eis*, exterius delectando: *Et fruatur parte ſua*, in iis quieſcendo: *Et lætetur de labore*, gaudenter acquiſita exponendo. *Hoc donum Dei eſt*. Hæc enim poteſtas a Deo, quia dicit: Sine me nihil poteſtis facere: & quod ſit magnum donum, oſtendit, quia cruciatus curarum, & ſolicitudinum, quæ ſunt magnæ pœnæ, per delicias temperantur. Ideo ſubdit, benedico, quod *donum Dei eſt*, in quantum a cruciatibus avaritiæ liberantur. *Non enim ſatis recordabitur dierum vitæ ſuæ*, id eſt, non multum affligetur curis quæ ſpectant ad vitam: *Eo quod Deus occupet cor ejus deliciis*, non ſpiritualibus, de quibus dicitur: Quam pulchra es, & quam decora chariſſima in deliciis, ſed carnalibus, de quibus dictum eſt: Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum.

Iſa. 22 · Eccl. 11 · Joan. 15 · Cant. 7 · Eccl. 23

Sed incidit hic quæſtio de hoc, A quod dicit: *Hoc viſum eſt mihi bonum, ut comedat*. Contra: Væ tibi terra, cujus rex puer eſt, & cujus principes mane comedunt, contradicit ergo ſibiipſi. Præterea dicit: *Et lætetur*. Contra; Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum convivii, & & iterum: Cor ſapientis, ubi triſtitia, Item ipſa veritas: Væ vobis, qui nunc ridetis, quia flebitis: ergo malum eſt lætari, & tota ſcriptura reprehendit lætitiam carnis: quid eſt ergo, quod ſic commendat eam? Ad hoc reſpondetur per modum procedendi in libro iſto ſingularem inter omnes libros ſacræ ſcripturæ: ipſe enim loquitur, ut concionator, diſputationem ſuam contexens: in qua diverſæ ſententiæ adducuntur, per diverſas B perſonas, ſecundum quas loquitur. Unde aliter in perſona carnali, ut hic, aliter in perſona ſapientis, ut infra: Melius eſt, & cætera, ſed poſt modum loquitur in perſona propria, ubi dicit: Finem loquendi pariter omnes audiamus. Ubi quaſi fert ſententiam eorum, quorum prius ventilaverat cauſam. Deum time, & quod Deus omnia judicabit. Unde quidquid in libro legitur, quod illi ſententiæ adverſatur, irritatur per illam ſententiam, & talia ſunt omnia, quæ dicuntur in commendationem voluptatis præſentis, & ſic una ſolutione reſpondetur ad omnia. Aliter poteſt dici, quod ipſe Eccleſiaſtes quæcumque dicit, in perſona propria dicit, C ſed tamen ad intelligenda ea, quæ dicit, duo ſunt attendenda, ratio ſcilicet, & modus dicendi. Modus dicendi duplex variatur: quædam enim dicit vere, quædam ironice: vere, ut illud: Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas. Ironice, ut illud: Lætare ergo juvenis in adoleſcentia tua. Et hoc patet per ſequentia. Et ſcito, quod pro his omnibus adducet te Deus in judicium: variatio attenditur in modo, quia quædam dicit approbando. *Ne temere quid loquaris*: quædam recitando, quod ipſe ita fecit, ſicut dixit: Non prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, &c. hoc non approbat, ſed recitat ſe ſic feciſſe, ſicut & Apoſtolus de ſe dicit, quod

Eccl. 10 · Eccl. 7 · Ibid. · Luc. 6 · Eccl. 12 · Ibid. · Eccl. 11 · Ibid. · Eccl. 2

Digitized by Google

1 Tim. 6 quod fuit blaſphemus. Similiter quædam dicit recitando, quod ita cogitaverat, ſicut cum dixit; Deprehendi nihil eſſe melius quam lætari. Et tali genere locutionis multum utitur in hoc libello, quaſi narrans ſuas tentationes, unde liber iſte fuit, quaſi quædam meditatio Salomonis, & ſicut homo ab una meditatione cadit in aliam æſtimationem, ſecundum diverſas conſiderationes, ſicut quando quis cogitat hoc eſſe bonum, & poſtmodum cadit in aliam æſtimationem, ſic narrat Salomon: Et in iſto libro, quantum ad rationem dicendi, attendendum, quod quædam dicit ſimpliciter ad ſui approbationem, quædam vero non dicit in approbationem, ſed in aliorum comparationem, & deteſtationem, ſicut qui vellet vituperare avaritiam, laudaret prodigalitatem: ſic in hoc libro laudat mortuos, comparatione viventium: reſpectu avaritiæ, voluptatem: quia avaritia eſt pœna, & culpa. Hoc autem facit, ut ab illo revocet, non ut ad hoc attrahat. Ulterius, quantum ad rationem dicendi attendendum, quod quædam dicit ad omnes, quædam ad aliquos, qui aliquid ſupponunt, & ex eorum ſuppoſitione arguit contra eos, ut ſupra dixit, quod non eſt memoria ſapientis, ut ſtulti. Hoc dixit, illis ſapientibus qui totam ſuam remunerationem in laudibus hominum conſtituebant.

Eccl. 3

Modus dicendi in Hoc libro

Eccl. 2

Hæc ergo regula eſt in verbis ejus generaliter attendenda, quod dicit vere, & approbando, dicit per ſe: commendando, dicit omnibus: id eſt vere, aſſertive, univerſaliter, & abſolute; hæc quidem in auctoritatem ſunt adducenda. Quæ autem dicit ironice, dicit recitatorie, dicit ad aliorum deteſtationem, vel ex aliqua ſuppoſitione, ſive ad contrarium. Illud igitur verbum dictum eſt non aſſertive, ſed recitatorie; recitat enim ſuam tentationem, quam intendit. Vel dictum eſt, non abſolute; ſed ad deteſtationem avaritiæ. Item quæritur de hoc, quod dicit, quod hoc eſt *Donum Dei*, ut fruatur divitiis, ſed hoc eſt peccatum; ergo. Et item dicit, quod Deus occupat cor deliciis in vita; ſed hoc iterum eſt peccatum.

A Reſpondeo quod tam bona fortunæ, quam naturæ, quam etiam gratiæ, ſunt dona Dei; ſed fortunæ minima, naturæ media, ſed gratiæ optima. Inter dona naturæ computatur ſalus, & fortitudo. Inter bona fortunæ proſperitas, & quies. Deus enim aliquibus dat divitias, quibus non dat ſalutem, nec quietem, & iſti non fruuntur bonis; quibuſdam ſuperaddit quietem, & ſalutem, & tales habent poteſtatem fruendi, & quia illa ſunt dona Dei, ita & poteſtas. Sed ulterius, abuſio poteſtatis mala, hoc non eſt a Deo.

Quod quæritur, quod Deus occupare dicitur deliciis cor illius, eſt reſpondendum, quod quædam facit B Deus miſericorditer, quædam juſto judicio deſerendo, ſicut dicitur: Tradentur ſapientes mundi in reprobum ſenſum: ſicut & occupare Rom. 1 dicitur cor deliciis permittendo juſto judicio occupari, & oblivisci æternorum.

CAPUT SEXTUM.

Eſt & aliud malum, &c.] Supra oſtendit divitias eſſe contemnendas, & quia non ditant poſſeſſores ſuos, & quia frequenter non tranſmittuntur ad poſteros, hic tertio oſtendit eſſe contemnendas, quia frequenter devolvuntur ad extraneos, & hoc quidem facit hoc ordine: primo C quidem inſinuatur divitiarum conſervatarum translatio. Secundo vero tenacitatis deteſtatio, ibi: *Si genuerit quiſpiam*, &c. Tertio ſubiungitur deteſtationis ratio, ibi: *Fruſtra igitur venit*. Primo igitur Eccleſiaſtes conſideravit vanitatem conſequentem divites, & proponit eam, aſſumit, & concludit: proponit, dicens: *Eſt & aliud malum, quod vidi ſub ſole*. Et aggravat ex circumſtantia, *Et quod eſt frequens apud homines*, id eſt, apud infirmos mundi dilectores, & divites, de quibus dicitur: Filii hominum uſquequo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? &c. Pſal. 4 Et aſſumit vanitatem, quæ attenditur hic, quod divitias conſervat, & alius devorat, ideo dicit: *Vir, cui*

Deus

Deus dedit divitias, quantum ad mobilia. *Et ſubſtantiam*, quantum ad ad immobilia. *Et honores*, quantum ad ſublimia: omnia enim a Deo. Divitiæ a Deo: Longitudo dierum in dextera ejus, & in ſiniſtra illius divitiæ, & gloria. Et ſubſtantia a a Deo, maxime illa: de qua dicitur: Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia. Similiter honor a Deo, unde dicitur; Dixit Daniel Balthaſar: O rex, Deus altiſſimus regnum, & magnificentiam, & honorem dedit patri tuo. Et ut conſummet perfectam abundantiam bonorum fortunæ, ſubiungit, *Et nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus, quæ deſiderat*, quia ſufficienter habet. Animam vocat hic, vitam carnalem, de qua dicitur: Qui amat animam ſuam, perdet eam. Ita habet abundantiam ad poſſidendum, & tamen habet avaritiam ad retinendum, quæ aufert ei potentiam ad fruendum, ideo ſubiungit, *Nec tribuit ei poteſtatem Deus, ut comedat ex eo*, quia illud continue conſervat, & fruſtra, unde dicitur: Viro cupido, & tenaci ſine ratione eſt ſubſtantia, & homini livido, ad quid aurum? nec ipſe utitur, nec poſteri, ſed alieni, unde addit: *Sed homo extraneus vorabit illud*, unde dicitur: Qui acervat ex animo ſuo injuſte, alii congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur, & dicitur: Cuſtoditur juſto ſubſtantia peccatoris, & ex hoc infert vanitatem, *Et hoc vanitas, & miſeria magna eſt*, Vanitas, quia non ipſe lætatur; miſeria; quia alio auferente; triſtatur: Regionem veſtram coram vobis alieni devorant, &c. *Si genuerit quiſpiam*. Hic notatur tenacitatis deteſtatio, ratione prædictæ translationis, & reprehendit ipſam tenacitatem, quantumcumque habeat ſucceſſivam proſperitatem: propterea ſubdit: *Si genuerit quiſpiam centum liberos*. Hyperbolice dictum eſt, id eſt, multos liberos: quia mali frequenter generant filios malos: de quibus non eſt gaudium, etiam ſi ſint multi. Non jucunderis in filiis impiis, ſi multiplicantur, non oblecteris ſuper illos. Abundare filiis, proſperitas eſt temporalis; & ſequitur alia proſperitas temporalis: *Et vixerit multos annos*, id eſt, per multos annos. *Et plures dies ætatis habuerit*, ſcilicet hominibus aliis, & hæc quidem proſperitas eſt temporalis. Hanc proſperitatem frequenter habent impii, unde dicitur: Longo tempore impius vivit in impietate ſua, ſi iis proſperitatibus abundaverit. *Et anima illius non utatur bonis ſubſtaniæ ſuæ*, &c. Id eſt, tenax fuerit, & avarus in vita, *ſepulturaque careat*, in morte ſecundum quod de Joachim dicitur: Sepultura aſini ſepelietur Joachim ut putrefactus, & projectus extra portam Hieruſalem. His conditionibus proſperitatis, & tenacitatis præmiſſis, ſubiungit deteſtationem: *De hoc ego pronuntio, quod melior illo fiat abortivus*, propter miſeriam, & vanitatem multam, quibus abortivus caret, unde dicitur: Quare non in vulva mortuus ſum? Quare egreſſus de utero non ſtatim perii? Quare exceptus genibus? Cur lactatus uberibus? Et iterum: Quare de vulva eduxiſti me? *Fruſtra enim venit*, hic ſubiungitur tertio deteſtationis ratio, ſcilicet iſto modo tenaci melior ſit abortus, quia ſicut abortus fruſtra venit, & pergit ad tenebras, quia ſtatim moritur, ſic & iſte, ideo dicitur: *Fruſtra enim venit, & pergit ad tenebras*, ſcilicet ipſe tenax. Viro, cujus abſcondita eſt via, & circumdedit eum Deus tenebris: & quod fruſtra veniat in hunc mundum talis avarus, & tenax, oſtendit, & propter delectationem nominis in morte, & propter inexperientiam boni in vita, & propter inexpletionem deſiderii in utroque: propter delectationem nominis, dicit: *Et oblivione delebitur nomen ejus*, id eſt non permanebit, nec remanebit, nec re, nec nomine, ſecundum quod comminatur Dominus Babyloni: Perdam Babylonis nomen & reliquias, & germen, & progeniem, ait Dominus. Et dicitur in perſona malorum: Nomen noſtrum oblivionem accipiet per tempus, & nemo habebit memoriam operum noſtrorum: propter inexperientiam boni, ſecundum quod dicitur: Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre ſolem. Hunc non vi-

Marginal references: Prov. 3; Eccl. 13; Dan. 5; Joan. 12; Eccl. 14; Ibid.; Prov. 13; Iſa. 1; Eccl. 16; Eccl. 7; Hier. 22; Job 3; Job 10; Job 3; Iſa. 14; Sap. 2; Eccl. 11.

Sap. 5 vidit vir avarus, ut dicitur: Erravimus a via veritatis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis &c. Et ita *Non vidit ſolem*. Hoc eſt, non habuit cognitionis lumen, *Neque cognovit diſtantiam boni, vel mali*, quia ſcilicet non eſt expertus: ideo dicit: *Etiamſi duobus millibus annis vixerit*, quia non habens cognitionem per diuturnitatem, ſed per experientiam, ut Eccl. 34 dicitur: Qui non eſt expertus, pauca recognoſcit; ſecundum quod dicit Ariſt. 7 Met ph. c. 1 non procul a prin ex Polo. Philoſophus: Experientia fecit artem, inexperientia caſum: propter incompletionem deſiderii, ſubdit: *Nonne ad unum locum properant omnia?* quaſi dicat, ex parte corporis cedent Eccl. 41 in terra, ut dicitur: Omnia, quæ de terra ſunt, in terram convertuntur. B Cuncta ſubiacent vanitati, & omnia Eccl. 3 pergunt ad locum unum: ex parte igitur corporis, eſt incineratio, ex parte autem animæ, deſiderii incompletio: propterea dicit: *Omnis labor hominis in ore illius*; Os dicitur inhiatio deſiderii, qui enim deſiderat, quaſi os aperit: laborem igitur eſſe in ore, hoc eſt, laborare ad deſiderii Prov. 16 completionem, ut dicitur: Anima laborantis laborat ſibi; quia compulit eum os ſuum: & licet ad hoc deſiderium complendum faciat, non tamen completur: ideo dicit; *Sed anima illius*, ſcilicet divitis tenacis, *non implebitur bonis*, ſicut dictum eſt: Eccl. 5 Avarus non implebitur pecunia, Abac. 2 unde dicitur; Dilatavit quaſi infernus animam ſuam, & ipſe quaſi mors C non adimplebitur: ita verum eſt de avaris, de peccunia, ita etiam de 2. Tim. 3 ſcientia, ut dicitur. Semper diſcentes, & numquam ad ſcientiam veritatis pervenientes.

Quæritur de hoc, quod dicit, *Non dedit ei Deus poteſtatem, ut fruatur bonis*. Contra hoc; Eſt liberum arbitrium; ſed dedit liberum arbitrium, ergo & poteſtatem. Reſpondeo, dicendum, quod potentiam habet ad fruendum, ſcilicet, qua poteſt frui, ſed juſto Dei judicio impeditur aliqua pœna; quia mittit ſolicitudinem ſuperfluam, & timorem, & dolorem, & quia poteſtas ducit potentiam expeditam, & hæc juſto judicio impedita; ideo, *&c.* Item quæritur de hoc, quod dicit; *Quod nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus, quæ deſiderat*. Contra dicitur, Avarus non Eccl. 5 implebitur pecunia, & rurſus Hieronymus; Avaro deeſt tam quod habet, quam quod non habet; male Hier. ep. 3 ad Paulinum. c. 3 ergo dicit, cum ait; *Et nihil deeſt*. Reſpondeo, dicendum, quod deeſt aliquid; hoc autem poteſt eſſe dupliciter, vel quantum ad ſufficientiam ſecundum rem, & naturam; vel ſecundum opinionem. Dico ergo, quod bene poteſt eſſe avarus ita dives, quod nihil deerit, ſecundum rem, & naturam. Sed tamen numquam ita dives, quin aliquid ei deſit ſecundum ſuam æſtimationem, quia ſemper plus cupit habere, & ita ſibi deeſt.

Item, de hoc quæritur quod abortum ei præfert: videtur quod male, quia abortus nullarum rerum habet cognitionem, iſte autem habuit. Item, avarus cum peccet mortaliter, fruitur utendis. Item quo modo dicit, quod; *Non cognovi diſtantiam boni, & mali*; niſi fuerit perfruitus bonis, ergo videtur quod abortus ſit melior omnibus, qui non delectantur in bonis præſentibus, & qui non ſunt carnales, hoc autem eſt hæreticum.

Reſpondeo, dicendum ſecundum illam viam, quod ſi hoc dicatur in perſona carnali, facilis eſt reſponſio: ſuſtinendo tamen hoc, quod dicat ſecundum veritatem, dico, quod tali diviti tenaci abortum præponit: quia ille, quamvis non ſit expertus bona; tamen non ſuſtinuit mala: hic autem ſuſtinuit mala, & non guſtavit bona, ideo ille poſterior: & quantum ad hoc intelligit. Quod obiicitur de ratione, quia non eſt perfruitus bonis, dicendum, quod frui uno modo dicit diſcretionem alicujus cum quietatione in illo; alio modo quietationem, & delectationem: dico ergo, quod qui diligit Deum, habet, ſicut dicit Auguſtinus: & ideo, qui Deum diligit, in eo delectatur: ſed pecunia, vel temporale cum diligitur & non habetur ad votum, parit triſtitiam. Ideo poteſt eſſe fruitio harum rerum, id eſt, delectatio ſumma, & tamen delectatio mo-

modica, & triſtitia maxima: ideo A
non ſequitur, quod quamvis talis
avarus peccet, quod delectatione re-
quieſcat, ſed tamen quieſcit amore,
quia ſemper ſe diligit. Quod obiici-
tur, quod non cognovit diſtantiam,
dicendum, quod ſimplici notitia,
ille, qui habet ſemper bona, co-
gnoſcit bona, ſimiliter & ille habet
bona, & mala: & quia talis ſemper
habet mala, numquam bona: ideo,
&c. Quod obiicitur de viro ſpiritua-
li, dico, quod ipſe non eſt ſine de-
lectatione ſpirituali, ideo videt ſo-
lem, & cognoſcit diſtantiam. Sed
avarus tenax, quia peccator: non
habet delectationem ſpiritualem,
quia tenax: non habet carnalem, &
ideo non cognoſcit diſtantiam boni, B
& mali.

Quid habet amplius, &c. Poſuit ſu-
pra medium contra vanitatem mali-
tiæ, & contra vanitatem avaritiæ.
Tertio ponit remedium contra vani-
tatem imprudentiæ: contra hanc au-
tem, remedium ſummum eſt, ac-
quiſitio ſapientiæ: & quia nemo po-
teſt ſapientiam acquirere, niſi habeat
modum debitum addiſcendi: ideo
habet hæc pars duas partes. In pri-
ma dat modum: in ſecunda expli-
cat ſapientiæ documenta, ibi: *Me-*
lius eſt nomen bonum, &c. cetera. Mo-
dus autem conſiderandi, vel addi-
ſcendi ei, qui vult eſſe ſapiens, tra-
ditur hoc modo: Primo, ut addiſcat
utilia; Secundo, ut relinquat abſcon- C
dita: Tertio, ut non inquirat ſubli-
mia. Primo ergo docet utilia quæ-
rere, & conſiderare, & hoc quomo-
do poſſit ad vitam gloriæ pervenire.
Propterea quærit. *Quid habet am-*
plius ſtulto ſapiens, & quid pauper,
bene conjungit iſta duo, pauper, &
ſapiens. Pauper enim dicitur per
contemptum præſentium, unde dici-
Matth. 5 tur: Beati pauperes ſpiritu, quoniam
ipſorum eſt regnum cœlorum: per
æternorum ſaporem, & rectam æſti-
Prov. 3 mationem, de quibus dicitur: Glo-
riam ſapientes poſſidebunt, ſtulto-
rum exultatio, ignominia. Stultus
vero dicitur mundanus, qui econtra-
rio, contemptis æternis inhiat terre-
nis: de quo dicitur: Vidi ſtultum
Job 5 firma radice, & maledixi pulchritu-
dini ejus ſtatim. *Quid ſtulto amplius*
habet ſapiens, & pauper in hac vita,
ſupple, modicum. *Niſi pergat illuc,*
ubi eſt vita, hic parum habet in
mortali vita, quia, Moritur doctus
ſimiliter, ut indoctus. ſed in æterna Eccl. 2
vita multo amplius, de qua dicitur:
Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant Joan. 17
te; &c. Ad hanc vitam pergunt ſa-
pientes, quia ſicut dictum eſt: Sa- Eccl. 2
pientis oculi in capite ejus, & ideo
ipſe ſequitur Chriſtum, lucem, qui ut
dicitur, Eſt via, veritas, & vita; Joan. 14
ſed ſtultus non pergit, unde dicitur:
Labor ſtultorum affliget eos, quia Eccl. 10
neſciunt in urbem pergere.

Ad hanc vitam non poteſt recte
ſine cognitione perveniri: ideo ſub-
dit: *Melius eſt videre, quod cupias*,
id eſt agnoſcere vitam, quam deſi-
deras; *Quam deſiderare quod neſcias*,
id eſt, velle illuc pervenire ignoran-
ter, & ideo oportet ita illam con-
ſiderationem ponere ſuam, ut dici-
tur; Oculi tui recta videant, & pal- Prov. 4
pebræ tuæ præcedant greſſus tuos.
Et hoc quidem eſt bonum ſcire, ſed
deſiderare quod neſcit, ſtultum; id-
eo ſubjungit; *Sed & hoc vanitas. &*
præſumptio ſpiritus, ſcilicet deſidera-
re, quod homo neſcit, & ſicut Ja-
cobus & Joannes deſiderabant, & pe-
tebant ſedere ad dextram, & præ-
ſumptuoſe quærebant, ideo dicitur
eis: Neſcitis quid petatis. Poteſt et- Matt. 20
iam exponi ad commendationem co-
gnitionis utilium; ut ſit ſenſus, quod
melius eſt cognoſcere deſiderabilia,
& utilia, quam deſiderare, ſcire ab-
ſcondita, quæ ſcilicet prohibet con-
ſiderare, quia hæc eſt præſumptio
ſpiritus velle ſcilicet cognoſcere, quæ
Deus in ſua providentia diſpoſuit;
& hoc quidem prohibet perſcrutari
conſequenter. *Qui futurus eſt*. Hic
revocat a perſcrutando abſcondita ut
eſt diſpoſitio divina, ob quam dicit:
Qui futurus eſt jam vocatum eſt nomen
ejus, quantum ad æternam electio-
nem. Qui vocat ea, quæ non ſunt, Rom. 3
tamquam ea quæ ſunt. *Et ſcitur,*
quod homo ſit, quantum ad parvita-
tem durationis vitæ. Pulvis es, & Gen. 3
in pulverem reverteris, *Et non poſſit*
contra fortiorem ſe in judicio contende-
re; quantum ad conditionem juſtitiæ:
ne-

nemo enim eſt adeo juſtus, qui poſſit ſe juſtificare in judicio cum Deo. Job 9 Scio, quod non juſtificatur homo compoſitus Deo, Si voluerit cum Deo contendere, non poterit ei reſpondere unum pro mille. Ibid. Ideo dicebat Job: Quantus ergo ſum ego, ut reſpondeam ei, quia fortior: unde ſi fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt: ſi æquitas judicii, nemo audet pro me teſtimonium dicere. Hanc igitur abſconditam diſpoſitionem dicitur nobis non eſſe perſcrutandam: quia in noſtris verbis pauca invenitur veritas, maxime quando volumus ea diſſerere, quæ nos latent, ideo ſubdit; *Verba ſunt plurima*, id eſt, pauca ſunt cognita, ut dicitur: Eccl. 10 Stultus verba multiplicat, *Multamque in diſputando vanitatem habentia*, & paucam veritatem: Eccl. 3 Mundum tradidit diſputationi eorum, ut non inveniat homo opus, quod operatus eſt Deus ab initio uſque in finem, & propterea qui volunt de his perſcrutari, evaneſcunt ſecundum illud Apoſtoli: 1 Cor. 3 Deus novit cogitationes ſapientium.

CAPUT SEPTIMUM.

QUid neceſſe eſt? Hic revocat tertio a perſcrutando ſublimia, & requirendo, & hoc cum habeat ſatisfacere de cognoſcendo ſua propria mala, vel communia, ideo dicit: *Quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere*, quaſi dicat, non eſt neceſſe, ut dicitur: Eccl. 3 Altiora te ne quæſieris & fortiora te ne ſcrutatus fueris. Et: Rom. 11 Noli altum ſapere, ſed time. Et ſubjungit rationem, quia non debet quærere majora. *Cum ignoret, quid conducat ſibi in vita ſua*, id eſt, quid ſibi ſit utile. Sap. 9 Difficile æſtimamus, quæ in terra ſunt: & quæ in proſpectu ſunt, invenimus cum labore. Quæ autem in cœlis ſunt, quis inveſtigabit? ignorat utique, quid ſit utile in hac vita momentanea, unde ſubjungit: *Numero dierum peregrinationis ſuæ*; Gen. 47 Dies peregrinationis vitæ meæ, centum triginta annorum ſunt, parvi, & mali. Et; 2 Cor. 5 Quamdiu ſumus in hoc corpore, peregrinamur A a Domino. *Et tempore, quod velut umbra, præterit*. Peregrini ſumus coram te, & advenæ; ſicut omnes patres noſtri: 1 Par. 29 Dies noſtri quaſi umbra ſuper terram, & nulla eſt mora. Et ita per ſe non poteſt inquirere, nec etiam ab alio adducere, propterea ſubjungit: *Aut quis ei poterit indicare, quid poſt eum venturum ſit ſub ſole?* non enim homo ſcit futura, niſi Domino revelante niſi per gratiam. Ideo ad hoc non debet homo cogitationem applicare. Et non Iſa. 48 audiſti ea, ne forte dicas: Ecce cognovi ea. Neque audiſti, neque cognoviſti, neque ex tunc aperta eſt Eccl. 1 auris tua. Et ignorat homo præterita, & futura nullo poteſt ſcire nuntio. B Unde ſolus Deus futura cognoſcit, & revelat.

Sed quæritur de hoc, quod dicit: *Melius eſt videre quod cupias, quam deſiderare quod neſcias*, ergo implicat, quod aliquis poteſt deſiderare, quod neſcit. Contra: Auguſtinus dicit, S. Aug. l. 10 de Tr. c. 1 tom. 3 quod inviſa poſſumus diligere, incognita nequaquam: ſi igitur ad hoc, quod aliquis diligatur, deſideratur, neceſſe eſt cognoſci. Præterea affectus ſequitur intellectum: ergo, ubi intellectus non præcedit, non ſe extendit affectus: ſed intellectus non extendit ſe ad ea, quæ neſcit: ergo nec affectus illa deſiderat. Reſpondeo dicendum, Cognitio duplex. quod duplex eſt cognitio, certitudinis ſcilicet, & æſtimationis: C ſic & per oppoſitum duplex neſcientia, una per privationem cujuslibet certitudinis, & alia per privationem cujuslibet æſtimationis. Dico ergo, quoad hoc, quod aliquid deſideretur, non neceſſe eſt, quod præcedat cognitio certitudinis, deſiderium enim ſequitur ſolam æſtimationem; ſed oportet, quod aliqua cognitio æſtimationis præcedat: hic autem loquitur de neſcientia per privationem certitudinis.

Quæritur de hoc, quod dicit: *Quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere?* Ex hoc videtur, quod homo non debeat aliquid perſcrutari, nec labore cognoſcere, quod hoc ſit ſupra ſe: & probatur ex illo: Eccl. 3 Altiora te ne quæſieris. Et: Rom. 1 Noli altum ſapere, ſed time. Sed contra, homo eſt in me-

medio inter creaturas viſibiles, & Deum, ſed dicit Auguſtinus, quod anima hominis obtenebratur, quando in his terrenis, & infimis oculum figit: illuminatur autem, cum convertitur ad æterna bona: ergo ſemper illa debet quærere: ſed illa ſunt altiora, ergo. Præterea numquam anima perficitur perfectione completa, niſi in his, quæ ſunt altiora ipſa, ſed vnumquodque perfectibile debet tendere, & quærere id, in quo perficitur, ergo quærere altiora. Si dicas, quod non intelligitur, quod non debet quærere, nec conſiderare altiora, ſecundum ſubſtantiam, ſed quod non debet conſiderare ea, quæ excedunt ſuæ conſiderationis poſſibilitatem: obiicitur tunc: quia omnia, quæ ſunt fidei ſunt ſupra noſtrum intellectum, ergo ſecundum hoc non debet intellectus noſter exigere ſe ad credendum ea, quæ ſunt fidei. Item, tunc maxime erunt reprehenſibiles, qui articulos fidei volunt diſcutere: ergo omnes reprehenſibiles, qui diſputant de fide. Reſpondeo dicendum, quod facienda eſt vis in hoc, quod dicit, *Majora ſe*. Et in hoc quod dicit: *Quærere majora ſe*, vocat illa, quæ noſtram conſiderationem excedunt, ſecundum hoc, quod excedunt: *Quærere*, vocat inquirere, & diſcutere: quaſi dicat, quod ſtultum eſt indagare velle illa, ad quæ noſtra inquiſitio non pertingit, quantum ad ea, quæ non ſufficit noſtra conſideratio. Nam alia ſunt, quæ nobis ſunt manifeſta de Deo, & illa non ſunt majora nobis: unde non dehortatur conſiderare Deum.

Aug. enar. in pſalm. 18 tom. 8

Quod obiicitur de fide, dicendum quod ipſe non diſſuadet credere, ſed quærere. Præterea, etſi ea, quæ ſunt fidei, ſunt ſupra noſtrum intellectum per ſe nudum: non tamen ſunt ſupra intellectum gratia fidei illuſtratum: unde quærere illa, & credere, & indagare uſque ad illud, ad quod ſe extendit lumen fidei, non eſt ſe extendere ad majora, & ſic omnis diſputatio ſobria ipſorum articulorum: ſi autem excedat, niſi ſit a Deo, ſic eſt reprehenſibilis. Quæritur etiam de hoc, quod dicit: *Quis poterit ei indicare, quid poſt eum venturum ſub ſole ſit?* Contra: In anima noſtra eſt potentia, quæ eſt omnia fieri, & omnia facere: ſed poſſibilis poteſt eſſe ſe recipere omnia præſentia, omnia præterita, & omnia futura, ergo ſi agens poteſt reducere ipſum ad actum, ergo non poteſt per ſeipſum cognoſcere ventura. Reſpondeo dicendum, quod ſi agens poſſit abſtrahere, ſive formare cognitionem in intellectu poſſibili, tamen operatio ejus dependet, & a certitudine rei extra, & intra a ſenſu: quia deficiente re, perit ſcientia: & deficiente ſenſu, neceſſe eſt unam ſcientiam deficere: quia ergo futura contingentia non generant ſimilitudinem ſui in ſenſu, nec per cauſam determinatam antecedentem, & ipſa non habent in ſe ſtabilitatem, quæ exigitur ad cognitionem: ideo intellectus noſter, qui accipit a rebus, non poteſt per ſe in eorum cognitionem venire; ut per eum cognitio non dependeat a rebus.

Quæ ſunt fidei quomodo indaganda.

Ariſt. 3 de anima tex. 17

Ariſt. 1 Poſt.

Melius eſt nomen bonum. Supra poſuit modum addiſcendi: hic ſecundo ſubiungit documenta ſapientiæ, per quæ adhibetur remedium contra vanitatem ſtultitiæ. Et quoniam ſicut dicitur: Sapientia decet ſobrietatem, prudentiam, juſtitiam, & virtutem, ſive foritudinem: ideo habet hæc pars quatuor partes: in prima ponit documenta ad habendam modeſtiam: in ſecunda ad habendam conſtantiam, ibi: *Calumnia*. In tertia ad habendam prudentiam, ibi: *Ne dicas, quid cauſæ eſt*. In quarta ad habendam juſtitiam, ibi: *Noli eſſe multum juſtus*. Ad habendam modeſtiam quinque tribuit documenta. In primo docet præferre honeſtum ſuavi: in ſecundo, vitam futuram præſenti: in tertio afflictionem voluptati: in quarto triſtitiam jucunditati: in quinto ſeveritatem molliciei, ſive adulationi. Ponit igitur documentum, in quo docet præferre honeſtum, utputa nomen bonum ſuavi, utputa eſt unguentum, ideo dicit: *Melius eſt nomen bonum*; id eſt bona fama, de quod dicitur: Curam habe de bono nomine, hoc enim

Sap. 8

Eccl. 14

enim magis permanebit tibi ; quam A mille theſauri pretioſi , & magni : *Quam unguenta pretioſa* , quæ ſcilicet *Joan. 12* multum redolent juxta illud : Maria accepit libram unguenti nardi piſtici pretioſi , & unxit pedes Jeſu , & domus impleta eſt ex odore unguenti : & licet unguenta redoleant , tamen bonum nomen magis, ideo melius . *2. Cor. 2* Chriſti bonus odor ſumus in omni loco , ſcilicet quantum ad bonam famam .

Et dies mortis . Hic notatur ſecundum documentum , in quo præfert vitam futuram præſenti , & ita ingreſſum in aliam vitam , ingreſſui in hanc , & propterea dicit : *Et dies mortis* , ſupple melior eſt : *Die nativitatis* : Etenim moritur ad quieſcen- B *Apoc. 14* dum . Beati mortui , qui in Domino moriuntur , amodo dicit ſpiritus , ut requieſcant a laboribus ſuis . Sed hic *Job. 5.* naſcitur ad laborandum . Homo ad laborem naſcitur , & avis ad volatum : & ideo melior, unde : *Eccli. 30* Melior eſt mors , quam vita amara : & requies æterna , quam languor perſeverans .

Melius eſt ire . Hic tertium notatur documentum in quo præfert afflictionem voluptati , utputa luctum convivio , propter quod dicit : *Melius eſt ire ad domum luctus* : ubi lugentur *Matth. 5* peccata , quia : Beati , qui lugent : quonim ipſi conſolabuntur , *quam ad domum convivii* , ubi inveniuntur oble- *Prov. 23* ctamenta . Noli eſſe in conviviis po- C tatorum . Et ratio hujus eſt : quia in conviviis oblviſcitur homo ſui , & in domo luctus recordatur judicii ſui , & ideo ſubdit : *In illa enim* , ſcilicet in domo luctus : *Finis cunctorum admonetur hominum* : Memor eſto *Eccli. 38* judicii mei : Sic enim erit & tuum . Mihi heri , & tibi hodie : *Et vivens cogitat* , *quid futurum ſit* , & iſtud eſt *Eccl. 7* utiliſſimum : Memorare noviſſima tua , & in æternum non peccabis . *Eccli. 38* Et ideo dicitur : Memento noviſſimorum , & noli oblviſci : quia ſicut *Hier. de Reg. Monach. e de sim. ult. judicii hom. 9* dicit Hieronymus , facile contemnit omnia , qui ſe ſemper cogitat moriturum .

Melior eſt ira riſu . Hic notatur , quartum documentum , in quo præfert triſtitiam jucunditati : quia illa , A ſcilicet triſtitia corrigit , & jucunditas decipit , & propterea dicit : *Melior eſt ira riſu* : *ira* , ſcilicet qua peccatis quis iraſcitur alienis . Flagellat *Heb. 12* omnem filium , quem recipit . Et : Ego quos amo , arguo , & caſtigo : *Apoc. 3* hæc ira melior eſt riſu diſſimulationis . Lude cum filio tuo , & contri- *Eccl. 30* ſtabit te , & ideo : *Melior eſt ira* : & reditur ratio : *Quia per triſtitiam vultus* , *corrigitur animus delinquentis* . Ventus aquilo diſſipat pluvias , & *Prov. 25* facies triſtis linguam detrahentem : & hoc documentum confirmat modo ſapientis, unde dicit : *Cor ſapientum* , *ubi triſtitia eſt* , ſed e contra : *Cor ſtultorum* , *ubi lætitia* , illi requirunt triſtia in præſenti , iſti jucunda . B Plorabitis , & flebitis vos , mundus *Joan. 16* autem gaudebit . Et quod illi ſapienter : hi ſtulte , patet ex eventu , quia dicitur triſtibus : Beati , qui nunc fle- *Luc. 6* tis , quia redebitis : e contrario gaudentibus . Væ vobis , qui ridetis *Ibidem* quia flebitis .

Melius eſt a ſapiente corripi . Notatur hic quintum documentum , quo præfertur ſeveritas mollitiei , utputa dura correptio adulationi ; propter quod dicit : *Melius eſt a ſapiente corripi* , *quam ſtultorum adulatione decipi* . Melior eſt manifeſta correptio , quam *Prov. 17* amor abſconditus : quia correptio dirigit , ſed adulatio decipit . Iniquus *Prov. 16* lactat amicum ſuum , & ducit eum per viam non bonam . Et : Popule *Iſa. 3* C meus , qui beatum te dicunt , ipſi te decipiunt : & reddit rationem per ſimilitudinem ; quia adulatio fatui parum durat , & multum ſonat , ſicut ſpinæ accenſæ ſub olla , propterea dicit ; *Quia ſicut ſonitus ſpinarum ſub olla* , alte ſonat : *Sic riſus ſtulti* , ad litteram , ſtultus alte ridet . Fa- *Eccl. 21* tuus in riſu exaltat vocem ſuam , vir autem ſapiens vix tacite ridebit . Vel riſus altus , quando adulatio cla- *Prov. 27* moſa . Qui benedicit proximo ſuo *Pſal. 61* voce grandi , de nocte conſurgens , maledicenti ſimilis erit . *Sed & hoc vanitas* , ſcilicet talis adulatio , unde : Vani filii hominum , mendaces filii hominum .

Quæritur de hoc , quod dicitur : *Melior eſt dies mortis* , *die nativitatis* . Contra : Mors eſt privatio , vita eſt habi- *An mors ſit melior quam vita.* tus ,

Digitized by Google

tus, ſed habitus ſemper plus habet de entitate, & bonitate, quam privatio, ergo vita, quam mors, melior: ergo dies nativitatis melior. Præterea regula eſt, cujus corruptio bona, generatio mala: ſed mors eſt corruptio vitæ: ergo cujus mors eſt bona, vita mala eſt: ſed nullius, niſi peccatoris eſt vita mala: ergo nullius, niſi peccatoris mors melior, quam vita: ſed hoc eſt falſum, quia peccator moriendo tendit ad infernum. Reſpondeo, dicendum, quod aliquid præfertur aliquando ratione ſui, aliquando ratione conſequentis ad ipſum: illud præferendum eſt alii ratione ſui, quod de ſe dicit plus de bono, ſicut homo melior equo: alio modo ratione conſequentis, mors præfertur vitæ, & diſſolutio illa, ſcilicet mors, ad quam conſequitur quies, & eſſe cum Chriſto: & de hac morte hic loquitur; quia in vita eſt homo in periculo, in labore, in dolore: poſt mortem juſtus eſt in gaudio, ſecuritate & tranquillitate. Et patet reſponſio ad primum: quia mors non præfertur ratione ſui. *Philip. 1*

Mors dupliciter dicitur mala. Quod obiicitur ſecundo, ſimiliter ſolvi poteſt: mors enim dupliciter dicitur mala, aut quia amittit bonum magnum, ſcilicet bonam vitam, ut boni veri, & utilis: aut quia ad malum finem ducit. Primo modo mala eſt mors juſtorum, id eſt, damnoſa: ſed ſecundo modo valde bona: & quantum ad hoc præfertur. Item quæritur de hoc, quod dicit: *Melior eſt ira riſu.* Contra: Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio: ſed qui corridet, non eſt reus alicujus pœnæ: ergo pejus eſt iraſci, quam ridere. Item ridere poteſt eſſe ſine culpa, ſed iraſci, cum dicat perturbationem rationis, vix eſt ſine culpa veniali, numquam eſt ſine pœna, ergo multo pejor eſt riſu. Reſpondeo, dicendum, quod eſt iraſci vitio, & iraſci naturæ: primum eſt virtutis, & bonum: ſecundum vitii, & malum. Similiter eſt arridere bono, & corridere peccato: primum, bonum: ſecundum malum. Et loquitur de ira, & riſu, ſecundum quod reſpiciunt malum: ſed tunc ſimiliter poſſet dare aliam regulam reſ- *Matth. 5* *An ſit melior ira riſu.*

A pectu boni: melior eſt riſus, quam ira. Et dicendum, quod in præſenti plura ſunt mala, quam bona: ideo pluries oportet triſtari, quam gaudere, ideo præfert iram riſui. Nota, quod eſt ira, permiſſione, & hæc culpæ venialis: Iraſcimini, & nolite peccare, & hæc neceſſe eſt, quod præcedat. Prohibitione, & hæc culpæ mortalis: Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor. Præceptione, & hæc juſtitiæ, & zeli; & de hac ſupra dictum eſt: *Melior eſt ira riſu*, moderanda, ne excedat. *Pſalm. 4* *Prov. 27*

Calumnia conturbat ſapientem. Supra poſuit documenta ad habendam modeſtiam: hic ſequitur ſecunda pars, in qua ponit documenta ad habendam
B conſtantiam, & quoniam conſtantia perditur per calumniam, & per iracundiam, & conſervatur per patientiam, & per perſeverantiam: ideo hic quatuor documenta ponuntur. In primo oſtenditur vitanda calumnia: in ſecundo amanda perſeverantia: in tertio ſervanda patientia: in quarto fugienda iracundia. In primo igitur documento oſtenditur vitanda calumnia, quia perturbando, hominem inconſtantem reddit, propterea dicit: *Calumnia perturbat ſapientem*. Calumnia eſt criminatio litigioſa, & ideo ab ea recedendum. Recede procul a calumnia, quia non timebis: *Et perdet robur cordis illius*, id eſt, fortitudinem
C charitatis: quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. *Calumnia quid ſit.* *Iſa. 54* *Matth. 24*

Melior eſt finis. Hic notatur ſecundum documentum, in quo præfertur perſeverantia juſtitiæ inchoativæ, propter hoc dicit: *Melior eſt finis orationis quam principium*. Melius eſt in bono perſeverare, quam tantum inchoare: Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit, unde Bernardus: Perſeverantia eſt omnium virtutum conſummatio. *Melior eſt patiens*. Hic notatur tertium documentum, in quo commendatur patientia, quia ſine illa non poteſt eſſe conſtantia, ideo dicit: *Melior eſt patiens arrogante*. Abuſiva eſt comparatio, quia patiens bonus, ſed arrogans malus: Melior eſt patiens viro forti *Matth. 10* *Bernard. epiſt. 129* *Prov. 16*

Ne

Ne ſis velox: Tangitur hic quartum documentum, in quo docetur fugienda iracundia: quia non bene ſtat cum conſtantia, ideo dicit: *Ne ſis velox ad iraſcendum*. (*Jacob. 1*) Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram; & ſubiungitur ratio: *Quia ira in ſinu ſtulti requieſcit*. (*Job. 5*) Virum ſtultum interficit iracundia, & parvulum occidit invidia: bene, *requieſcit*, propter diuturnitatem: nam ſapiens, etſi iraſcitur, non debet diu ſervare. (*Ephes. 4*) Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram: ſed non ſic ſtultus: (*Prov. 27*) Oneroſa arena in ſinu ſtulti.

Sed dubitatio eſt de hoc, quod dicit: *Calumnia conturbat ſapientem*. (*Prov. 12*) Contra, dicitur: Non contriſtabit juſtum, quidquid ei acciderit: ergo ſi ſapiens juſtus eſt, non conturbatur per calumniam. Ad hoc reſpondetur uno modo, quod eſt conturbatio impatientiæ, & hac non conturbatur juſtus; & compaſſionis, & hac conturbatur, ſicut dicebat Apoſtolus: (*2 Cor. 11*) Quis ſcandalizatur, & ego non uror? quaſi dicat, nullus. Sed littera ſequens tollit hanc expoſitionem, & ſubdit: *Et perdet robur cordis ejus*. Ideo ſolvendum eſt, ſicut dicitur in Gloſſa, quod eſt ſapiens, & juſtus perfectus, & de hoc intelligitur illud Proverbiorum: & imperfectus, & de hoc intelligitur hic. Item, quid eſt, quod dicit: *Ne ſis velox ad iraſcendum*. (*Pſalm. 4*) Contra: Iraſcimini, & nolite peccare. Reſpondeo, dicendum, quod eſt ira multiplex.

Ne dicas, quid cauſæ. Poſitis documentis ad modeſtiam, & conſtantiam: ponit hic documenta ad habendam prudentiam; & quia prudentis eſt diſcernere, ubi contingit errare, ideo ponit documenta quatuor ad habendam diſcretionem. (*Diſcretio quomodo acquiratur.*) Primum eſt ad diſcretionem utilium: ſecundum da diſcretionem divinorum operum: tertium ad diſcretionem temporum: quartum ad diſcretionem meritorum. Primum igitur documentum datum ad diſcretionem utilium: in diverſis enim temporibus diverſæ utilitates ex cauſis diverſis, propterea dicit: *Ne dicas: Quid putas cauſæ eſt, quod priora tempora*, id eſt, antiquo- A rum: *Meliora fuere*, quia ſcilicet in eis fuit inopia: *Quam nunc ſunt?* ſcilicet, quando jam eſt rerum abundantia: quia iſta quæſtio venit ex inconſideratione, unde ſubdit: *Stulta enim eſt hujuſmodi interrogatio*, & hujus ratio eſt, quia non conſiderat utilitatem opulentiæ; ideo docet eam diſcernere, inquiens: *Utilior eſt ſapientia cum divitiis*, quia: Redemptio (*Prov. 13*) animæ viri divitiæ ejus; *Et magis prodeſt videntibus ſolem*, id eſt, habentibus rectam intentionem: quia (*Eccli. 13*) bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia, & nequiſſima paupertas in ore impii, & quod pecunia ſit utilis, oſtendit per effectum: *Sicut enim protegit ſapientia*, ſcilicet B a culpa. Si intraverit ſapientia cor (*Prov. 2*) tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit, conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſervabit te. *Sic protegit & pecunia*, ſcilicet bene expenſa. Eleemoſyna (*Eccli. 29*) viri; quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis recuperabit; Et licet utraque ſit utilis, tamen ſapientia utilior; ideo ſubiungit: *Hoc autem plus habet ſapientia, & eruditio, quod vitam tribuunt poſſeſſori*, unde dicitur; Audi fili mi, & ſuſcipe verba mea, (*Prov. 4*) ut multiplicentur tibi anni vitæ. Et, Lignum vitæ eſt ſapientia, (*Prov. 3*) iis, qui apprehenderint eam: ſed pecunia ſive ſapientia tribuit mortem. Agite nunc divites, plorate ululantes (*Jac. 5*) in miſeriis veſtris. Et ideo C præferenda eſt ſapientia pecuniæ. Accipite (*Prov. 8*) diſciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, quam aurum, eligite.

Conſidera opera Dei. Hoc eſt ſecundum documentum, in quo docet diſcretam conſiderationem divinorum operum, ſive judiciorum: quia quem ipſe deſpicit reprobationis judicio, nemo reducit: propterea dicit: *Conſidera opera Dei*, id eſt divina judicia: *Quod nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit*: id eſt, quem ipſe ſuo modo viſitare noluerit. Unde dicitur de filiis Heli: Et non audierunt vocem (*1 Reg. 2*) patris ſui: quia voluit Deus occidere eos. Iſta opera, & judicia conſideranda ſunt ad timorem. Conſideravi (*Abac. 3*) opera tua, & expavi. *In die bona*. Hoc eſt tertium documentum, in

Digitized by Google

in quo docet diſcretionem facien- A dam eſſe temporum: quia Deus non omnia tempora fecit uniformiter, ſed difformiter, & homo ſe diſponere debet ſecundum diverſa tempora, ideo dicit: *In die bona fruere bonis*, id eſt, cum gaudio bene operare.
Eccl. 14 Non defraudueris a die bono, & particula diei boni non te prætereat: quia in hac die, eſt locus operandi.
Joan. 9 Unde dicebat Chriſtus: Me oportet operari, donec dies eſt: ſimiliter &
Gal. 6 nos, unde Apoſtolus: Operemur bonum ad omnes, dum tempus habemus. *Et malam die præcave*, illam;
Soph. 1 ſcilicet de qua dicitur, Dies iræ, dies illa, dies tribulationis, & anguſtiæ, dies calamitatis, & miſeriæ. Qui vult hanc diem præcavere, ne- B
Eccl. 18 ceſſe habet recogitare illud: In die bonorum, ne immemor, ſis malorum: has dies fecit Dominus, & ordinavit juſto modo, ideo dicit: *Sicut enim hanc*, id eſt, bonam: *Sic, & illam*, ſcilicet malam. *Fecit Deus*, & hoc juſto judicio: *Ut non inveniat homo, contra illum juſtas querimonias*,
Pſal. 144 ideo bona facit propter bonos, mala contra malos, quia juſtus Dominus in omnibus viis ſuis.

Hoc quoque vidi. Hic notatur quartum documentum, quo docet diſcretionem diligentem faciendam eſſe meritorum, eo quod multum lateant, ideo dicit: *Hic quoque vidi in die nativitatis meæ*, id eſt, poſtquam natus ſum: *Vidi*, hoc evenire: *Juſtus* C *perit in juſtitia ſua*: quia quaſi impius
Iſa. 57 reputatur. Ut dicitur: Juſtus perit, & non eſt, qui recogitet: *Et impius longo vivit tempore in impietate ſua*: quaſi eſſet juſtus, ex quo indignaba-
Hier. 12 tur: Quare via impiorum proſperatur? bene eſt omnibus, qui prævaricantur, & inique agunt? Et dici-
Eccl. 8 tur: Sunt juſti, quibus mala proveniunt: quaſi opera egerint impiorum: & ſunt impii, qui ita ſecuri ſunt; quaſi juſtorum facta habeant.

Quæritur de hoc, quod dicitur: *Utilior eſt ſapientia cum divitiis*: ergo melius eſt eſſe divitem ſapientem, quam pauperem ſapientem: ergo eſſe pauperem non eſt ſtatus perfectior. Præterea ars, & virtus circa difficilia, ſed difficilius eſt diviti ſalvari, quam pauperi: ergo majoris virtutis eſt: ergo ladabilior ſtatus. Contra hoc eſt, quia Dominus ſtatum paupe- Matth. 19
ris præpoſuit, & facto, & verbo. Reſpondeo, dicendum, quod triplex eſt paupertas, una ex complacentia, alia ex tolerantia, alia cum impatientia: prima bona, & perfecta: ſecunda eſt imperfecta: tertia eſt vituperanda, ut dicitur: Nequiſſima Eccl. 11
paupertas in ore impii. Quando dicitur, quod ſapientia melior eſt cum divitiis, quam ſine, non intelligitur de paupertate, quæ eſt cum tolerantia, vel impatientia. Quod obiicitur de difficultate, dicendum, quod eſt difficultas ratione generis operis, & hoc ad virtutem majorem facit, & eſt difficultas ratione inordinationis voluntatis, ſicut avarus difficilius dat donum, quam largus: & ſic dives difficilius ſalvatur. Aliud ſolvitur: quia intelligitur de ſuperfluitate, & nimia egeſtate.

Quæritur de hoc, quod dicit: *Quod nemo poteſt corrigere, quem Deus deſpexerit*: Sed Deus deſpicit omnem peccatorem, quia: Altiſſimus odio Eccl. 12
habet peccatores, &c. Et ſimiliter abominabilis eſt Deo impius, & impietas ejus. Item ſi non poteſt corrigi: ergo nec ſalvari: ergo non debet ſibi imputari. Reſpondeo dicendum, quia ſicut duplex eſt electio, ſcilicet æterna, & ſecundum præſentem juſtitiam, ita duplex eſt hominum deſpectio, & loquitur hic de homine non quocumque: ſed de deſpectione ſecudum reprobationem æternam, cujus ſignum eſt obduratio in præſenti, & ita non habet locum de peccatore: ſed de reprobis.

Quod obiicitur, quod non debet ſibi imputari, dicendum, quod immo: quia Deus neminem deſpicit ſine cauſa; unde, & quamvis non poſſit ſurgere, niſi Deus porrigat manum, tamen non excuſatur; quia culpa ſua eſt: quod manus non porrigitur ei, unde Auguſtinus dicit, quod nemo corrigitur, niſi volens. Item quæritur de hoc, quod dicit: *Juſtis perit in juſtitia ſua, & impius vivit longo tempore in impietate*: Sed contra dici-
tur: Viri ſanguinum, & doloſi non Pſal. 54
dimidiabunt dies ſuos. Item de bonis

Digitized by Google

Exod. 20 nis dicitur ; Honora patrem tuum ,
ut ſis longævus ſuper terram , &
longo vivas tempore ; ergo obſer-
vanti mandata prolongatur vita .
Reſpondeo , dicendum , quod ſicut
Sap. 10 dicitur de juſto ; Conſummatus
in brevi complevit tempora mul-
ta , & pauci in multos computan-
tur ; ſic e contrario in malis , ſic
etiam de verbo ſalvandorum , & dam-
nandorum , & longiores ſunt dies
bonorum ; quia meliores, non quia
diutius vivant. Notandum autem ,
quod breviantur anni hominibus, ne
Sap. 4 mali fiant , ut dicitur ; Raptus eſt ,
ne malitia mutaret intellectum ejus.
Aliquando, ne pejores fiant , ut di-
citur ; Viri ſanguinum , & doloſi non
Psal 54 dimidiabunt dies ſuos . Obligantur B
autem ad purgationem boni , ut di-
citur. Quoniam in igne probatur au-
Eccl. 2 rum ; Mali ad ſuam emendationem ,
Rom. 2 ut : Ignoras , quoniam Dei benigni-
tas ad pœnitentiam te adducit ?

Noli eſſe juſtus multum . Supra po-
ſuit documenta ad habendam con-
ſtantiam, & prudentiam; hic tertio
ponit documenta ad habendam juſti-
tiam , quia non eſt juſtitia vera , quæ
excedit in rigore , & crudelitate , niſi
contemperetur pietate ; ideo ponit
hic quatuor documenta , in primo
prohibet rigorem ſeveritatis, vel ex-
ceſſum juſtitiæ ; in ſecundo præcipi-
tium impietatis ; in tertio commen-
dat exhibitionem miſericordiæ . In
quarto diſſimulationem propriæ inju-
riæ . In quo igitur documento diſ-
ſuadet exceſſum juſtitiæ in punien-
do , cum dicit ; *Noli eſſe juſtus mul-*
tum, id eſt , ne excedas in rigore ju-
ſtitiæ ; quia culpa eſt totam culpam
Jac. 2 proſequi, unde dicitur ; Judicium ſi-
ne miſericordia fiet ei , qui non fe-
cit miſericordiam, Non debes etiam
excedere in perſcrutando culpam ;
ideo dicit ; *Neque plus ſapias , quam*
Prov. 30 *neceſſe eſt* ; quia dicitur ; Qui vehe-
menter emungit, elicit ſanguinem ,
Rom. 2 ideo dicitur; Non plus ſapere ; quam
oportet ſapere ; ſed ſapere ad ſobrie-
tatem .

Ne obſtupeſcas . Notandum hic ſe-
cundum documentum , in quo prohi-
bet præcipitium impietatis. Impietas
enim reddit hominem ſtupidum in
A affectu , & durum , ideo dicit ; *Ne*
obſtupeſcas ; Et dicitur ; Omnis , qui Hier. 31
comederit uvam acerbam , obſtupe-
ſcent dentes ejus ; Crudelem in actu ,
ideo dicit ; *Ne impie agas multum* ,
id eſt, crudeliter . Dixi iniquis ; no-
lite inique agere . Et ; Non ſemines Psal. 74
mala in ſulcis juſtitiæ , & non me- Eccl. 7
tes ea in ſeptuplum . Reddit etiam
cæcum intellectum , ideo dicit ; *Noli*
eſſe ſtultus . Qui cogitat mala facere, Prov. 24
ſtultus vocabitur . Cogitatio ſtulti ,
peccatum ; & quia peccatum , & ſtul-
titia accelerant mortem ; ideo ſequi-
tur ratio ; *Ne moriaris in tempore non*
tuo ; id eſt , ne acceleretur mors tua ,
quia dicitur ; Viri ſanguinum , & do-
loſi non dimidiabunt dies ſuos . Et
rurſus dicitur; Stulte , hac nocte ani- Psal. 54
mam tuam repetent a te . Exem- Luc. 12
plum de Dathan , & Abiron , qui Num. 26
deſcenderunt viventes in infernum.

Bonum eſt , te ſuſtentare juſtum . Hic
notatur tertium documentum , in quo
monet ad exhibitionem miſericor-
diæ ; & præmittit , & ſubiungit ra-
tionem . Exhortatur, cum dicit ; *Bo-*
num eſt , te ſuſtentare juſtum . Ne inſi- Prov. 24
dieris & quæras impietatem in domo
juſti . Et ; Ne vaſtes requiem ejus , Prov. 17
quia ; Non eſt bonum damnum in-
ferre juſto, nec percutere principem ;
qui recta judicat . Non ſolum juſtus
eſt ſuſtentandus in cauſa , ſed etiam
porrigenda ei manus per eleemoſy-
nam . Unde ſubiungit ; *Sed & ab illo*
C *ne ſubtrahas manum tuam* . Ut dici-
tur : Benefac juſto, & invenies retri- Eccl. 12
butionem magnam , & ſi non ab il-
lo , certe a Deo . Sic præmiſſa exhor-
tatione , ſubiungit rationem tripli-
cem , & prima eſt divina voluntas ,
ob quam dicit : *Qui timet Deum , ni-*
hil negligit , de illis ſcilicet , quæ
Deus vult fieri . Et : In tota anima Eccl. 7
tua time Deum , & de negligentia
purga te cum paucis . Secunda ratio
eſt juſti dignitas, ob quam dicit : *Sa-* Prov. 24
pientia confortavit ſapientem ſuper de-
cem principes civitatis ; & ita melior
eſt ſapientia , quam vires , & vir
prudens melior eſt , quam fortis .
Tertia ratio eſt humana fragilitas ,
ob quam dicit : *Non eſt homo juſtus in*
terra , qui faciat bonum , & non pec-
cet , & ideo miſerendum eſt peccan-
ti ,

Digitized by Google

ti, ut dicitur: Septies in die cadit juſtus, & reſurget: immo quantumcumque perfectus, aliquando peccat: Si dixerimus, quia peccatnm non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas non eſt in nobis. *Sed & cunctis ſermonibus*. Tangitur hic quartum documentum, in quo hortatur ad diſſimulationem propriæ injuriæ: unde debet inquirere, nec omni referenti credere. Ideo dicit: *Sed & cunctis ſermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum*, id eſt, non præbeas fidem: quia parva fides eſt adhibenda verbis: quia multi multa loquuntur. Qui cito credit, levis eſt corde. E quia difficile eſt audire, & non arridere, dicitur: Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam. Unde non debes eſſe ſolicitus ad audiendum, quæ de te dicuntur, & redditur ratio: *Ne forte audias ſervum maledicentem tibi*. Sicut Semei David, unde dicit Abiſai: Quare maledicit canis hic moriturus domino meo regi? Vadam, & amputabo caput ejus: Et hoc ſæpe contingit, ſicut poteſt homo noſſe ex ſe ipſo. *Scit enim conſcientia tua, quia tu crebro maledixiſti aliis*, & ita non debes diligenter attendere, nec punire: Cognoſce, quæ ſunt proximi tui ex te ipſo. Sic enim dicitur: Nonne ergo oportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?

1 Joan. 1 · Eccl. 19 · Eccl. 28 · 2 Reg. 16 · Eccl. 31 · Matth. 18

Quæritur hic primo de hoc, quod dicit: *Noli eſſe juſtus multum*. Contra: Hæc eſt per ſe vera: Juſtus eſt bonus: ergo magis juſtus, magis bonus: ergo maxime juſtus, maxime bonus: ergo in juſtitia non eſt ſuperfluum. Item quidquid dicitur de Deo in ſummo dicitur: ſed juſtum dicitur de Deo: ergo Deus ſumme juſtus, & conſtat, quod hoc non eſt malum: ergo ſi ſummitas in juſtitia non eſt mala: ergo non eſt ibi ſuperfluitas. Item quæritur de hoc, quod dicitur: *Neque plus ſapias quam neceſſe erit*, qui enim plus diligit, plus ſapit: ſed nemo poteſt nimis diligere, ergo nec nimis ſapere, ſecundum quod refertur dilectio, in Deum. Præterea nimis ſapiens nemo eſt: ergo nec poteſt eſſe: ergo nemo poteſt plus ſapere, quam neceſſe eſt.

A Sed contra: Virtus conſiſtit in medietate, & corrumpirur per ſuperfluum, ſicut per diminutionem: ergo ſicut poteſt eſſe peccatum in remittendo nimis, ita in nimis puniendo. Reſpondeo, dicendum ad hoc, quod juſtus uno modo eſt idem, quod habens talem virtutem, & ſic attenditur exceſſus juſtitiæ per acceſſum ad medium, & ita non poteſt eſſe ibi ſuperfluitas: quia nemo poteſt eſſe nimis virtuoſus, nec nimis accedere ad medium. Alio modo juſtus dicitur, ſecundum quod nominat actum illius virtutis, qui eſt punire, & ſic exceſſus ejus non attenditur per acceſſum ad medium, immo ad ſuperfluum: nunc dicitur magis juſtus, B qui magis punit, & maxime punire non eſt bonum, & ſic intelligitur in littera. Quod obiicitur ſecundo, quod quidquid Deo convenit, ſumme dicitur, verum eſt de eo, quod abſolute dicitur, & quod nominat per modum habitus, ſecundum quod dicit effectum in non ſumme, ſicut Dus non ſumme punit, nec ſumme perficit: ſed quatenus convenit. Quod quæritur de ſapientia dicendum, quod habitus ſapientiæ nullo modo poteſt eſſe nimius, ſed in actu. Notandum, quod eſt triplex, cognoſcere, guſtare, & ſcrutari: guſtare & cognoſcere nemo poteſt nimis, ſed perſcrutari bene poteſt nimis, & ratio hujus eſt: quia perſcrutatio nimia deducit ad inſipientiam: ſed di- C lectio non poteſt eſſe nimia in Deo: quia ſumme diligendus.

Quæritur de hoc, quod dicitur: *Noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo*. Contra, dicitur: Conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt: ergo videtur, quod propter bonitatem non poſſunt augeri: ergo nec propter malitiam minui. Si hoc verum eſt, quomodo Deus permittit annos longos in ſcriptura. Item de Ezechia, quomodo Deus auxit ſibi annos quindecim. Item abbreviat, ut dicitur: Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Rſpondeo, dicendum, quod mori in tempore ſuo eſt tripliciter, uno modo in tempore ſuæ ſalutis, ad quam uniuſquiſque ordinatus

Job. 14 · 4 Reg. 20 · Pſalm. 54

tus eſt, ſic moriuntur omnes boni in tempore ſuo, & nulli mali: quia numquam ad hoc perveniunt, de finaliter malis dico. Secundo modo, mori in tempore ſuo, ſcilicet morte naturali, quæ quidem eſt per conſumptionem humidi radicalis, & ſic moriuntur in tempore ſuo ſenes, & decrepiti. Tertio modo mori in tempore ſuo, eſt ſibi a Deo præfinito, ſecundum præſcientiam divinam, quæ numquam fallitur. Iſtud nemo prævenit, nemo pertranſit. Primo modo mali moriuntur in tempore non ſuo. Secundo modo, & boni, & mali, qui moriuntur morte accidentali. Tertio modo nullus. Loquitur ergo hic Eccleſiaſtes, & ſcriptura quantum ad primum modum: ſed Job intelligit, quantum ad tertium. Similiter de Ezechia dicitur, quod Dominus mutavit conſilium.

Item quæritur de hoc, quod dicit: *Qui timet Deum nihil negligit*, ſed qui peccat, aliquid negligit: ergo nullus, qui peccat, timet Deum: ſed non eſt juſtus qui non peccet: ergo non eſt juſtus, qui timeat Deum. Item quæritur, utrum aliquis juſtus poſſit eſſe ſine peccato; & quod non videtur per id, quod dicitur hic, & etiam per illud: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. Quod autem poſſit, videtur per illud dictum: Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Item ſi non poteſt, & nullus peccat in eo, quod vitare non poteſt: ergo. Reſpondeo dicendum; quod negligentia uno modo importat contemptum, & ſic eſt peccatum mortale, & ſic intelligitur hic. Alio modo qualemcumque commiſſionem circumſtantiæ, & ſic veniale, & nullus ſine hoc. Similiter dicendum de peccato, quod ſine mortali multi, ſive veniali nullus utens libero arbitrio, niſi de Chriſto, & de Beatiſſima Virgine credimus.

1. Joan. 1

Job. 27

Quod objicitur de Job: Reſpondeo, non negat ſe non peccaſſe, ut ſic puniretur. Similiter cor reprehendit, quando peccatum complacuit, quando vero, quod noluit hoc fecit, & ſi peccavit, cor non reprehendit. Quod dicitur de impoteſtate vitandi, dicendum, quod ex vitio intruſus eſt homo, & ideo non excuſatur, quin peccet aliquo modo. Præterea, & ſi non poſſet univerſaliter vitare, poteſt tamen quodlibet particulariter evitare ideo, &c.

Cuncta tentavi, &c. Supra egit de vanitate mutabilitatis, & iniquitatis, in hac parte intendit agere de vanitate pœnalitatis. Et quia duplex eſt pœna, quædam eſt peccati occaſio, ſicut concupiſcentia, quædam eſt pœna, afflictio, ſicut mors, & infirmitas corporis. Ideo primo agit de prima pœnalitate, quæ eſt peccati occaſio: ſecundo, de ea, quæ eſt pura afflictio, ut dicitur: Memento Creatoris tui in die afflictionis tuæ. Et quoniam pœna, quæ eſt peccati occaſio, duplex eſt, una ſcilicet ex defectu amoris & hæc pronitas. Alia ex defectu timoris, & hæc eſt ſecuritas. Prima reddit pronum ad malum: & ſecunda ſecurum, quia non timet, dum non credit puniri. Ideo habet partes duas: in prima agit de vanitate pronitatis, in ſecunda de vanitate ſecuritatis. Et incipit ſecunda pars, ubi dicitur: Omnia hæc conſideravi, & dedi cor meum in cunctis operibus, quæ fiunt ſub ſole: & quia vanitas pronitatis concupiſcentiæ eſt periculoſa, nec liberatur quis, niſi auxilio divinæ ſapientiæ, ideo primo notatur inventio concupiſcentiæ.

Pœna duplex.

Eccl. 12

Eccl. 8

Secundo ſubiungitur remedium ſapientiæ, ibi: *Quis talis, ut ſapiens eſt*, &c. Et quoniam ubi eſt latentis inventio, præcedit diligens inquiſitio. Ideo primo deſcribitur diligens ipſius inquiſitio. Secundo concupiſcentiæ inventio, ibi: *Et inveni amariorem morte*, & cætera. Diligens ipſius inquiſitio, quæ adeo diligens fuit, ut in curioſitatem degeneraret, hoc ordine deſcribitur, primo quoad præſumptionis ſuæ curioſitatem, quoad quæſtionis ſublimitatem, quoad quæſtionis ſtudioſitatem. Quantum igitur ad ſuæ præſumptionis curioſitatem, dicitur: *Cuncta tentavi in ſapientia*, id eſt, in inquiſitione: ecce curioſitatis inquiſitio, ut dicitur: In pluribus operibus ejus ne fueris curioſus: *Dixi: Sapiens efficiar*: ecce

Eccl. 3

præ-

Iſa. 5 præſumptionis elatio, ut dicitur: Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, &c. Et: Si quis veſtrum videtur eſſe ſapiens in hoc ſæculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. Quantum ad inquiſitionis ſublimitatem, dicit: *Et ipſa longius receſſit a me, quam erat prius:* quia viſa eſt ei quæſtio difficilior, dum magis inquireret: & hoc divini judicii ſeveritate. Dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Et quæſtionis altitudinem, ideo dicit: *Et alta profunditas, quis juveniet eam?* alta eſt profunditas inquiſitionis ſapientiæ, ut dicitur: Ego in altiſſimis habitavi, & thronus meus in columna nubis, & ideo quis poteſt invenire? pauci ſufficienter, ſed nulli perfecte. Ne laboretis: non enim comprehendetis. Et: O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Quantum ad conſiderationis ſtrenuitatem, & ſubiungit: *Luſtravi univerſa in animo meo*, id eſt circuivi, & diligenter undique conſideravi. Quaſi is, qui arat, & qui ſeminat, accede ad illam. Et ratio movens tangitur, *Ut ſcirem*, in habitu: *Et conſiderarem*, in actu: *Sapientiam*, in appetitibus: *rationem*, in operibus. Et e contrario, *Ut cognoſcerem impietatem ſtulti*, in operandis: *Et errorem prudentiæ*, in credendis, ut dicitur: Dedi cor meum, ut ſcirem prudentiam, atque doctrinam erroreſque & ſtultitiam.

1 Cor. 3

Rom. 1

Eccl. 24

Eccl. 43

Rom. 11

Eccl. 6

Eccl. 1

Et inveni, & cætera. Deſcripta eſt diligens inquiſitio: deſcribitur hic concupiſcentiæ carnalis inventio, & quantum ad triplicem conditionem, primo notatur ipſius concupiſcentiæ pronitas, ſecundo generalitas, tertio cauſalitas. Primo igitur tangitur ipſius concupiſcentiæ vehemens pronitas, quia perducit ad maximam amaritudinem ſub ſpecie dulcedinis: ideo dicit: *Inveni amariorem morte mulierem*, & hoc poſt nefarii operis perpetrationem, ad quod concupiſcentia pertrahit, unde dicitur: Favus diſtillans labia meretricis, & nitidior oleo guttur ejus. Ad hoc pertrahit concupiſcentia illa, quæ a muliere habuit ortum, & in muliere habuit fomentum, quæ ſua pulchritudine illaqueat per delectationem: ideo dicit:

Prov. 5

A *Laqueus eſt venatorum*, id eſt, dæmonum, qui venantur animas hominum. Illaqueat verbis & aſpectibus, ut dicitur: Irretivit eum multis ſermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. Illaqueat pulphritudine faciei. Propter ſpeciem mulieris multi pereunt. Illaqueat etiam verbis, unde: Colloquium illius, quaſi ignis exardeſcit. Non ſolum illaqueat in delectationem, ſed etiam deglutit in nefario opere, unde dicit: *Et ſagena cor ejus*, cum juxta votum ejus conſentitur operi nefario: hæc eſt ſagena diaboli: Totum in hamo ſublevavit, traxit illud in ſagena ſua: ſed poſtmodum ligat per affectionem, & ideo dicit: *Et vincula manus illius*. Sequitur eam, & B ignorat, quod ad vincula ſtultus trahatur. Ab hac pronitate nullus eripitur, niſi qui a Domino juvatur, tanta eſt, ideo dicit: *Qui placet Deo effugiet eam*, ſecundum quod dicitur: Fugite fornicationem. Et: Scivi, quoniam aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus det. *Qui autem peccator eſt, capitur*, & cætera. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur.

Prov. 7

Eccl. 9

Ibid.

Abac. 1

Prov. 7

1 Cor. 6

Sap. 8

Prov. 5

Ecce hoc inveni. Hic notatur ſecundum, ſcilicet concupiſcentiæ generalitas, cujus rationem videre fuit difficultas, ideo dici: *Ecce hoc inveni dixit Eccleſiaſtes unum*, ſcilicet, concupiſcentiæ pronitatem, *& alterum* C ſcilicet ipſius generalitatem, & laboravi, ſupple. *Ut invenirem rationem, quam adhuc quærit anima mea*. Hæc ratio generalitatis concupiſcentiæ, quare in omnibus eſt. *Et non inveni*, ſcilicet proprio ingenio? quia hoc Philoſophi ſcire non potuerunt: ſed tamen fide cognoverunt rationem, & experientia cognovit effectum, ſcilicet generalitatem: ideo dicit. *Virum unum de mille reperi, & mulierem ex omnibus non inveni*. Hyperbole eſt, & vult dicere, quod pauciſſimos invenit viros, in quibus concupiſcentia non regnaret. Sed ipſe mulieres nullas invenit: nec mirum, quia: Brevis omnis malitia ſuper malitiam mulieris. Poſſemus autem hoc exponere de Chriſto, qui ſolus

Eccl. 24

Digitized by Google

ſolus evaſit a corruptione concupiſcentiæ originalis, qui ſolus fuit inter mortuos liber.

Pſal. 87

Solummodo hoc inveni. Hic notatur tertium, ſcilicet concupiſcentiæ cauſalitas, quæ quidem non fuit a Deo ſed a primo peccato, ideo dicit: *Solummodo hoc inveni, quod fecit Deus hominem rectum*. Et alibi: Deus de terra creavit hominem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illum. Et hujus ſignum eſt rectitudo figuræ, quæ adhuc manet in corpore, *Et ipſe ſe*, propria ſcilicet libertate: *Infinitis miſcuit quæſtionibus*: quia recedendo ab uno, factus eſt pronus ad multa, & infinita: quia in eis ſua concupiſcentia non finitur nec ſatiatur. Tria ſunt inſaturabilia, & quartum, quod numquam dicit, ſufficit.

Eccl. 17

Prov. 30

Dubitari poteſt de hoc, quod hic dicit: *Cuncta tentavi in ſapientia*. Utrum in hoc fuerit reprehenſibilis. Quod ſic videtur per ipſam litteram. *Dixi ſapiens efficiar, & ipſa longius receſſit a me*. Item per illud: In pluribus operibus ejus non eris curioſus. Contra: Spiritualis homo judicat, & ipſe a nemine judicatur, ergo ſi Salomon habebat ſpiritum ſapientiæ, ergo ejus erat de omnibus judicare. Præterea ait Apoſtolus: Omnia probate, quod bonum eſt tenete: bonum eſt igitur tentare omnia. Reſpondeo, dicendum, quod tentare aliquid, eſt dupliciter, uno modo cognoſcere per experientiam, ſicut cognoſcit, & tentat quis vinum, quod guſtat: alio modo per examinationem, & approbationem, & reprobationem. Primo modo non ſunt tentanda, niſi utilia tantum: ſi autem ampliora quis velit tentare, curioſitas eſt. Secundum autem, quod tentare idem eſt, quod examinare, ſic accipit Paulus, Probate, & ſic omnia ſunt examinanda, non tantum bona, & utilia: ſed etiam inutilia: ſic dicitur, quod ſpiritualis homo omnia judicat, ſic etiam dicitur, Omnia probate, id eſt, omnia examinate, utrum bona vel mala in noſtris operibus, de quibus dubitare poſſumus: ſed in operibus Dei, de quibus ſupponere debemus, quod bene ſint facta, curioſitas eſt probare

Eccl. 3

1 Theſ. 5

A vel examinare: quoniam ergo Salomon extendit ſuum examen ultra ea, quæ ſalutis ſunt; ideo curioſitas fuit, & concedendum eſt illud. Auctoritates illæ duæ intelligitur de iis, quæ ad ſalutem ſpectant, & ad ſe pertinent, ſed Salomon ultra proceſſit.

Item dubitatur de hoc, quod dicit: *Virum de mille unum reperi*. Secundum hoc, videtur confirmare hæreſim illam, quod nulla mulier ſalvatur: & hoc nituntur probare hæretici, quia ſi ſolum ſalvatum eſt, quod aſſumpſit Chriſtus, & ipſe aſſumpſit ſolum ſexum virilem: ergo ille ſolus ſalvatur, & hoc nituntur probare per illud: Qui crediderit & baptizatus fuerit, non dicit quæ baptizata fuerit. & idipſum apud Joannem habetur. Contrarium hujus oſtenditur per illud: Meretrices præcedunt vos in regnum Dei. Item oſtenditur hoc, quia Dominus utrumque ſexum recipit, utrumque ſanavit corporaliter, utrumque vocavit per Apoſtolos. Ipſe etiam Salomon utrumque laudavit; & de forti muliere, inquit: Ridebit in die noviſſimo, quid eſt ergo, quod dicit *Mulierem ex omnibus non inveni*. Reſpondeo dicendum, quod ipſe loquitur de generalitate concupiſcentiæ, & de hac eſt loqui dupliciter: uno modo, quantum ad propagationem carnalem, qua ipſa transfunditur: alio modo quantum ad perſecutionem per actuale peccatum: ſi primo modo, eſt ſermo verus, & proprius, quia ſolus Chriſtus ſine peccato conceptus, & originale non contraxit: ſi ſecundo modo ſermo eſt hyperbolicus, & hoc patet, quia non tantum eſt unus vir bonus, & ſalvandus, immo multi: & dicitur illud quantum ad raritatem eorum, qui tempore illo inveniebantur ab actu concupiſcentiæ immunes.

Mar. 16

B

Joan. 3

Matth. 21

Prov. 31

C

Chriſtus ſolus ſine peccato conceptus, & originale non contraxit.

Quod obiiciunt hæretici, quod aſſumpſit ſexum virilem. Reſpondeo, quod etſi virilem aſſumpſit, tamen attende, quod aſſumpſit de muliere, quod non feciſſet, ſi ad ſalutem non pertineret. Præterea unius naturæ eſt vir, & mulier, & unum corpus. Quod obiiciunt de Eunucho, quia

in

Digitized by Google

in maſculino, dicendum, quod confuſum eſt illud maſculinum, & ſtat ibi pro natura, non pro ſexu: & frequenter maſculinum genus concipit fœmininum ſecundum morem ſcripturæ.

CAPUT OCTAVUM.

Initium hujus capitis, in aliquibus Bibliis eſt finis ſeptimi.

QUis talis ut ſapiens?) Supra deſcripſit vanitatem concupiſcentiæ. Hic contra illam vanitatem innuit dare ſapientiæ remedium: nullus enim eripitur a concupiſcentia, niſi qui ambulat cum ſapientia. Ideo dicit: *Sapientia hominis lucet in vultu ejus.* Hortatur igitur hac in parte, ſapientiæ adhærere ex quadruplici commendatione. Primo ex conſideratione ſuæ nobilitatis: ſecundo poteſtatis: tertio utilitatis: quarto temporis opportunitatis. Hortatur igitur ſapientiæ adhærere conſideratione ſuæ nobilitatis, quæ perpenditur in hoc, quod hominem reddit nobilem, & glorioſum, & quantum ad aſpectum, & quantum ad verbum. Et hoc primo proponit quærendo, deinde confirmat reſpondendo, ibi: *Sapientia hominis*. Dicit ergo: *Quis talis, ut ſapiens eſt*? id eſt, quis ita ſpectabilis. Sap. 8 Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem ad ſeniores juvenis: loquitur autem de ſapientia. Quis ita ſpectabilis in verbo, unde dicit: *Et quis novit ſolutionem verbi*? Ibidem. ſupple, niſi ſapiens? Facies principum mirabuntur me, tacentem me ſuſtinebunt, & loquentem me reſpicient: & ſermocinante me plura, manus ori ſuo imponent. Propoſuit quærendo: nunc confirmat reſpondendo. *Sapientia hominis lucet in vultu ejus*, Prov. 17 unde dicitur: In facie prudentis lucet ſapientia, ideo ſubiungitur: Eccli. 19 Ex viſu cognoſcitur vir, & occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus, nec mirum, ſi eſt ſpectabilis aſpectu, quia hoc Deus facit, unde dicit: *Et potentiſſimus faciem illius commutabit*. Ibid. Potentiſſimus iſte Deus eſt. Deus potentes non abiicit, cum ipſe ſit potens. Et poſt: Ecce Deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus ei ſimilis in legiſlatoribus. Iſte commutat faciem exteriorem prius com- A mutando interiorem, id eſt, ad ſe eam convertendo: facies enim animæ eſt ſuperior portio rationis, quæ nata eſt videre Deum. Hanc faciem commutat ſolus Deus: ſicut diviſiones aquarum, ita cor regis in manu Domini: quocumque voluerit, inclinabit illud. Prov. 21 Non tantum eſt ſpectabilis ſapiens, quantum ad aſpectum, ſed etiam quantum ad verbum, per ſapientiam, in cujus perſona dicit: *Ego os regis obſervo*, dicit ſapientia. Rex iſte Deus eſt, de quo dicitur: 1 Tim. 6 Beatus, & ſolus potens Rex regum, & Dominus dominantium. Os iſtius regis filius Dei eſt, per quem vobis loquitur: Heb. 1 Noviſſime diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio. Os igitur regis obſervare, B eſt verbum filii Dei diligenter intendere. Luc. 11 Beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Sapientia igitur dicit: *Ego obſervo*, & obſervare facio juxta illud: Deut. 6 Obſerva, ut facias quæ præcepit tibi Dominus, & bene ſit tibi. Et explanat, in quibus obſervat, quia in mandatis, ideo dicit: *Et præcepta juramenti Dei*, quæ ſcilicet ex ore ejus procedunt. *Et obſervo* ſupple, *Præcepta juramenti Dei*, Præcepta juramenti dicuntur, quia firma, & inviolabilia. Matth. 2 Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Vel ideo præcepta juramenti, quia cum pacto, & jurejurando data ſunt. C Moyſes ſanguinem ſumptum reſperſit in populum, dicens: Exod. 24 Iſte eſt ſanguis fœderis Domini ſuper cunctis ſermonibus iſtis.

Ne feſtines. Hic ſecundo hortatur adhærere ſapientiæ, conſideratione ſuæ poteſtatis, cum dicit: *Ne feſtines recedere a facie ejus*, id eſt, noli declinare ab ejus voluntate, & hoc propter peccatum cordis, quaſi te abſcondas ab eo. De hoc receſſu dicitur: Deut. 32 Dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit a Deo ſalutari ſuo. *Ne feſtines recedere a facie ejus*, volens latere in malo. Eccl. 16 Non dicas: A Deo abſcondar, & ex ſummo quis operis mei memorabitur? Sicut Cain, qui dixit Domino: Gen. 4 Ecce eiicis me hodie a facie tua, & a facie tua abſcondar. Et ſi contingat recedere, noli permanere in malo, ideo ſubdit:

Digitized by Google

Eccl. 5 *Neque permaneas in opere malo*. Ne
tardes converti ad Deum, & ne dif-
feras de die in diem. & ratio hujus
eſt conſideratio divinæ poteſtatis, quia
Iſa. 46 facit omnipotenter. *Quia omne, quod
voluerit faciet*. Conſilium meum ſta-
bit, & omnis voluntas mea fiet. Fa-
Pſal. 28 cit etiam faciliter, ideo dicit: *Et
ſermo illius poteſtate plenus eſt*. Vox
Domini in virtute: vox Domini con-
Jer. 32 fringentis cedros. Et: Non erit tibi
difficile omne verbum, qui facis mi-
ſericordiam in millibus Facit etiam
irreprehenſibiliter: *Nec dicere ei quiſ-*
Rom. 9 *quam poteſt: Quare ita facis?* Tu quis
es, qui reſpondeas Deo?

Qui cuſtodit præceptum. Hic tertio
hortatur adhærere ſapientiæ, conſide-
ratione noſtræ utilitatis. Magna enim
utilitas eſt ei adhærere & ipſius man-
data ſervare, propter quam dicit: *Qui
cuſtodit præceptum, non experietur*
Matth. 19 *quidquam mali*. Immo multa habe-
bit bona. Si vis ad vitam ingredi,
Joan. 8 ſerva mandata. Et; Si manſeritis in
ſermone meo, vere diſcipuli mei eri-
tis, & cognoſcetis veritatem, & ve-
ritas liberabit vos.

Tempus & reſponſionem. Hic quarto
hortatur ad ſervandum mandata di-
vinæ ſapientiæ, conſideratione op-
portunitatis temporis, quam ſapiens
homo conſiderat in ſuis operibus,
propter quod dicit; *Tempus, & reſ-
ponſionem cor ſapientis intelligit*. Intel-
ligitur tempus, quo operari oportet.
Epheſ. 5 Videte fratres, quo modo caute am-
buletis, non quaſi inſipientes, ſed
quaſi ſapientes, redimentes tempus,
quoniam dies mali ſunt. Non ſolum
tempus, ſed etiam reſponſionem in
Coloſſ. 4 tempore. In ſapientia ambulate ad
eos, qui foris ſunt, tempus redimen-
tes. Sermo veſter ſemper ſit in gra-
tia ſale conditus, ut ſciatis, quo mo-
do vos oporteat unicuique reſponde-
re. Et bene facit ſapiens, qui tem-
pus opportunum conſiderat, quod pro-
bat, cum infert: *Omni negotio tempus
eſt, & opportunitas, & multa hominis
afflictio*, ſupple diligenter hæc conſi-
Eccl. 3 derando: Omnia tempus habent, &
ſuis ſpatiis tranſeunt univerſa ſub
ſole. Eſt enim opportunitas tempo-
Eccli. 38 ris ad ſtudendum. Sapientiam ſcribe
in tempore vacuitatis. Eſt etiam op-

A portunitas ad orandum. Media no- Pſal. 118
ĉte ſurgebam ad confitendum tibi.
Eſt etiam opportunitas temporis ad
benefaciendum. Dum tempus habe- Gal. 7
mus, operemur bonum ad omnes.
Et hæc opportunitas eſt in præſenti
tempore, & hanc oſtendit eſſe in
præſenti tempore, oſtendens futurum
tempus periculoſum, quia non po-
teſt prævideri, unde dixit: *Qui igno-
rat præteritum, & futura nullo poteſt
ſcire nuntio*, quia multo minus poſ-
ſunt ſciri futura, quam præterita.
Quis ei poterit indicare, quid poſt Eccl. 6
eum futurum ſit? Non poteſt etiam
prohiberi, unde dicit: *Nec eſt in ho-
minis ditione*; id eſt poteſtate: *Prohi-
bere ſpiritum*, ſcilicet exeuntem, qua-
B ſi nemo poteſt prohibere, quin ve-
niat tempus mortis: & hoc explanat
ſubdens: *Nec habet poteſtatem in die
mortis*. Conſtituiſti terminos ejus, Job. 14
qui præteriri non poterunt. Non po-
teſt declinari, unde dicit: *Nec ſini-
tur quieſcere ingruente bello*, ſcilicet
in die judicii. Pugnabit pro eo orbis Sap. 5
terræ contra inſenſatos: quod bellum
non poterunt declinare. Unde di-
cent montibus: Cadite ſuper nos. Apoc. 6
Quia tunc peribit fuga. Non poteſt
etiam diſſimulari, ideo dicit: *Non
ſalvabit impietas impium*, quaſi poſſit
ſimulare ſe bonum. Non ſalvat im- Job. 36
pios, & judicium pauperibus tribuit.
Et: Non proderunt theſauri in die Prov. 10
ultionis: juſtitia liberabit a morte,
C ideo dicitur: Si impius fuero, væ Job. 10
mihi eſt.

Quæritur de hoc, quod dicit: *Ob-
ſervo præcepta juramenti Dei*: ergo
Deus jurat. Contra: Sit ſermo veſter: Matth. 5
Eſt, eſt: Non, non: ergo, quod
amplius eſt, a malo eſt: ergo ſi per-
fectis non convenit jurare, & minus
convenit Deo, niſi quod eſt ſummæ
perfectionis: ergo jurare non decet
Deum. Præterea oſtenditur, quod ſu-
perfluat: quia Deus non poteſt men-
tiri, ergo æque verum eſt ſimplex
verbum Dei, ac juramentum. Item
videtur, quod non poſſit jurare: quia
jurare eſt aliquem in teſtem, & ro-
bur adducere: ſed Deus non habet
alium, per quem poſſit confirmare:
ergo nec jurare. Reſpondeo dicen-
dum, quod juramentum finis omnis
con-

Digitized by Google

controverſiæ, & eſt aſſertio certa, A & firma, & nulla firmior poteſt, & hoc ad faciendam certam fidem. Sic igitur, quando nos volumus certam facere fidem audienti, juramus: ſic Deus noſtræ infirmitati condeſcendens jurat quidem, ut noſtram fidem reddat ſolidam. Quod obiicitur ergo, quod amplius a malo eſt: exponitur, quod eſt a malo pœnæ, non jurantis, ſed ejus, cui fit juramentum, id eſt, propter dubietatem ejus. Aliter tamen dicendum, quod Dominus non prohibet ibi juramentum, tamquam malum, ſed quia homines ſunt proni ad dicendum falſum, prohibet pronitatem ad jurandum paſſim, ne aliquando ſimul incidant in mendacium, & juramentum in Dei contemptum: & quia Deus mentiri non poteſt, non habet hæc ratio locum in Deo. Quod obiicitur, quod non poteſt mentiri: dico, quod etſi juramentum addat ſuper aſſertionem ſimplicem, ſecundum rem addit, non tamen ſecundum noſtram approximationem, ut firmior nobis ſit fides, & oſtenditur ad nos mira dignatio. Quod obiicitur, quod non poteſt alium adducere: dico, quod ſicut ipſe ſibi teſtis eſt, quia ſua veritas: ita ipſe per ſemetipſum jurat, & eſt optimum teſtimonium, quia lux ſe, & alia manifeſtat. De hoc etiam eſt dubitatio, quia dicit: *Qui cuſtodit præceptum non experietur quidquam mali*. Contra, infra dicit: *Sunt juſti, quibus mala proveniunt, quaſi opera egerint impiorum*. Reſpondeo, eſt experiri malum, quod permanet, & malum, quod tranſit: loquitur de experientia mali hic, quod ſemper manet, non ejus, quod tranſit.

Quæſtio etiam eſt de hoc, quod dicit: *Qui cuſtodit præceptum*, cum multa ſint præcepta cuſtodienda, quare dicit præceptum ſingulariter. Præterea poſſibile eſt aliquos ſervare præcepta divina, timore, ſicut ſervabant Judæi: & tamen tales non ſalvantur. Reſpondeo, dicendum, quod etſi præcepta multa ſunt per diverſitatem operis: tamen unitatem habent, & in comparatione ad mandantem, & in comparatione ad obſervantem, & in comparatione ad finem. Ad mandantem, quia unus eſt, qui præcipit: & ideo qui tranſgreditur unum mandatum, non poteſt eſſe obediens mandanti: quia unus eſt, qui mandat. In comparatione ad obſervantem eſt unitas, quia uno principio, & regulante, omnia obſervat, ſicut charitate, quæ omnia vincit. Unde ſicut charitas, aut omnes diligit, aut nullum: ſic omnia mandata obſervat, aut nullum. In comparatione ad finem eſt unitas, quia præmium unum debetur, & pro uno præmio ſunt obſervanda. Quia ergo iſta triplex concurrit unitas in debita obſervantia mandatorum: ideo recte dicit: *Qui cuſtodit præceptum*, B &c.

Hæc omnia conſideravi. Egit ſupra de vanitate pronitatis: hic agit de vanitate ſecuritatis & quoniam hæc vanitas periculoſa eſt, quia impellit hominem ad culpam, ſive ipſum impulſum detinet: ideo primo ponitur vanitas: ſecundo vanitatis remedium: ibi: Qui fodit foveam. Securitas oritur dupliciter: primo ſcilicet ex apparentia defectus retributionis juſtæ, ſecundo ex apparentia defectus regiminis povidentiæ, & hoc ſecundum tangitur, ibi: Verti me ad aliud, & vidi. Retributio autem juſtitiæ apparet deficere, propter malorum exaltationem: propter bonorum depreſſionem: propter utrorumque indiſtinctionem: ſunt igitur hic tres C partes. Primo oſtenditur, quo modo ſecuritatis vanitas oritur ex promotione malorum. Secundo quo modo ex depreſſione bonorum, ibi: *Eſt & alia vanitas ſuper terram*. Tertio quo modo oritur ex indiſtinctione iſtorum, & illorum, ibi: *Et appoſui cor meum, ut ſcirem ſapientiam*. Ortus igitur ſecuritatis ex malorum exaltatione hoc ordine deſcribitur. Primo inſinuatur malorum ſublimitas: ſecundo vero, quo modo ex hoc oritur impiis ſecuritatis vanitas: tertio quo modo ex hoc elicitur bonorum utilitas. Primo igitur inſinuatur malorum ſublimitas, quam conſideravit Eccleſiaſtes ſua diligenti conſideratione: propter quod dicit: *Omnia hæc conſideravi*, ſupple, quæ prædi-

Eccl. 10

Eccl. 9

xi prius: *Et dedi cor meum in cunctis operibus, quæ fiunt ſub ſole:* ut
Eccl. 11 omnia conſiderarem. Dedi cor meum, ut ſcirem prudentiam, atque doctrinam, erroreſque, & ſtultitiam. Et in hac conſideratione vidit ipſe malorum ſublimationem, & in potentia, & in fama. Quantum ad ſublimationem in potentia, dicit: *Interdum dominatur homo homini in malum ſuum:* videlicet quando malus
1 Tim. 2 præeſt, unde: Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat: ſed malus in malum ſuum, unde
Eccli. 7 dicitur: Non alliges tibi peccata duplicia, nec enim in uno eris immunis. Malus prælatus alligat ſibi peccata duplicia. Quantum ad ſublimationem in fama, dicit: *Vidi impios ſepultos*, ſcilicet profunditate
Prov. 12 deſperationis. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. *Vel ſepultos*: aggere adula-
Matth. 8 tionis: Sine mortuos ſepelire mor-
Gregor. 4 Mor. ca. 25 tuos ſuos. Gregorius; Mortuus mortuum ſepelit, cum aggere adulationis premit. *Vel ſepultos*, continuatione tranſgreſſionis, uſque ad mortem, quaſi dicat: qui in malitia ſepulti, & in malitia fuerunt; ſecundum quod dicitur frequenter:
3 Reg. 16 Et mortuus eſt in peccatis ſuis, quæ peccaverat, faciens malum coram Domino; & ſecundum quod Domi-
Joan. 8 nus dicit Judæis: Vos in peccato veſtro moriemini. Tales impios vidit exaltatos in fama, ideo dicit: *Qui etiam cum adhuc viverent*, ſupple in ſua malitia; *In loco ſancto erant*, id eſt, in dignitate, quaſi ſancti: ſicut & Antichriſtus, de quo
Matth. 24 dicitur: Cum videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto: *Et laudabuntur in civitate, quaſi juſtorum operum*. Et ſic erant magni in fama; quoniam laudatur pecca-
Pſal. 9 tor in deſideriis animæ ſuæ. Et; Qui derelinquunt legem, laudant impium; *Sed & hoc vanitas*. Tangitur hic ſecundum, ſcilicet ſecurita-
Prov. 28 tis vanitas; quia ex hoc, quod mali non puniuntur, alii ſecuri redduntur, ideo dicit; *Sed & hoc Vanitas*, id eſt, cauſa vanitatis, & hoc oſtendit; *Etenim quia profertur cito contra malos ſcientia*. Sed benigne expe-

A ctantur, ſecundum illud: Non tar- 2 Pet. 3
dat Dominus promiſſionem, ſed patienter agit propter nos, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reverti; *Abſque timore ullo filii* Prov. 11
hominum perpetrant mala; Et ita ſecuri ſunt, quia nihil cogitant, nec Iſa. 26
timent de futuris. Viri mali non cogitant judicium: quia ſcilicet tunc non puniuntur. Miſereamur impio, Hier. 1
& non diſcet juſtitiam facere.

Attamen peccator. Tangitur hic tertium, quo modo ex hoc elicitur bonorum utilitas, quia ex hoc cognoſcunt boni divinam miſericordiam, & exercitantur in juſtitia, propterea dicit; *Attamen peccator*, & debet conſtrui ſic littera; *Attamen eo quod pec-*
B *cator centies facit malum*, id eſt multoties, ſecundum illud; Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas. *Et per patientiam ſuſtentatur*, ſcilicet Dei, ſecundum illud; Ignoras, quod be- Rom. 2
nignitas Dei ad pœnitentiam te adducit: Et; Miſericordia Domini, Thren. 3
quia non ſumus conſumpti. *Ego cognovi, quod erit bonum timentibus Deum*, id eſt a malo declinantibus.
In timore Domini declinatur a ma- Prov. 16
lo; *Qui verentur faciem ejus*; & ob ejus reverentiam peccare non audent; ſecundum quod Job dicit de ſe; Semper quaſi tumentes fluctus Job. 31
ſuper me, timui Deum, & pondus ejus ferre non potui; ſed iſta utilitas divinæ miſericordiæ, & pa-
C tientiæ non ſe extendit ad malos; & ideo utilius eſt eis mori, quam vivere, ideo dicit: *Non ſit bonum impio*, hoc non dicit optando, ſed prædicendo, ſecundum illud Pſal- Pſal. 30
mi; Convertantur peccatores in infernum. *Non ſit bonum*, ſcilicet gloriæ. Tollatur impius, ne videat Iſa. 26
gloriam Dei. Non ſit etiam bonum præſentis vitæ, ideo addit; *Nec prolongentur dies ejus*, id eſt non prolon-
gabuntur. Anni impiorum breviabun- Prov. 10
tur. Et: Viri ſanguinum, & doloſi Pſal. 54
non dimidiabunt dies ſuos: *Sed quaſi umbra tranſeant qui non timent faciem Domini*. Et re vera tamquam umbra tranſeunt, unde dicitur: Vi- Pſal. 36
di impium ſuperexaltatum, & tranſivi: & ecce non erat, unde dicitur in perſona impiorum: Tranſie- Sap. 5
runt

Digitized by Google

ſunt hæc omnia ; tamquam umbra , & quaſi nuntius præcurrens , & tamquam navis , quæ pertranſit fluctuantem aquam.

Quæritur de hoc, quod dicit : *Interdum dominatur homo homini*, Utrum homo poſſit juſte homini dominari. Quod ſic , videtur : Non eſt poteſtas, niſi a Deo, & Apoſtolus dicit, quod ſerviendum eſt Dominis , non tantum propter timorem, ſed etiam propter conſcientiam : ergo omne , quod eſt a Deo, eſt juſtum : ergo hominem habere poteſtatem ſuper hominem eſt juſtum. Præterea ſi conſcientia non dictat homini niſi juſtum, cum eſt recta : & hoc dictat , cum dicat Apoſtolus : Ergo juſtum eſt hominem homini eſſe ſubditum. Item Apoſtolus dicit : Servi obedite Dominis carnalibus : ſed Apoſtolus non hortatur, nec præcipit, niſi juſtum, ergo. Contra homines ſunt æquales natura : ergo quod unus alteri præſit, hoc eſt contra naturam : ſed omne , quod eſt contra naturam , eſt peccatum, ergo. Item omnes homines ſunt liberi per naturam : ergo , quando homo efficitur ſervus , hoc eſt per uſurpationem, ſed omne uſurpatum eſt peccatum : ergo peccatum eſt homini dominari : quod patet , quia Noe divina auctoritate filium ſuum Cham fecit ſervum fratrum. Similiter Iſaac fecit de Eſau, & Jacob. Reſpondeo dicendum quod juſtum eſt hominem homini dominari. Et ad illud ; quod obiicitur de hoc , quod eſt contra naturam , & quod omnis homo eſt liber : intelligendum, quod duplex eſt ſtatus, ſcilicet naturæ deſtitutæ, & naturæ inſtitutæ : quantum ad ſtatum naturæ inſtitutæ , etſi omnes eſſent liberi , & æquales , & non eſſet dominium hominibus, quo præeſſent, niſi ſolis brutis : tamen quantum ad ſtatum naturæ corruptæ aliter eſt : quia enim alii aliis ſunt pejores, & mali , ideo juſto judicio Dei in ſe , & poſteris ſervi fiunt. Alia etiam ratio eſt dominandi , ſcilicet propter cohabitationem malorum : ſi enim non eſſet poteſtas temporalis , quilibet faceret quod ſibi rectum videretur : & ita eſſet ſciſſio iniquitatis, & quilibet ad

Rom. 3 · Epheſ. 6 · Gen. 9. · Gen. 2

A votum peccaret : & ſic poteſt eſſe dominium & ſervitus in hominibus. Utrum autem mali juſte poſſent præeſſe bonis, quæretur infra.

Quæritur de hoc, quod dicit : *Impius centies peccat , & ſuſtentatur*. Utrum ſit benignitatis, vel ſeveritatis , quia benignitatis videtur : Miſericordia Domini , quia non ſumus conſumpti. Præterea Apoſtolus : Ignoras , quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit ? Sed contra : Impius quando plus vivit , tanto plura mala facit , & tanto cruciabitur acrius : ergo ſi citius moreretur, melius eſſet ei : ergo quod dies elongatur ſibi , potius eſt malum , quam bonum , ergo ſeveritatis. Reſpondeo dicendum, quod quidam ſunt impii , quos prævidit Deus ad ſe reverſuros : B talibus vitæ dilatio eſt effectus magnæ miſericordiæ aperte , & in occolto. Alii ſunt, quos prævidit peccata multiplicaturos, & in eis morituros , & talibus prolongare juſtitiæ eſt, & miſericordiæ : miſericordiæ, quia differtur eis pœna crudelis : ſed occultæ juſtitiæ, quia permittitur ei, qui in ſordibus eſt , quod ſordeſcat adhuc : meruit enim ideo prolongationem vitæ, quantum ad hoc ſeveritatis occultæ.

Eſt & alia vanitas. Supra oſtendit, quo modo oritur ſecuritas ex aſpectu ſublimitatis malorum : Hic ſecundo oſtendit , quo modo oritur ex aſpe- C ctu adveſitatis bonorum : & hoc quidem facit hoc ordine : primo proponitur bonorum adverſitas : ſecundo ex hoc malorum ſecuritas : tertio concluditur vanitas : quarto commendatur voluptas. Proponitur igitur bonorum adverſitas ex qua oritur vanitas : propter quod dicit : *Eſt & alia vanitas , quæ fit ſuper terram* , alia ſcilicet a prædicta , quia aliam habet cauſam : prædicta enim veniebat ex malorum ſublimitate : hæc ex bonorum adverſitate , ideo dicit : *Sunt juſti quibus mala proveniunt* : id eſt , adverſitates : *Quaſi opera egerint impiorum*, ſecundum quod inquit Apoſtolus : Sancti ludibria , & verbera experti ſunt, inſuper & vincula , & carceres : lapidati ſunt , ſecti ſunt, tentati ſunt : Exemplum de Tobia , qui

Thren. 3 · Rom. 2 · Elongatio dierum diverſa hominibus facta. · Heb. 11 · Tob. 2

Digitized by Google

qui fuit factus cæcus : exemplum de A Job , qui fuit ita afflictus : & ratio hujus redditur : nam, Omnes , qui placuerunt Deo , per multas tribulationes tranſierunt fideles.

Job. 1 Judith. 8

Et ſunt impii . Hic notatur ſecundum , ſcilicet malorum ſecuritas : quia enim impii vident bonis mala ſuccedere, & ſibi bona , ideo ſecuri redduntur , ideo dicit : *Et ſunt impii , qui ita ſecuri fiunt , quaſi juſtorum facta habeant*. Et hoc, quia ſunt a tribulatione immunes : exemplum eſt de illo divite epulante , cui dictum eſt : Memento , quia recepiſti bona in vita tua , & Lazarus ſimiliter mala : & ideo mali aſſecurantur , quia proſperantur. Quare via impiorum proſperatur ? Bene eſt omnibus , qui B prævaricantur in te ? *Sed & hoc vaniſſimum judico*. Vanum eſt enim , quando bonis , & malis proveniunt bona , quia indignum , propter malos : vanius quando bonis & malis mala , quia injuſtum propter bonos : ſed vaniſſimum , quando bonis mala , & malis bona : quia injuſtum pariter , & indignum. Unde Abacuc, ita indignanter fert, ut quaſi ex hoc velit Deum arguere , dicens : Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes , & taces , devorante impio juſtiorem ſe ? *Laudavi igitur lætitiam*. Hic quarto ex hoc commendatur voluptas in deteſtationem tantæ vanitatis : ex quo malis bona , & bonis mala proveniunt : & eſt laus , & verbum ho- C minis perturbati , ideo dicit : *Laudavi igitur lætitiam* , ſcilicet carnis : quaſi hæc ſola ſit bona , ideo dicit : *Quod non eſſet homini bonum ſub ſole , niſi quod comederet , & biberet* , ſecundum illud : Ecce gaudium , & lætitia, jugulare arietes, comedere carnes , & bibere vinum : quaſi non ſit alia vita , nec aliud præmium, ideo ſubiungit. *Et hoc ſolum aufert ſecum de labore ſuo*. Quaſi non ſit aliud expectandum , ſed lætandum. *In diebus vitæ ſuæ , quos dedit ei Deus ſub ſole*. Ubique relinquamus ſigna lætitiæ noſtræ , quoniam hæc eſt pars noſtra.

Lucæ 16 Hier. 12 Abac. 1 Iſa. 22 Sap. 2

Poteſt hic quæri , quis ſtatus ſit melior , & utilior : utrum ſcilicet ſtatus proſperitatis , an adverſitatis. Quod adverſitatis , videtur, quia ſcriptum eſt : Ego quos amo , arguo , & caſtigo : ergo tribulatio eſt ſignum divini amoris. Item , inquit Apoſtolus : Flagellat autem omnem filium, quem recipit : ergo flagellari eſt ſignum divinæ filiationis. Item , inquit Angelus Tobiæ : Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit , ut tentatio probaret te : ergo. Item : Omnes quot quot placuere Deo , per multas tribulationes tranſierunt fideles , ergo ſtatus ille melior. Contra : Eccleſia petit pacem ; Da pacem Domine in diebus noſtris; ergo ſi Eccleſia petit , quod melius eſt , ſtatus proſperitatis eſt melior. Item , Apoſtolus facit orare pro his , qui ſunt in ſublimitate conſtituti , ut quietam , & tranquillam vitam agamus ; ergo ſtatus tranquillitatis eſt melior. Item , ſi non eſſet peccatum , nulla eſſet adverſitas , ſed omnimoda tranquillitas , & proſperitas ; ergo ſtatus proſperitatis magis conſonat ſtatui innocentiæ , & gloriæ , ſed quod ſimilius eſt meliori , eſt melius , ergo. Reſpondeo , dicendum , quod ſtatus proſperitatis , & adverſitatis , poſſunt comparari ad bonos , & ad malos ; ſi ad malos , qui elevantur in proſperis , & deiiciuntur in adverſis neuter eſt utilis , niſi in divina gratia interius adiuvet, ut quando flagellat exterius , illuminat interius, ſic inſpiratione comitante flagellum , quod ſæpe contingit ſtatus adverſitatis eſt utilior. Si autem loquimur per comparationem ad bonos ; ſic dicendum , quod boni quidam ſunt perfecti , de quibus dicitur illud ; Non contriſtabit juſtum , quidquid ei acciderit , ſic perfectis melior , & utilior eſt ſtatus adverſitatis , quia in eo examinantur , ſicut aurum probatur in igne ; ſtatus , autem proſperitatis non eſt eis utilis , aut quia non proficiunt , aut quia tepeſcunt , aut quia animi eorum decidunt , ſicut dicitur : Qui in bellis fortis , in aſpectu mulieris cecidit : ſicut & alii , qui ſunt imperfecti , qui diligunt Deum , & inducuntur per temporalia beneficia , & cum non habeant charitatem perfectam, de facili cadunt : talibus proſperitas eſt utilior : Et quia Eccleſia multos habet tenellos , & infirmos plu-

Apoc. 3 Heb. 12 Tob. 12 Judith. 8 In Antiph. pro pace. 1 Tim. 2 Prov. 12 1 Pet. 1

Digitized by Google

plures, quam fortes, ideo cogitur orare pro pace. Quod ergo bonis mala eveniunt in præſenti, donum Dei eſt, juxta illud: Datum eſt vobis non ſolum, ut in eum credatis, ſed etiam pro illo patiamini. *Phil. 1*

Et appoſui cor meum. Oſtenſum eſt, quo modo vanitas ſecuritatis oritur ex ſublimatione malorum, & etiam ex depreſſione bonorum: Hic tertio oſtenditur, quod modo oritur ex indiſtinctione horum, & illorum: quia enim mali non poſſunt diſtingui a bonis, ideo ſunt ſecuri, & quoniam hæc ſecuritas ortum habet ex hujuſmodi indiſtinctione, & ipſa etiam eſt principium voluptatis, ideo habet pars iſta, duas partes: primo oſtenditur, quo modo ex indiſtinctione oritur ſecuritas: ſecundo, quo modo ex ſecuritate voluptas, ibi: *Nemo eſt, qui*. Primum ergo hoc ordine deſcribitur: primo ergo notatur diſcernendi caſſa ſolicitudo: ſecundo vero diſcretionis incertitudo: tertio incertitudinis ratio: quarto notatur ex hoc vanæ ſecuritatis origo: inſinuatur igitur primo diſcernendi caſſa ſolicitudo, quæ fuit diligens, unde ait: *Et appoſui cor meum*, id eſt, intellectum applicui: *Ut ſcirem ſapientiam*, quantum ad inviſibilia. *Et intelligerem diſtinctionem eorum, quæ verſantur in terra*, quantum ad viſibilia, quia: Inviſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, a creatura mundi, intellecta conſpiciuntur. Et iſta ſolicitudo caſſa eſt, quia quntumcumque homo laboret, non poteſt invenire: ideo ſubdit: *Eſt homo, qui in diebus, & noctibus ſomnum non capit oculis*, immo laborat continue ad inquirendum. Vidi afflictionem, quam dedit Deus filiis hominum, ut diſtendantur in ea, & ſubdit: *Cuncta fecit bona, & mundum tradidit diſputationi eorum*, & licet tantum laboret, nihil profecit: ideo ſubdit: *Et intellexi quod operum Dei nullam poſſit homo invenire rationem eorum*, ſcilicet operum, *quæ fiunt ſub ſole*. Ne laboretis, non enim comprehendetis. *Et quanto plus laboraverit ad quærendum, tanto minus inveniet*. Unde: Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus: id eſt, elongabitur. Auguſtinus: Altus eſt Deus: elevas te, & fugit a te: humilias te, & venit ad te. *Etiam ſi dixerit ſapiens ſe noſſe, non poterit reperire*, id eſt, ſi ſe credat ſcire, minus intelligit, quia dicitur: Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et: Dixi, ſapiens efficiar, & ipſa longius receſſit a me: & repetit ſolicitudinem, addens, quod fuit curioſa, adhibere enim ſolicitudinem, ubi non eſt utilitas, & curioſitas.

Rom. 1 — *Eccl. 8* — *Eccl. 43* — *Pſal. 63* — *Aug. enar. in pſal. 50 tom. 8* — *Rom. 1* — *Eccl. 7*

CAPUT NONUM.

OMnia hæc tractavi in corde meo, ut intelligerem curioſe. Hoc ab ipſomet reprehenditur alibi: In ſupervacuis rebus noli ſcrutari multum, & in pluribus operibus ejus ne fueris curioſus: & ſic patet diſtinguendi ſolicitudo, quæ fuit diligens, & caſſa, & ideo curioſa. *Sunt juſti, atque ſapientes*. Tangitur hic ſecundum, ſcilicet diſcretionis incertitudo. Homo enim de ſe ipſo neſcit, utrum ſit homo bonus, vel malus, etiam ipſe bonus. Propterea dicit: *Sunt juſti, atque ſapientes*. Et ita boni. *Et opera eorum in manu Dei*, Id eſt, in poteſtate cognoſcendi, acceptandi: & retribuendi, in ejus manu ſunt merita, & præmia. Sunt merita bonarum cogitationum: Sicut diviſiones aquarum, ita cor regum in manu Domini. Sunt bonarum affectionum: In manu ejus ſunt omnes fines terræ. Sunt etiam bonarum locutionum: In manu ejus ſumus nos, & ſermones noſtri: Sunt etiam operationum, ſicut in propoſito. Sunt etiam præmia in manu ejus: Juſtorum animæ in manu Dei ſunt & cum ſint in manu Dei, deberent noſci: *Et tamen neſcit homo, utrum amore, an odio dignus ſit*. Et ita neſcit diſcernere. Nil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum: *Sed omnia in futurum ſervantur*. Nota hic tertium, ſcilicet incertitudinis rationem, quæ provenit ex hoc, quod in præſenti non ſit remuneratio ſecundum merita, ſed reſervantur in futurum, & propterea dicit ita: *Neſcit homo; Sed omnia in futurum ſervantur incerta*, ut ſcilicet certificentur. Nolite ante tempus judicare, quoad uſque

Eccl. 3 — *Prov. 21* — *Pſal. 94* — *Sap. 7* — *Sap. 3* — *1 Cor. 4* — *1 Cor. 4*

que veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium : quod quidem modo non facit, ſed reſervat, *Job. 14* ſecundum illud Job : Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea : *Eo quod univerſa*, id eſt, bona, & mala. *Æque eveniant juſto, & impio*, quos ſub ſex differentiis deſcribit. *Juſto, & impio*, quoad fidei crudelitatem, quæ ſcilicet juſtificat impium. *Bono, & malo*, quantum ad dilectionis puritatem, quia ſancta dilectio, bonum. *Matth 7* Bona arbor non poteſt malos fructus facere. *Mundo, & immundo*, quoad converſationis honeſtatem, illa enim attenditur circa exteriora. *Immolanti hoſtias, & victimas, & ſacrificia contemnenti*, quoad cultus religioſitatem. *Exod. 12* Hæc eſt religio Phaſe. Omnis alienigena, &c. *Sicut bonus, ſic & peccator*, quantum ad mandatorum obſervationem, quorum obſervatio bonos, & tranſgreſſio facit peccatores. *Dan. 9* Peccavimus, fecimus iniquitatem, & receſſimus, ac declinavimus a mandatis tuis, ac judiciis. *Ut periurus, ita & ille, qui verum dejerat*, quoad veritatis locutionem. *Dejerat*, hic de, auget, non minuit. *Dejerat*, id eſt, vere jurat, ſecundum quam ſignificationem accipitur in libris Regum : *1 Reg. 20* Et addidit Jonathas dejerare David. Omnibus iſtis eveniunt æqua, & quantum ad conditionem naturæ, juxta illud : *Sap. 7* Unus ergo introitus eſt omnibus ad vitam : & ſimilis exitus. Et quantum ad conditionem culpæ : *Rom. 3* Omnes peccaverunt, & egent gratia Dei. Et quantum ad conditionem pœnæ : *Eccl. 8* Memento, quoniam omnes in corruptione ſumus.

Hoc peſſimum inter omnia, quæ ſub ſol fiunt. Tangitur hic quartum, ſcilicet vanæ ſecuritatis origo, quoniam oritur magna ſecuritas ex hac indiſtinctione, quæ multorum eſt occaſio peccatorum. Ideo dicit : *Et hoc eſt peſſimum inter omnia, quæ ſub ſole ſunt, quia eadem cunctis eveniunt*. Ideo peſſimum, quia multorum occaſio peccatorum : non enim videtur Deus curare de nobis. Unde oritur *Job. 22* illa ſententia Job : Nubes latibulum ejus, nec noſtra conſiderat : Et quod ex hoc oriantur mala, oſtendit : quia A oritur ſecuritas : per quam homo cadit in malitiam, & contemptum : ideo dicit : *Unde & corda filiorum hominum*, id eſt, malorum, & carnalium, *Impleantur malitia, & contemptu*. In impletione multitudo vitiorum deſignatur, ut malitia ſit in concupiſcibili, & contemptus in iraſcibili, quæ ſunt duæ radices peccatorum. Corrupta *Gen. 6* eſt terra coram Deo repleta iniquitate, & hoc, *In vita ſua*, quamdiu habent locum merendi. Ut impleant *1 Theſ. 2* peccata ſua ſemper. Et quia tales præcipitantur in pœna : ideo ſubdit : *Et poſt hæc ad inferos deducentur*. Tu *Pſal. 54* vero Deus deduces eos ad puteum interitus. Et Job : Ducunt in bonis *Job. 21* dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt.

B Incidit hic quæſtio de hoc, quod dixit : Intellexi, quod operum Dei *Eccl. 8* nullam poſſit homo invenire rationem. Ergo ſi quod intelligimus, debemus rationi, & nullius poſſumus invenire rationem, ergo nihil intelligimus. Item rationalis noſtra eſt ad intelligendam, & videndam rationem, ergo ſi rationem non poſſumus invenire, fruſtra habemus potentiam naturalem. Reſpondeo, dicendum, quod ſermones accipiendi ſunt ſecundum materiam : ipſe autem non loquitur de operibus Dei generaliter, ſed de divinis judiciis, quia ſunt opera Dei, ſecundum illud : Magna opera Domini. Hæc judicia, *Pſal. 110* C ut dicit Gregorius, *Greg. li. 9 mor. ca. 8* non ſunt diſcutienda, ſed formidoloſo ſilentio veneranda; quia etſi habeant rationem, habent tamen latentem, & quam per nos non poſſumus indagare, quia ſupra nos eſt; Et ſi intelligimus, hoc eſt per Spiritus ſancti illuſtrationem, qui ſcrutatur profunda Dei, non per humanam intentionem. Aliorum operum, ut creaturarum multæ rationes inveniuntur, & multæ ſcientiæ habentur : ſed de iſtis operibus non loquitur hic.

Item dubitatur de hoc, quod dicit : *Neſcit homo, utrum amore, an odio dignus ſit*; quod videtur falſum, quia; Quis nos ſeparabit a Charitate *Rom. 8* Chriſti? certus ſum, quod neque inſtantia, neque futura : ergo inſtantiam habet, ibi. Dices, quod ſciebat

Digitized by Google

bat ratione revelationis. Obiicitur, quod homo poſſit per ſe ſcire: quia dignitas divini amoris ponit in nobis gratiam gratum facientem. Sed Auguſtin. dicit quod quæ ſunt eſſentialiter in anima, melius cognoſcuntur, quam quæ ſecundum ſpeciem ergo ſi certi ſumus de iis, quæ cognoſcimus ſecundum ſpeciem, ut ſi ponatur dulce ſuper lignum, multo magis de gratia. Item Auguſtin. dicit quod qui habet fidem, certus eſt ſe habere fidem: ergo qui habet dilectionem, ſive charitatem, certus eſt ſe habere gratiam: ergo qui habet gratiam certus eſt: ergo certus eſt, utrum Deo placeat. Item de odio poteſt quis eſſe certus, ut ille, qui peccavit, & vult peccare, certus eſt quod eſt dignus odio. Contra: Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum. Item: Si venerit ad me, non videbo eum: & ſi abierit, non intelligam: & ibid. Si ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. Item: De propitiato peccato noli eſſe ſine metu; ergo non eſt certus. Ad hoc reſpondent quidam, quod illud intelligitur de odio prædeſtinationis, & reprobationis, de quo nullus eſt certus, & ſic non habet inſtantiam: quia prædeſtinatio non ponit in nobis aliquem effectum, per quem poſſit ſciri. Aliter reſpondendum, quod hæc reſponſio non ſatisfacit litteræ: dicit enim littera: *Neſcit, utrum amore dignus ſit*, ſed nullus dignus eſt, nec meretur prædeſtinari. Ideo intelligitur ſecundum præſentem inſtantiam: propter hoc reſpondent aliter, quod duplex eſt cognitio, ſcilicet neceſſaria, & infallibilis, & hanc habere non poſſumus: quia nemo certitudinaliter poteſt cognoſcere, utrum habeat gratiam, niſi per revelationem, ſicut Apoſtolus. Eſt alia probabilis, & per ſigna: & hæc quidem haberi poteſt, & habetur: quia multi per ſigna probabilia cognoſcunt ſe eſſe in gratia. Quando ergo obiicitur, quod eſſentialiter videt: dico, quod habitus in anima non cognoſcuntur niſi per hoc, quod anima videt ſe habilem ad aliquem actum, & quia actus fidei informis, & formatæ, & dilectionis gratuitæ, & naturalis, adeo ſunt ſimiles, ut vix, aut numquam poſſit homo diſcernere: ideo, etſi cognoſcat habitum, neſcit tamen, utrum gratuitus. Quod obiicitur de odio, dico, quod ipſe loquitur de juſtis: quia ipſi neſciunt, utrum amore, an odio digni ſint, non de aperte malis: quidquid tamen ſit de charitate, & fide utrum homo ſciat ſe habere, vel non, tamen neſcit, utrum amore, an odio Dei dignus ſit: quia credere poſſumus: ſed quo modo ſcimus, quod Deus odio habeat malos, & diligat bonos, cum tot, & tanta bona, faciat malis, ſicut & bonis. Unde Eccleſiaſtes non dixit, quod neſciant ſe eſſe juſtos, ſed neſciunt ſe dilectos a Deo: Poteſt etiam dubitari de hoc, quod dicit.

De ſpirit. & anima cap. 1 to. 3 — *1 Cor. 4* — *Job. 9* — *Ibidem.* — *Eccl. 5* — *Cognitio duplex.*

Hoc eſt peſſimum ſub ſole, quod eadem cunctis eveniant. Contra: Pejus eſt, quando malis eveniunt bona, & bonis mala, quando iſtis, & illis eveniunt, quia ſicut dictum fuit ſupra, illud indebitum, & indignum. Item ſupra dictum eſt: Hoc vaniſſimum judico de hoc, quod mali ſunt ſecuri & juſtis mala proveniunt, ſed quod per ſuperabundantiam dicitur, uni ſoli convenit: ergo, &c. Reſpondeo, dicendum, quod intenſio, & remiſſio in vanitate, vel malitia poteſt accipi proprie, & ſic dicitur intenſive ſecundum quod margarita eſt albior equo: & ſic intenſive major eſt vanitas, cum mali exaltantur, & deprimuntur boni. Poteſt ulterius magis, & minus accipi extenſive: quia in pluribus vel plurium eſt talis occaſio, & hoc modo indiſtinctio bonorum a malis eſt major vanitas: quia plurium malitiarum origo. Si enim bonis evenirent mala, & malis bona, poſſent diſcerni boni a malis: ſed dum eveniunt eadem, diſcerni non poſſunt.

Idem ſupra pag. 342 col. 2

Nemo eſt, qui ſemper vivat. Jam monſtravit, quomodo ex indiſtinctione naſcitur ſecuritatis vanitas: Hic vero monſtrat, quomodo ex ſecuritate naſcitur voluptas: & hoc quidem facit hoc ordine: primo ergo notatur mortis certitudo per hoc quod nullus evadit ejus judicium: propterea: dicit: *Nemo eſt, qui ſemper vivat*.

Digitized by Google

Pſal. 88 *vat*. Propterea David: Quis eſt homo, qui vivet, & non videbit mortem, & in hanc damnationem cecidit Adam cum ſua poſteritate cum
Gen. 3 dictum eſt ei: Pulvis es, & in pulverem reverteris. *Et qui hujus rei habeat fiduciam*, ſupple nemo eſt, *hujus rei*, ſcilicet ſemper vivendi.
Job. 7 Dies mei velocius tranſierunt, quam a texente tela ſucciditur, & conſumpti ſunt abſque ulla ſpe, quia ventus eſt vita mea, & non revertetur.

Meliors eſt canis vivus. Hic ſecundo oſtenditur, quod per mortem eſt ſtatus deterioratio: & hoc proponit ſub metaphora. *Melior eſt canis vivus leone mortuo*. Licet leo excedat canem: tamen mors reddidit inferiorem, quia canis aliquid poteſt, leo mortuus nihil poteſt, & ideo vivens potentior eſt cane. Leo fortiſſimus beſtiarum, ad nullius pavebit occurſum: ſic metaphorice, quantumcumque bono:
Prov. 30 Et probat primo, quoad actum cognitionis. *Viventes enim ſciunt ſe eſſe morituros*. Saltem de hoc certi ſunt: Omnes
2 Reg. 14 morimur, & quaſi aquæ, dilabimur in terram, quia non revertuntur. *Vel morituros*, id eſt, neceſſitati mortis deditos. Corpus mortuum eſt prop-
Rom. 8 ter peccatum. *Mortui enim nihil noverunt amplius*, quia cognitio ſopponit vitam, & ita percellunt in actu cognitionis viventes mortuos: non enim habent, nec motum, nec ſenſum. Quod actum recordationis, dicit: *Nec habent ultra mercedem*, ſcilicet famæ in memoria aliorum. *Quia oblivioni tradita eſt memoria eorum*. Non
Eccl. 2 erit memoria ſapientis, ſicut nec ſtulti, in perpetuum, & futura tempora: vel quia eorum memoria non habet actum recordationis. Qui de-
Job. 7 ſcendet ad inferos, non aſcendet, nec revertetur ultra ad domum ſuam, nec cognoſcet eum amplius locus ejus. Quoad actum affectionis, dicit: *Amor quoque & odium, & invidiæ ſimul perierunt*, quia non afficiuntur, ut prius in vita. Quoad actum exterioris operationis, dicit: *Nec habent partem in ſæculo hoc*, & exponit quantum ad quid, *Et in opere quod ſub ſole geritur*, quia non poſſunt, juxta illud Joan-
Joan. 9 nis: Venit nox, quando nemo poteſt operari.

A *Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum*, Per panem, omne, quod pertinet ad cibum; *Et bibe cum gaudio vinum tuum*. Per vinum, omne, quod ſpectat ad potum. *Quia Deo placent opera tua*, quaſi dicat, non es certus, utrum diſpliceant, ideo præſumendum, quod placeant, & ideo ſecure comede, & bibe, ſecundum illud Iſaiæ: Ecce gaudium, & lætitia, Iſa. 22
comedere carnes, & bibere vinum: comedamus & bibamus, cras, enim moriemur. Unde ſecundum viſum, dicit: *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida*, ut homo decorus appareat in veſtitu, *Et oleum de capite tuo non deficiat*, ut decorus appareat in aſpectu: Hoc modo ornant ſe, qui place-
B re volunt in conſpectu hominum: exemplum de Judith, quæ cum vellet Judith. 10
placere oculis Holofernis, ornavit ſe: ſed ipſa faciebat pro bono, quia alias eſt reprehenſibile. Nam; In veſtitu Eccl. 11
ne glorietis unquam. Deinde ſecundum tactum, dicit; *Perfruere vita cum uxore quam diligis*. Hæc perfruitio deſcribitur in Proverbiis; Veni, Prov. 7
inebriemur uberibus, & perfruamur cupitis amplexibus donec illuceſcat dies; & hoc non tantum ſemel, ſed, *Cunctis diebus vitæ inſtabilitatis tuæ, qui dati ſunt tibi ſub ſole*. Vere vita noſtra eſt inſtabilis ſecundum illud; Numquam in eodem ſtatu permanet; Job. 14
& ad majorem expreſſionem dicit; *Omni tempore vanitatis tuæ*. Vita no-
C ſtra tempus eſt vanitatis. Unde; Homo vanitati ſimilis factus eſt, dies Pſal. 143
ejus ſicut umbra prætereunt. *Hæc eſt enim pars*. Tangitur hic quartum, ſcilicet commendationis confirmatio, & eſt comfirmatio in hoc, quod homo nullam aliam expectat mercedem, nec alium habet fructum: ideo debet accipere, quod poteſt, ideo dicit: *Hæc eſt enim pars in vita tua, & in labore, quo laboras ſub ſole*, ſcilicet præſentialiter delectari. Ubique Sap. 2
relinquamus ſigna lætitiæ quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors: quia nulla alia eſt expectanda: debet homo de hac accipere, quantum poteſt, ideo dicit: *Quæcumque poteſt manus tua, inſtanter operare*, id eſt, dum tempus habemus, non expectemus futurum, & ideo ſubditur: *Quia*

Digitized by Google

Quia nec opus in agendis: *Nec ratio*, in A deliberandis: *Nec ſcientia*, in agnoſcendis: *Nec ſapientia* in diligendis: *Erit apud inferos, quo tu properas.* *Job 20* An ratio fuit hæc, quia: Terra illa Tenebrarum, & operta mortis caligine, ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, illuc properant peccatores, & omnes ante adventum Chriſti, quantum ad limbum? In profundiſſimum infernum, *Job 17* ait Job, deſcendent omnia mea: illuc properant peccatores, & dies *Deut. 32* appropinquant. Et: Juxta eſt dies perditionis.

Poteſt autem iſtud exponi ſpiritualiter, ut primo hortetur ad jucunditatem contemplationis: ſecundo vero ad inſtantiam actionis. Viris B autem contemplantibus neceſſaria eſt meditatio ſacræ ſcripturæ, puritas conſcientiæ, amplexus devotionis internæ. Quantum ad meditationem ſacræ ſcripturæ, dicit: *Comede panem, & bibe vinum.* *Prov. 9* Panem, quantum ad difficilia, & vinum quantum ad facilia. Venite, ait ſapientia, & comedit panem meum, & bibite vinum. Quantum ad puritatem conſcientiæ, dicit: *Omni tempore veſtimenta tua ſint candida*, id eſt, conſcientia munda. Non inquinaverunt *Apoc. 3* veſtimenta ſua, ambulabunt mecum *Iſa. 9* in albis. Quo contra dicitur: Veſtimentum mixtum ſanguine erit in combuſtionem, & cibus ignis. Et quia ad munditiam conſcientiæ ſe- C quitur interna lætitia, ideo dicit: *Et oleum de capite tuo non deficiat*, *Pſal. 103* Unde in Pſalmo: Ut exhilaret faciem in oleo. *Matt. 7* Et: Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum. Quantum ad amplexus delectationis internæ, dicit: *Perfruere vita cum uxore, quam* *Prov. 5* *diligis.* Hæc uxor eſt religio, in *Gen. 29* qua vacandum eſt contemplationi: Lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ. Hæc uxor, dilecta figurata eſt per Rachel, pro qua ſervivit Jacob ſeptem annis, Deinde quantum ad activos, dicit: *Quodcumque poteſt manus tua, inſtanter operare.* Inſtanter operari, eſt operari celeriter contra *Eccl. 31* negligentiam. In omnibus operibus tuiis eſto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. *Ferventer.* Qui mollis eſt, & diſſolutus in opere ſuo *Prov. 18* frater eſt ſua opera diſſipantis. *Continue*, ut non tepeſcat: Si non in *Eccl. 27* timpre Domini te tenueris inſtanter, cito ſubvertetur domus tua. *Perſeveranter.* Qui certat in agone, non *2 Tim. 2* coronabitur, niſi qui legitime certaverit, id eſt, perſeveranter; & ſubjungitur ratio, quare oportet inſtanter bene operari in præſenti: quia breve eſt tempus meriti, unde: *Apud inferos non eſt opus*, ad ſe exercendum ad pietatem. Me oportet operari, donec dies eſt. Et ideo ait *Joan. 9* Apoſtolus: Operemur bonum, dum *Gal. 6* tempus habemus ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. *Non eſt ratio*, ad inquirendum, & diſcernendum, quid bonum, quid malum. B Palpabunt quaſi in tenebris, & non *Job 12* in lumine, & errare eos faciet, quaſi *Iſa. 19* ebrios: & Dominus immiſcuit in medio ejus ſpiritum vertiginis. *Non eſt ſapientia, & ſcientia*, ſcientia, ſcilicet ad contemplandum Deum in operibus ſuis. *Nec ſapientia*, ad contemplandum in ſe. Unde Iſaias: *Iſa 33* Divitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia, timor Domini ipſe eſt theſaurus. Poteſt quæri de hoc, quod dicit: *Mortui nihil noverunt amplius.* Videtur eſſe falſum, quia anima ſeparata a corpore eſt liberior, ſed ſubſtantia quanto liberior a corpore, tanto magis idonea cognitioni, ergo mortui ſunt magis apti ad cognoſcendum: C aut igitur anima perit, aut cognoſcit. Item de hoc eſt dubitatio, quod; *Non habent ultra mercedem.* Hoc eſt hæreticum manifeſte: quia hoc tollit divinam juſtitiam. Item de hoc, quod dicit, quod *Amor, & odium ſimul perierunt.* Contra: Mala voluntas ſemper manet, mala voluntas eſt per amorem & odium, ergo, &c. Item de illa exhortatione. *Vade, & comede panem tuum, & bibe vinum.* Si velimus ad hoc reſpondere, quod illud dicitur in perſona Epicuri, tunc patet reſponſio; ſed ſi volumus ſuſtinere in perſona ſua, dicendum, quod cum dicit, quod mortui non noverunt, intelligitur quantum ad ea, quæ ſunt in hoc mundo, quia hæc mundana non noverunt, nec ſunt in me-

mo-

Digitized by Google

moria mundanorum, nec habent affectionem ad mundana, & hoc patet per litteram, quia dicit: *Nec habent partem in hoc ſæculo*. Quod obicitur de illa exhortatione, dico, quod illa exhortatio non eſt abſolute dicta, ſed concluſio ex prædicta concluſione illata. Unde dicit: *Vade ergo*, hoc eſt dicere: Si homo non poteſt diſtinguere, utrum in præſenti Deo placeat, & in futuro debeat præmiari, ſi hoc, inquam, ſcire non poteſt, nec poteſt ſemper vivere, ergo ſecure poteſt gaudere: ſed iſtud non tenet, niſi hoc ſuppoſito, quod Dominus non remuneret aliter in futuro, quam in præſenti, quæ eſt prædicta vanitas, quam deſtruit. *Verti me ad aliud*. Sicut ſupra dictum eſt, ſecuritas eſt in malis. Primo, quia videtur deficere retributio juſtitiæ: ſecundo, quia videtur deficere regimen providentiæ. Actum eſt de defectu, qui apparet eſſe circa regimen providentiæ: non enim videntur hæc regi ordinate, ſed caſualiter. Et habet hæc pars duas partes, quia primo oſtenditur defectus ordinis communiter; ſecundo ſpecialiter, ibi: *Hanc quoque vidi ſapientiam*. Circa prælationis inordinationem: circa primum ſic proceditur, primo oſtendit inordinationem & caſum, quod videtur eſſe, quantum ad vitæ converſationem: ſecundo, quod videtur eſſe, quantum ad mortis terminationem. ibi: *Neſcit homo finem ſuum*. Quantum igitur ad vitæ converſationem, oſtendit inordinationem, quia res non aptantur ad ea, ad quæ habent idoneitatem, propter quod dicit, *Verti me ad aliud*. Quia ſupra conſideravit retributionem, hic vertit ſe ad conſiderandum ordinem. *Vidique ſub ſole*, & numerat quinque dona gratis data, quæ ſuis actibus defraudantur. *Nec velocium eſſe curſum*, cum tamen ſint idonei ad currendum. Peribit fuga a veloce. *Nec* (Amos 2) *fortium bellum*, cum tamen ſint idonei ad pugnandum. Ceciderunt robuſti, & perierunt arma bellica: (2 Reg. 1) *Nec ſapientium panem*, cum tamen ſint idonei ad cibaria diſtribuendum. Non ſum medicus, & in domo mea (Iſa. 3)

A non eſt panis. *Nec doctorum divitias*, cum ſint idonei ad omnia dona poſſidendum. *Inventus eſt in ea vir pauper, nec artificum gratiam*, cum tamen ſint idonei ad grata opera faciendum. Confuſi ſunt omnes, qui operabantur bene: (Iſa. 19) *Sed tempus caſumque in omnibus*. Quaſi omnia a caſu veniant, & temporalia varientur. Omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt. (Eccl. 3) Et diſtinguuntur prædicta dona, quia duo prima reſpiciunt corpus; agilitas, ad aſſequendum deſideratum: fortitudo ad reſiſtendum malo illato. Tria ſequentia animam: ſcilicet ſapientia in corde, doctrina in ore, ars in opere. *Neſcit homo finem ſuum*. Tangitur hic

B ſecundum ſcilicet defectus regiminis, quoad mortis terminationem, quia nulli determinatum, nec quando, nec quomodo debeat mori. Et videtur, quod mors talis, & talis, caſu eveniat, & propterea dicit: *Neſcit homo finem ſuum*, id eſt, diem mortis: Vigilate ergo, quia neſcitis, (Matt. 24) qua hora Dominus veſter venturus ſit. Et ponit exemplum, quomodo eſt inordinatio, & incertitudo. *Sed ſicut piſces capiuntur hamo*, ſcilicet ignoranter, *& ſicut aves comprehenduntur laqueo*, ſcilicet per fraudem. Sicut perdix inducitur in caveam, (Eccl. 11) & ſicut caprea in laqueum, ſic cor ſuperborum; *Sic capiuntur homines in tempore malo*. Cum dixerint, pax,

C & ſecuritas, repentinus ſuperveniet (1 Th. 5) interitus, *Cum eis ſupervenerit extemplo*, id eſt, repente. Subito dum non ſperatur, veniet contritio ejus: (Iſa. 30) & conteritur velut lagena figuli. Spiritualiter hic inſinuatur bonorum ſuperna electio, & poſtmodum malorum occulta damnatio: ut igitur totam bonorum operationem Deo attribuat, dicit primo: *Non eſſe velocium curſum*, quia non eſt a ſe, quod currat, ſed a Deo. Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis (Rom. 9) Dei. *Nec fortium bellum*, quia non (Pſal. 32) ſalvatur rex per multam virtutem. *Nec ſapientium panem*, a ſe ſed a Deo. Pater meus dat vobis panem (Joan. 6) de cœlo verum. *Nec doctorum divitias*, ſapientiæ ſcilicet, ſcientiæ a ſe, ſed a Deo. In omnibus divites facti (1 Cor. 1)

eſtis

eſtis in illo, *Nec artificum gratiam*, a ſe, ſed a Deo. Miſericordiam, & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus. Quantum autem ad malorum damnationem occultam, dicit; *Neſcit homo finem ſuum*, Via impiorum tenebroſa. *Si-cut piſces hamo*, id eſt, voluptuoſi, qui capiuntur hamo voluptatis. Totum in hamo ſuo ſublevavit. *Et ſicut aves laqueo*, id eſt, ambitioſi laqueo honoris. Non neophytum, ne in ſuperbiam elatus, in judicium incidat, & in laqueum diaboli. *Sic capiuntur homines*, id eſt, avari, *In tempore malo*. Dives cum dormierit, nihil ſecum auferet. Poteſt dubitari de hoc quod dicit: *Vidi in tempore & caſum in omnibus*, ergo, ſecundum hoc videtur, quod omnia caſu eveniant. Sed contra videtur, quod non omnia caſu, quia quæ eveniunt ſecundum propoſitum, non eveniunt caſu: ſed multa fiunt ex propoſito, ergo non omnia caſu. Præterea videtur, quod in nullis ſit caſus: quia ut dicit Plato, nihil eſt præter primam cauſam, cujus ortum legitima cauſa non præceſſerit, ergo ſecundum hoc, nihil fit caſu: ſed omnia a cauſa determinata proveniunt. Item in omni operatione, Deus eſt agens principaliter, ſed quidquid Deus agit, agit principaliter, & ſcienter, & ex propoſito, & nihil tale fit caſu, ergo nihil omnino caſu fit. Reſpondeo, dicendum, quod caſus, & fortuna ſunt cauſæ per accidens, non quia aliæ cauſæ accidant per ſe, ſed quia, quando natura, & intellectus aliquid faciunt ad quod directe ordinantur, propter concurſum alterius cauſæ, ibi eſt caſus, ut patet de creditore invento in foro, & lapide cadente ſuper caput. Dico ergo, quod ſi eventus rerum comparentur ad cauſam primam, quæ Deus eſt, cum Deus omnia prævideat, nihil eſt caſuale, ſecundum divinæ præſcientiæ ordinationem. Si autem loquimur per comparationem ad cauſas creatas, aut circa cauſas immutabiles, ſicut circa motum ſuperiorum corporum, aut circa mutabiles, ſicut ſunt cauſæ inferiores, quæ ſunt ſub ſole. In diſpoſitione

Abac. 1

1 Tim. 3

Job. 27

Cauſæ per accidens.

Caſus quomodo detur.

A cauſarum iſtarum mutabilium vix eſt, quin concurrat aliquis effectus non intentus: immo præter intentionem, & ideo invenitur caſus in omnibus, non quod omnia caſu eveniant: ſed circa omnem mutabilem creaturam aliquid evenit caſuale. Quod obiicitur, de divina præſcientia, jam patet, non enim dicitur caſus in comparatione ad divinam præſcientiam. Quod obiicitur de ſecundo, quod omnia habent cauſam, dicendum, quod verum eſt, quod omnia habent cauſam legitimam, ſcilicet naturam, vel intellectum: ſed tamen per hoc non excluditur, quin aliquid poſſint facere, vel faciant, præter ordinem, Deo excepto.

B Quæritur de hoc, quod dicit: *Sicut piſces capiuntur hamo*, quæritur utrum comprehenſio piſcium fiat caſu, vel non. Quod ſic videtur, quia quod iſte piſcis magis eveniat, quam alius, hoc non eſt per naturam, nec per rationem, ergo per caſum. Item, quod unus homo capiat, alter non, hoc non eſt per rationem naturæ: vel artis, ergo a caſu. Sed contra: Si quis intendens invenire aurum, foderet, non eſſet caſus, ergo cum qui piſcatur, intendat capere, non eſt ibi caſus. Reſpondeo dicendum, quod eſt loqui de captione per comparationem ad capientes, & ſic non eſt a caſu: eſt etiam loqui per comparationem ad piſces; qui vadunt ad C hamum, & quia vadunt propter cibum, & aliud evenit, quantum ad illos, eſt ibi caſus.

Hanc quoque vidi ſub ſole ſapientiam. Determinavit ſupra defectum regiminis providentiæ in generali. Hic intendit oſtendere in ſpeciali, ſcilicet circa prælationem, quia ſapientes contemnuntur, & ſtulti promoventur. Sunt ergo in hac parte tres partes: In prima oſtendit ſapientis depreſſionem. In ſecunda ſubjungit depreſſi commendationem, ibi: *Et dicebam ego meliorem*. In tertia vero ſubinfert ſtulti promotionem. *Si ſpiritus poteſtatem habentis*. Sapientis igitur depreſſio hoc ordine deſcribitur: primo præmittitur ſapientiæ laus, ſecundo exprimitur caſus, in quo eſt potentiæ defectus: tertio nota-

Digitized by Google

tatur ſapientiæ ſuccurſus. Quarto vero ſapientis contemptus. Præmittitur ergo ſapientiæ laus, cum dicit; *Hanc vidi ſub ſole ſapientiam*, id eſt, in rebus mundanis per effectum cognovi. *Et probavi maximam*, id eſt, approbavi, & laudavi tamquam magnam valde: Magna enim ſapientia eſt in vincendo inimicum inferiorem, major in vincendo æquipollentem, maxima in vincendo fortiſſimum: unde dicitur de ſummo ſapiente:
Job. 26 Prudentia ejus percuſſit ſuperbum. *Civitas parva*. Notatur hic ſecundo potentiæ defectus & hoc ad reſiſtendum inſurgenti, ideo dicit: *Civitas parva, & pauci in ea viri*, & debet ſuppleri hoc verbum, erat, vel conſtrui cum verbo ſequente: *Perfecta eſt obſidio*, & quia parva, & paucos habens viros, ideo debilis eſt ad ſe
2 Par. 20 defendendum: unde dicebat Joſaphat: In nobis non eſt tanta fortitudo, ut poſſimus reſiſtere multitudini huic magnæ, quia ſcilicet erant pauci, maxime tunc non poſſunt, quando eſt fortis oppugnator, propter quod dicit: *Venit contra eam Rex magnus*, ſcilicet per potentiam: *Et vallavit eam*, per multam malitiam: *Extruxitque munitiones per gyrum*, ad pugnam: *Et perfecta eſt obſidio*, per reſiſtendi impotentiam.
Judith. 8 Exemplum hujus, habetur de Bethulia, quæ fuit ab Holoferne obſeſſa. Hoc etiam prædixit Dominus Hie-
Luc. 19 ruſalem. Circumdabunt te inimici tui vallo, & coanguſtabunt te undique. *Inventuſque eſt in ea*. Notatur tertium, ſapientiæ ſuccurſus, ubi erat potentiæ defectus, propterea dicit: *Inventuſque eſt in ea vir pauper*, Et ita impotens; *Et ſapiens, & liberavit urbem per ſapientiam ſuam:* Exemplum hujus habetur de
Jud. 13 Judith, quando liberavit Bethuliam ab Holoferne, ſapientia ſua, cum
2 Reg. 20 eſſet infirma. Et in libro Regum, ubi dicitur, quod ſapiens in Abela liberavit urbem ab impetu Job:
Baruc. 3 quo contra dicitur per Prophetam; Et quoniam non habuerunt ſapientiam, perierunt, propter ſuam inſipientiam, dicitur de fortibus.

Et nullus deinceps. Tangitur hic quartum, ſcilicet ſapientis liberantis contemptus, cujus ſignum eſt oblivio, ideo dicit: *Nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis*. Ecce Eccl. 29
contemptus, & ingratitudo, quo contra dicitur: Gratiam fidejuſſoris tui ne obliviſcaris: dedit enim pro te animam ſuam. Spiritualiter ſunt quatuor conſideranda, quæ civitas, quis rex magnus, quis pauper ſapiens, quo modo nullus ejus recordatur. Civitas eſt Eccleſia: Glorioſa dicta ſunt de te civitas Dei. Hæc Pſal. 86
civitas parva per humilitatem, quia in iis ſolis Dominus habitat. Ad Iſa. 66
quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos. *Pauci in ea viri*, operatione malorum. Multi Matt. 20
ſunt vocati, pauci vero electi. *Rex magnus*. Eſt diabolus de quo dicitur: Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſu- Job. 41
perbiæ. Eſt etiam magnus, ſecundum quod dicitur ibidem; Non eſt Ibid.
poteſtas ſuper terram, quæ poſſit ei comparari. Hic rex contra civitatem venit per ſuggeſtiones, vallat offerendo multipliciter delectationes: *Extruxit munitiones*, procurando peccatorum occaſiones, & perfecte obſidet, cum implicat in mandatorum tranſgreſſiones. Circumdabunt te ini- Luc. 19
mici tui vallo, & coanguſtabunt te, & ad terram proſternent, & non relinquent lapidem ſupra lapidem; *Vir pauper, & ſapiens*, qui eſt Chriſtus, qui eſt vir a virtutis robore. Fœmina circumdabit virum; Ipſe, Hier. 31
& pauper. Cum eſſet dives in om- 2 Cor. 8
nibus, propter vos egenus factus eſt. Sapiens, immo ipſa ſapientia: Chri- 1 Cor. 1
ſtus dicimus Dei virtutem, & ſapientiam. Iſte eſt a quærentibus in- Matt. 7
ventus. Omnis enim, qui petit accipit, & qui quærit invenit. Ipſe Iſa. 19
liberabit populum. Clamabunt ad Dominum a facie tribulantis, & mittet eis Salvatorem, & propugnatorem, qui liberet eos: *Liberavit*, per ſuam ſapientiam, cum poſſet per ſuam potentiam. Prudentia ejus per- Job 26
cuſſit ſuperbum. *Et nullus ejus deinceps recordatus eſt*, quia paupertas contemnitur. Fratres hominis pau- Prov. 19
peris oderunt eum, inſuper, & amici procul receſſerunt ab eo. Nullus

lus recordatus eſt compatiendo, ſe-
Thren. 3 cundum quod dicitur: Recordare
paupertatis, & transgreſſionis meæ,
abſynthii, & fellis. Sed e contra:
Nihil patiebantur ſuper contritione
Amos 6 Joſeph: gratias agendo. Et non eſt
Luc. 17 inventus, qui daret gloriam Deo,
niſi hic alienigena. In opere imi-
tando: Eris deſerta, quia oblita es
Iſa. 17 Dei ſalutaris tui, & fortis adju-
Gen. 40 toris tui non es recordata. In ore
confitendo; Succedentibus proſpe-
ris pincerna eſt oblitus interpretis
ſui.

Et dicebam ego. Oſtenſa eſt ſapien-
tis deſpectio, & oblivio, oſtenditur
hic ſecundo deſpecti commendatio.
Commendat autem ſapientiam tri-
plici præeminentia; primo præmit-
tendo eam fortitudini potentiæ; ſe-
cundo munimini armaturæ: tertio
altitudini mundanæ gloriæ: præmit-
tit ergo primo ſapientiam fortitudi-
ni, ſuo judicio, propterea dicit: *Et
dicebam ego meliorem eſſe ſapientiam
Sap. 6 fortitudine.* Melior eſt ſapientia,
quam vires, & vir prudens melior,
quam fortis: & quia eſt melior, id-
eo non debet deſpici, & tamen ni-
hilominus eſt deſpecta, propterea di-
cit: *Quomodo ergo ſapientia pauperis
contempta eſt*, quaſi non deberet eſſe
contempta: ſed propter paupertatem
vilipenditur, unde dicitur de paupe-
Eccl. 13 re; Loquutus eſt ſenſate, & non
eſt datus ei locus, dives loquutus eſt,
& omnes tacuerunt, & verba illius
uſque ad nubes perducuntur; & ſi-
gnum contemptus ſapientiæ, ſubdi-
tur; *Et verba ejus non ſunt audita.*
Et tamen ſunt multum audienda.
Rom 8 Nunc ergo filii audite me, beati qui
cuſtodiunt verbum meum: & quod
verba ſapientis ſint audienda, ſubiun-
git; *Verba ſapientium audiuntur in ſi-
lentio*, id eſt, digna ſunt audiri in
Eccl. 32 ſilentio. Audi tacens, & pro reve-
rentia accedet tibi bona gratia, un-
Ibid. de & ſubditur: Et loqui in medio
magnatorum, ne præſumas. *Pluſ-
quam clamor Principis inter ſtultos.* Et
plus clamoſa ejus oratio, quia quan-
tumcumque homo clamet, ſtultus non
Eccl. 22 attendit. Cum dormiente loquitur,
qui narrat ſtulto ſapientiam, & in
fine narrationis dicit, quis eſt hic?

A Quod ergo ſapientia ſit contempta,
hoc eſt propter audientium ſtultiti-
am, ideo: Nolite ſanctum dare ca- Matt. 7
nibus: & ratio hujus redditur ab 1 Cor 2
Apoſtolo: Animalis homo non perci-
pit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei.

Melior eſt ſapientia. Hic ſecundo
præmittit ſapientiam munimini ar-
maturæ, dicens: *Melior eſt ſapientia
quam arma bellica.* Quia bellica ar-
ma ſunt in protectionem, ſimiliter
ſapientia protegit. Conſilium cuſto- Prov. 2
diet te, & prudentia ſervabit te,
ut eruaris a via mala, & ab homi-
ne, qui perverſa loquitur. Et quod
melius protegat, patet: qui amittit
ſapientiam per culpam, non poteſt
defendere per armaturam, quin amit-
B tat multa bona, unde dicit. *Et qui
in uno peccaverit*, recedendo a ſapi-
entia, ſecundum quod dictum eſt ſu-
pra: Ne feſtines recedere a facie ejus, Eccl. 8
neque permaneas in opere malo;
Multa bona perdet. Peccando enim
in uno, perdit ſapientiam, & illam
dimittendo, perdit multa bona. Ve- Sap. 7
nerunt mihi omnia bona pariter cum
illa, & ideo perdita, perduntur mul-
ta bona; *Vel qui peccaverit in uno.*
Contra charitatem; *Perdet multa bo-
na*, ſecundum illud; Qui in uno Jac. 2
peccaverit, factus eſt omnium reus:
& illud manifeſtat per metaphoram,
quia peccati cognitio comparatur mu-
ſcæ morienti, quia reddit, & facit
abominationem affectui, & conſcien-
C tiæ, ideo ſubditur.

CAPUT DECIMUM.

Muſcæ morientes.] Id eſt, cogi-
tationes peccatorum, ſibi ſuc-
cedentes. *Perdunt ſuavitatem unguenti*,
id eſt perdunt intentionem, & ita
multa bona, quia: Unctio docet vos 1 Joan. 2
de omnibus. *Vel ſuavitatem unguenti*,
id eſt, internam devotionem ſapien-
tiæ. Unguento, & variis odoribus Prov. 27
delectatur. *Pretioſior eſt ſapientia.* Hic
tertio præmittitur ſapientia altitudi-
ni mundanæ gloriæ, vel etiam ſtul-
titiæ, quam ſtulti appetunt, propte-
rea dicit; *Pretioſior eſt ſapientia, &
gloria parva*, id eſt, cum parva glo-
ria, *ad tempus*, id eſt, temporaliter,
melior inquam: *Stultitia.* Etiam cum
ma-

Digitized by Google

Eccl. 4 magna gloria. Melior eſt puer pauper, & ſapiens, rege ſene, & ſtulto. Vel poteſt eſſe ſenſus; ut ſapientia melior ſit ſtultitia, & etiam parva gloria, *ad tempus*, id eſt, in debito tempore collata, melior eſt ſtultitia, & ſubditur ratio. *Cor ſapientis in dextera ejus, & cor ſtulti in ſiniſtra illius*. Per dextram bona, per
Matt. 25 ſiniſtram mala. Statuet oves a dextris ſuis, hædos autem a ſiniſtris. Vult ergo dicere, quod ſapientes cogitant bona, & ſtulti cogitant mala.
Prov. 10 Labia juſti conſiderant placita, os impiorum perverſa: dextra dat intelligere bona æterna, ſiniſtra temporalia, unde:
Prov. 3 Longitudo dierum in dextra ejus, in ſiniſtra illius divitiæ & gloria. Vult ergo dicere, quod ſapientes cogitant bona æterna, &
Cant. 2 cupiunt, & ſtulti temporalia. Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me: ergo ſtultus vana, & neſcit aliquo modo conſiderare diſcreta, nec in ſe, nec in aliis, quod majus inconveniens eſt, ideo dicit: *Sed & in via ſtultus ambulans*: In via, ſcilicet illa, quæ videtur ſibi
Prov. 12 bona. Via ſtulti recta in oculis ejus:
Eccl. 2 *Cum ſit ipſe inſipiens*, id eſt, cum inſipiente ambulat, quia in tenebris. Stultus in tenebris ambulat: *Omnes*
Is. v. 26 *ſtultos æſtimat*, unde: Sapientior ſibi videtur ſtultus ſeptem viris loquentibus ſententias.

Incidit hic quæſtio de hoc, quod dicit: *Qui in uno peccaverit*. Si enim Deus ſemper punit citra condignum: ergo qui peccat in uno, non debet puniri, niſi in uno, ergo non debet perdere multa, ſed unum. Item ex hoc videtur, quod ſit connexio in vitiis, ſicut in virtutibus: quia ſi vitium eſt privatio boni: ergo ſi uno peccato privantur multa bona: ergo uno peccato incurrit homo multa vitia: ſed hoc non eſt, niſi per connexionem: ergo connexio eſt in vitiis. Item, quod ſit connexio in vitiis quantum ad omnia, videtur,
Jac. 2 dicitur enim: Qui in uno peccaverit, factus eſt omnium reus: ergo videtur, quod qui perpetraverit unum vitium, ſit ita reus, ac ſi omnia perpetraret. Sed contra: Quia aliqua vitia ſunt contraria: ergo ſi in vitiis
A eſſet connexio, tunc duo contraria eſſent in eodem. Item vitia non ſunt a Deo, ſed acquiſita ex opere noſtro, ſed certum eſt, quod non eodem actu acquiritur in nobis temperantia, & juſtitia, quando ſunt conſuetudinales, ergo ſimiliter & in vitiis. Reſpondeo, dicendum, quod eſt loqui de peccato, & ratione deformitatis, & ratione obligationis ad pœnam: ſi ratione deformitatis, illa quidem reſpicit tria, ſcilicet privationem boni gratuiti, privationem boni naturalis, ſive habilitatis, & ulterius inclinationem ad actum inordinatum, quæ dicitur habilitatio quædam. Ratione primi boni, eſt connexio in vitiis, quia qui peccat
B in uno peccato, amittit gratiam, & omnes virtutes, quatenus ſunt gratuitæ. Ratione vero privationis habilitatis, non eſt connexio, ſed eorum diſtinctio, quia unumquodque vitium propriam privat habilitatem. Ratione tertii, ſcilicet inclinationis ad actum, non eſt omnimoda diſtinctio, nec omnimoda connexio, nec in quibuſdam inclinat ad alterum, in quibuſdam autem inclinat, ſicut peccatum gulæ ad peccatum luxuriæ: ſimiliter in ſpiritualibus ſuperbia ad invidiam. Eſt iterum loqui de peccatis, quantum ad obligationem pœnæ, & ſic obligant ad duplicem pœnam, ſcilicet carentiæ viſionis, & acerbitatis ignis: quantum ad pri-
C mum, eſt connexio, quia qui in uno peccato peccat, amittit gloriam debitam omnibus virtutibus. Quantum autem ad ſecundum, non eſt connexio, ſed diſtinctio, quia unicuique reſpondet propria acerbitas. Iſtud ergo verbum Eccleſiaſtes, & beati Jacobi intelligitur quantum ad amiſſionem gratiæ, & gloriæ. Quod igitur obiicitur, quod punitur ultra condignum, dico, quod falſum eſt, quia qui peccat in uno actu, peccat contra gratiam omnium virtutum, & ideo totum meretur amittere.

Si ſpiritus poteſtatem habentis. Præmiſſa eſt ſupra ſapientis deſpectio, & econtra ipſius juſta commendatio: ſubjungitur hic tertio ſtultorum promotio: & quia prælatio ſtultorum

eſt

Digitized by Google

eſt oneroſa: ideo præmittitur patien-
tiæ armatura, & ſubjungitur ſtulto-
rum prælatio inordinata, ibi: *Et*
malum quod vidi: præmittitur ergo
patientiæ armatura, propter quam
habendam, dicit: *Si ſpiritus poteſta-*
tem habentis, ideſt, furor prælati:
Iſa. 2 ſpiritus enim furor dicitur: Quie-
ſcite ab homine, cujus ſpiritus in
3 Reg. 19 naribus ejus. Et: Spiritus grandis,
& fortis ſubvertens montes, & con-
terens, *aſcenderit ſuper te*: Ad op-
Hier. 4 primendum ſcilicet: Ecce quaſi nu-
bes aſcendet, & quaſi tempeſtas cur-
rus ejus, væ nobis, quoniam vaſta-
ti ſumus: *Locum tuum ne dimiſeris*,
id eſt, locum patientiæ, & conſtan-
tiæ, in quo anima conquieſcit, ſe-
Luc. 21 dum illud: In patientia veſtra poſſi-
debitis animas veſtras. Et: Ser-
vi ſubditi eſtote in omni timore do-
1 Pet. 2 minis veſtris, non tantum mode-
ſtis, ſed & diſcolis: hæc eſt enim
gratia, ſi propter conſcientiam Dei
ſuſtinet quis, &c. Et redditur ratio
utilitatum: *Quia curatio facie ceſſa-*
re peccata maxima. Vocatur hic cu-
ratio flagellorum afflictio, in qui-
Sap. 6 bus homo curatur. Cura diſciplinæ
eſt dilectio, & dilectio eſt cuſtoditio
legum. Cauſalis eſt utrobique præ-
dicatio: quia ſcilicet per multa fla-
gella pervenitur ad dilectionem, &
per hanc cuſtoditur lex: ergo ceſ-
ſare facit peccata.

Aliter exponitur: *Si ſpiritus pote-*
ſtatem habentis, id eſt, ſpiritus am-
bitionis, id eſt, malitia ambitioſi;
Aſcenderit ſuper te, id eſt, ſi vene-
rit tibi in mentem, ut velis eſſe
prælatus: *Locum tuum ne dimiſeris*,
locum ſcilicet ſubjectionis, & ſervi-
Luc. 13 tutis, de quo: Cum invitatus fue-
ris ad nuptias, recumbe in noviſſi-
Eccli. 11 mo loco. Et: Confide autem in Deo,
& mane in loco tuo, & ratio red-
ditur: *Quia curatio faciet ceſſare pec-*
cata maxima. Translatio Symmachi
1 Cor. 9 habet: *Quia pudicitia*, unde: Caſti-
go corpus meum, & in ſervitutem
redigo, ne forte, cum aliis prædica-
ver, ipſe reprobus efficiarim. Aliter
exponitur de diabolo: *Si ſpiritus po-*
teſtatem habentis, id eſt, diaboli:
Job 41 Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ
comparetur ei: *Aſcenderit ſuper te*: &
A hoc tentando. Cum immundus ſpi- Luc. 11
ritus exierit ab homine ambulat per
loca arida, quærens requiem, &
non invenit. *Locum tuum ne dimiſeris*
locum ſcilicet pœnitentiæ. Nolite Epheſ. 4
locum dare diabolo: *Quia curatio ceſ-*
ſare faciet peccata maxima, littera
Origenis habet: *Salvatio*, quæ qui-
dem eſt per medicinam pœnitentiæ.
Malitia horæ oblivionem faciet luxu- Eccl. 11
riæ magnæ: id eſt, brevis pœniten-
tia magni peccati.

Eſt malum, quod vidi. Tangitur
hic ſecundum, ſcilicet ſtultorum pro-
motio inordinata, tum propter defe-
ctum ſcientiæ, tum propter defectum
vitæ, quia ſtulti, & mali præficiun-
tur, ſed ſapientes, & divites bonis
B moribus deprimuntur, propter quod
dicit: *Eſt malum, quod vidi ſub ſole*,
ideſt, in præſenti ſtatu hominum:
Quaſi per errorem egrediens, non per
errorem ſecundum veritatem, ſed ap-
parenter per errorem, ſed tamen ſe-
cundum juſtam diſcuſſionem: *A fa-*
cie principis, illius ſcilicet, a quo eſt
omnis poteſtas, qui juſto judicio dat
aliquando malos prælatos. Dabo tibi Oſea 13
regem in furore meo, & auferam in
indignatione mea. Et exprimit, quod
eſt illud malum, quantum ad defe-
ctum ſcientiæ: *Poſitum ſtultum in di-*
gnitate ſublimi: *poſitum*, bene dicit:
quia non eſt ibi, niſi falſa poſitio.
Poſuiſti eis, dejeciſti eos, dum alle- Pſal. 72
varentur: Vel, *poſitum*, tamquam la-
C pidem inutilem. Unde per Prophe-
tam dicitur de ſtulto prælato: O pa- Zach. 11
ſtor, & idolum, derelinquens gre-
gem, gladius ſuper brachium ejus,
& ſuper oculum dextrum ejus: bra-
chium ejus ariditate ſiccabitur, &
oculus dexter ejus tenebreſcens obſcu-
rabitur. Et ideo: Sicut qui mittit la- Prov. 26
pidem in acervum Mercurii: ita qui
tribuit inſipienti honorem. Econtra:
Divites ſedere deorſum. *Divites*, ſcil.
bonis moribus, & ſcientia, & gratia,
de quibus: In omnibus divites facti 1 Cor. 6
eſtis in illo, ut nihil vobis deſit in
ulla gratia. Et: Divitiæ ſalutis ſa- Iſa. 33
pientia, & ſcientia. Quantum ad
vitæ defectum, dicit; *Vide ſervos in*
equis: ſervos dicit peccatores, de qui-
bus: Qui facit peccatum ſervus eſt
peccati. *In equis*, in plurali dicit ad Joan. 8

Deut. 17 expreſſionem pompæ. Cum fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos. Et contra: *Principes ambulantes, quaſi ſervos*, illos ſcil. principes, qui ſibi per bonam viam principantur. Seneca, ſi bene te rexeris, princeps eris: iſtos vidit quaſi ſervos, ſed in futuro erunt econtrario. Omnis, Luc. 14 qui ſe humiliat, exaltabitur, & qui ſe exaltat, humiliabitur.

Quæritur hic, utrum juſtum ſit, quod mali præſint bonis. Quod ſic, videtur, quia inquit Apoſtolus: Non Rom. 13 eſt poteſtas niſi a Deo, ergo mali principes non habent poteſtatem, niſi a Deo. Item: Non haberes, ait Joan. 19 Chriſtus Pilato, poteſtatem adverſus me ullam, niſi deſuper tibi datum fuiſſet. Exponit Aug. deſuper, id eſt, Aug. li. 1 quæſt. ad Simpl. q. 2 tom. 4 a Deo; ergo ſi Pilatus malus erat, & male utebatur poteſtate: ergo, quod mali præſunt bonis, hoc eſt a 1 Pet. 2 Deo. Item: Subditi eſtote, non tantum bonis, & modeſtis: ſed etiam diſcolis, & reddit rationem, propter conſcientiam: ergo ſi juſtum eſt eis ſubditos eſſe, cum omne juſtum ſit a Deo, hoc etiam ab ipſo erit. Item: Job 34 Qui facit regnare hypocritam propter Oſeæ 8 peccata: ergo. Contra: Ipſi regnaverunt, & non ex me, principes extiterunt, & ego non cognovi; ergo videtur, quod prælatio malorum non ſit a Deo. Item ſervitus eſt pœna inflicta pro peccato: ergo nulli recte, & juſte infligitur, niſi peccatori: ergo ab oppoſitis, nec dominium juſte datur, niſi juſto: ergo ſi dominium datur peccatori, & ſervitus juſto; eſt ibi defectus ordinis, & juſtitiæ; ergo non eſt a Deo. Præterea, ſi poteſtas malorum eſt juſta, & a Deo: quia a Deo nihil eſt, niſi juſtum, cum nullus debeat alicui auferre jus ſuum; ergo nullus debet laborare ad depoſitionem mali prælati: ergo quicumque laborat, contra hoc peccat.

Reſpondeo dicendum, quod malus, vel injuſtus prælatus eſt ſub triplici differentia. Quidam eſt injuſtus in ſe, tamen juſte ingreditur, & juſte exequitur; & talis juſto præeſſe poteſt, nec in hoc peccat, & juſtum eſt tali ſubjectos eſſe. Eſt & alius: qui injuſte ingreditur, & exequitur: & talis non poteſt juſte præeſſe, nec A tali debet homo ſubeſſe. Eſt & alius, qui injuſtus, ſed tamen juſte ingreditur; ſed injuſte exequitur, quia affligit bonos, & promovet malos: tali juſtum eſt ſubeſſe in iis, quæ contra Deum ſunt, non debet homo ſubeſſe, & quia privilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate, & ſi juſte ingreſſus fuerit tamen juſtum eſt, eum amoveri. Quod ergo obiicitur ad primam partem, utrum malos præeſſe, ſit juſtum; Dicendum, quod malos, qui bene regunt, præeſſe, non eſt malum Reipublicæ: ſed qui male regunt, juſtum eſt præeſſe non ſua juſtitia, ſed divina; quia facit eum regnare, propter peccata populi, & ſic patet B reſponſio ad prima objecta, quod malorum hominum poteſtas a Deo eſt.

Quod obiicitur in contrarium, primo, dico, quod intelligit quantum ad eos, qui intrant illegitime, & propria auctoritate, non divina. Quod obiicitur de ordine, dico, quod pœna peccati manet, etiam ſine peccato ad exercitationem: ſic etiam dico de ſervitute in bonis. Quod obiicitur, ſi a Deo, ergo juſtum eſt illum habere talem poteſtatem. Dicendum, quod per comparationem ad merita ſua non eſt juſtum: immo injuſtum: ſed in comparatione ad merita malorum ſubditorum, eſt juſtum. Et quia ex diverſis cauſis licitum eſt nobis velle contraria, ubi non patet C divina voluntas, & neſcimus, quod horum de futuro magis placeat Deo: juſte poteſt homo laborare, ut injuſtus prælatus amoveatur. Præterea talem poteſtatem habuit a Deo, ſed executionem a ſe; poteſtatem habuit juſte, ſed exequitur injuſte: & ideo quoniam a Deo habet poteſtatem, eſt obediendum; ſed quia injuſte exequitur, ut non habeat, eſt laborandum, ſic patet illud.

Qui fodit foveam. Poſuit ſupra vanitatem ſecuritatis: hic intendit dare remedium contra vanitatem illam, & quia ſecuritas oriebatur ex defectu retributionis juſtæ, & regiminis providentiæ, qui apparebant eſſe: ideo ſunt hic duæ partes. Primo dat remedium contra defectum ordinis: ſecundo contra defectum juſtitiæ retri-

bu-

Digitized by Google

Eccl. 12 butionis, ibi; Mitte panem tuum. A
Inordinatio autem regiminis venit ex
triplici cauſa; aut quia præficitur ma-
lus, aut quia ſtultus, aut quia inuti-
lis, & remiſſus. Primo ergo dat reme-
dium contra prælatum malum; ſecun-
do contra prælatum ſtultum, ibi; *Ver-
ba omnis ſapientis*. Tertio contra præ-
latum carnalem, & remiſſum, ibi;
Væ terra tibi cujus rex puer eſt. Quan-
tum igitur ad primum, ſic procedit;
primo dicit bonum prælatum non eſſe
amovendum; ſecundo malum non eſſe
ſuſtinendũ, ſive promovendum; tertio
dicit ipſũ promotum eſſe corrigendum:
quarto quod non eſt ei occulte de-
trahendum. Primo ergo dicit bonum
prælatum non eſſe amovendum, nec
per fraudulentiam, nec per violen-
tiam. Unde comminatur; *Qui fodit fo-
veam*, ſcilicet parando laqueum bono
Pſal. 7 prælato; *Incidet in eam*. Lacum ape-
ruit, & effodit eum, & incidit in fo-
veam, quam fecit. Non eſt etiam amo-
vendus per potentiam; unde commina-
tur facienti contrarium. *Et qui diſſipat
ſepem*, id eſt, bonum prælatum, qui
Eccl. 36. cuſtodit ſubditos, ſicut ſepes. Ubi non
eſt ſepes, diripietur poſſeſſio. *Mordebit
eum coluber*, id eſt, diabolus, & dæmo-
Hier. 8 nes, qui ſũt colubri mordẽtes. Ecce ego
mittam vobis ſerpentes peſſimos, quib.
non eſt incantatio & mordebunt vos.
Qui transfert lapides. Hic ſecundo
oſtendit durum, & inutilem prælatum
non eſſe promovendum, & commina-
tur promoventibus durum: unde dicit:
Qui transfert lapides, id eſt, duros &
malos ad majorem promovet dignita-
tem. *Affligetur in eis*, id eſt per eos, vel
Prov. 26. propter eos. Sicut qui mittit lapidem
in acervum mercurii, ita qui tribuit in-
Eccl. 27 ſipienti honorem. Et poſt: Qui volvit
lapidem, ad eum revertetur. Et: Qui
in altum mittit lapidem, cadet ſuper
caput ejus. Non eſt promovendus va-
nus, & inutilis, ideo dicit: *Qui ſcindit
ligna*. Alia translatio: *Qui dolat*, ille
dolat, qui ſupponere vult ædificationi.
Prælatus inutilis ligno comparatur,
quia ſicut lignum infructuoſum ſciſſum
Matth. 7 igni traditur; ſic & prælatus. Omnis
arbor, quæ non facit fructum bonum,
excidetur, & in ignem mittetur: *Vul-
nerabitur ab eis*, quia ſcil. conſcientia
Eccl. 27 vulneratur. Plaga doloſa doloſi dividet
vulnera. Et: Vulnus, & livor, & plaga Iſa. 1
tumẽs non ſũt ligata, neque fota oleo.
Si retuſum fuerit ferrum. Hic ſu-
biungit tertio, eum prælatum, qui ali-
quo modo declinavit in malum, eſſe
corrigendum, quia poteſt valere, quam-
vis oporteat multum laborare: ideo di-
cit: *Si retuſum fuerit ferrum*, id eſt, a-
cumen bonitatis, & ſapientiæ fuerit
immutatum per culpam in prælato:
Et hoc non ut prius, acutum ſupple, *Sed
hebebatum fuerit*, per culpam, *Multo
labore*, ſcil. correctionis: *Exacuetur*,
id eſt, reducetur ad priſtinam rectitu-
dinem. Ferrum ferro acuetur, & ho- Prov. 27
mo exacuit amici faciem ſui: Et per
hanc ſimilitudinem corporalium infert
in ſpiritualibus. *Et poſt induſtriam*, id
B eſt, laborem induſtriæ, *Sequetur ſa-
pientia*. Sicut poſt acuitionem ferri ſe-
quitur rectitudo, & ſubtilitas aciei ad
incidendum. Auris, quæ audit incre- Prov. 15
pationes vitæ, in medio ſapientum
commorabitur. Et: Si quæſieris eam, Prov. 2
quaſi pecuniam, & ſicut theſaurum ef-
foderis illam, tunc intelliges timorem
Domini, & ſcientiam invenies. *Si
mordeat*, Hic quarto oſtendit non eſſe
tali prælato occulte detrahendum, &
oſtendit magnitudinem culpæ detra-
ctionis, per ſimilem in corporalib. ideo
dicit: *Si mordeat ſerpens in ſilentio*, quod
eſt ipſius ſerpentis, quia occulte vene-
num infundit: *Nihil eo minus habet,
qui occulte detrahit*, quia ſicut illud eſt
fraudulenter, ita & hoc, quia hoc eſt
C maledicere ſurdo. Non maledices ſur- Levit. 19
do, nec coram cæco pones offendicu-
lum: ſicut eſt illud mortiferum, ita &
hoc. Si invicem mordetis, & comedi- Gal. 5
tis, videte, ne ab invicem conſuma-
mini. Et: Verba ſuſurronis, quaſi ſim- Prov. 26
plicia, & ipſa perveniunt uſque ad in-
teriora ventris, ſicut etiam liberantur
aſpiciendo in ipſum ſecundum quod
dicitur: Qui converſus eſt, non per hoc, Sap. 16
quod videbat, ſanabatur, ſed per te
Dominum Salvatorem omnium: ita &
nunc. Unde ipſe dicebat: Si ſermonem Joan. 15
meum ſervaverunt, & veſtrum ſerva-
bunt. Quæritur, utrum occulte, dice-
re malum de aliquo ſit detractio, & pec-
catum, ubi conſtat verum dicenti.
Quod non videtur, quia ſicut bonus eſt
dignus laude, ita malus eſt dignus vitu-
perio: ergo ſicut juſtum eſt laudare bo-
P 2 num,

Digitized by Google

num, ita juſtum eſt vituperare malum, ergo, ſicut non peccat, qui laudat bonum, ita nec qui dicit malum de malo. Item ſicut congaudendum eſt bono, ita compatiendum eſt malo: ergo ſicut poteſt aliquis recitare alicui bonum ulterius gaudendo ſine peccato, ita malis compatiendo, ergo qui dicit malum de iſto occulte, ſi compatitur, non peccat. Præterea Dominus dicit, quod quando peccat proximus, eſt corrigendus coram uno, vel coram duobus quod ſi non audit, dicendum eſt Eccleſiæ ergo ſaltem de incorrigibili videtur, quod homo poſſit malum dicere cuilibet. *Matt. 18* Contra: Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris, ergo quod non vis de te dici, non debes velle, quod aliquis diceret de te malum, te abſente, *Prov. 22* quia nihil tibi proderit dicere de alio, ſi non debes; ergo: Item, qui dicit malum de alio, aufert ei bonum nomen: ergo cum nomen bonum ſit melius, quam multi theſauri: ergo cum homo non poſſit auferre theſauros ſine peccato, ſimiliter, &c. Item dicitur. *Luc. 18* Non maledices ſurdo, ſed qui maledicit retro, maledicit ſurdo, ergo facit contra illud præceptum. Item peccatum factum in publico ſcandalizat: ergo qui peccatum aliquod, quod non eſt publicum, publicat, ſcandalizat: ſed ille, qui obloquitur, facit peccatum innoteſcere, quod latet, ergo ſcandalizat eum, cum quo loquitur.

Reſpondeo, dicendum, quod qui dicit malum de alio, aut dicit de neceſſitate compulſus, aut inductus utilitate, aut exagitatus detrahendi libidine. Tunc compellitur neceſſitate, quando aſtringitur præcepto, vel humano, vel divino: humano, cum dicit ei, qui poteſt præcipere, & præcipit ut dicat, divino, quando conſcientia dictat homini, quod ipſe tenetur accuſare proximum, ut corrigatur, ſecundum illud præceptum Domini, de correctione fraterna. Tunc inducitur utilitate, quando narrat malum ejus alicui, qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe: ſicut quando quis narrat homini, qui diligit, & qui compatitur, & habet voluntatem corrigendi ipſum: quando vero non conſideratur neceſſitas, nec conſideratur utilitas, etiam ſi ſit veritas, non excuſatur detrahendi libidine, immo peccato detractionis peccat, etiam ſi verum dicat. Rationes igitur, quæ probant, quod peccatum ſit dicere malum de alio in abſentia, concedendæ ſunt, niſi interveniat utilitas, vel neceſſitas: tunc enim patet, quod non valent. Quod obiicitur in contrarium, quod juſtum eſt laudare, &c. Dicendum, quod quamvis digni ſunt vituperio, non tamen homo debet vituperare, nec eſt ſimile de laude, quia fama bona excitat ad bonum, ſed mala ad malum, & ideo non eſt publicandũ malum. Præterea, non eſt meum judicare. Quod obiicitur de compaſſione, *Compaſſio vera quæ.* dicendum quod vera compaſſio eſt, in qua vulneratur compatiens, non in qua damnificatur miſer. Et quia iſte in hac obloquutione dãnificat peccator eſt in fama, ideo non debet accuſare. Quod obiicitur de Domini mandato, dicendũ quod Dominus intelligit, quod vocandi ſunt, qui poſſunt, & volunt prodeſſe cum per Eccl. non intelligat multitudinem, ſed eum, qui poteſt, & debet corrigere, & tali eſt dicendum.

Verba oris Sapientis. Dedit ſupra remedium contra prælati malitiam: Hic dat remediũ contra prælati ſtultitiam, oſtendens prælatum ſtultum non eſſe promovendum: ſed magis præcipitio dignum: primo propter defectum loquutionis diſcretæ: ſecundo propter defectum conſiderationis providæ: tertio propter defectum operationis fructuoſæ. Propter defectum locutionis diſcretæ, ſtultus ſe ipſum præcipitat: ſicut per antitheſim ſapiens exaltat, ideo dicit: *Verba oris ſapientis gratia*: quia in ipſis propter diſcretionẽ acquiritur gratia. Sapiens verbis ſe ipſum amabilem facit: ſed econtra: *Labia inſipientis præcipitabunt eum*, id eſt, *Eccl. 10* verba, quæ procedunt de labiis inſipientis. Os ſtulti contritio ejus, & *Prov. 18* labia illius ruina animæ ejus. Et ratio præcipitationis eſt indiſcretio, quia indiſcrete inchoat, unde dicit: *Initium verborum ejus ſtultitia*. *Prov. 19* Et ratio hujus eſt, quia non conſiderat, unde: Vidiſti hominem velocem ad loquendum, ſtultitia magis ſperanda eſt, quam illius correptio. Indiſcretio conſummat, unde dicit, *Et noviſſimum oris illius, error peſſimus*, quia ſtultitia in fine perducit ad ſententiam erroneam. Fatuitas *Prov. 14* ſtultorum, imprudentia: quia ſicut

Digitized by Google

ut dictum eſt, Oculi ſapientis in capite ejus, ſtultus in tenebris ambulat, ulterius in ſtultitia perſeverat, ideo ſubdit: *Stultus verba multiplicat*, ita multiplicando verba ſtulta pertinax efficitur in malitia, contra quod: *Pſal. 140* Non declines cor meum in verba malitiæ: & hoc inutile, & vanum, unde dicitur: *Prov. 19* Qui tantum verba ſectatur, nihil habebit. Et: *Prov. 14* Ubi verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas.

Ignorat homo. Hic ſecundo oſtendit in ſtulto defectum conſiderationis providæ, quia cum ignoret præterita, non poteſt prævidere futura, ideo dicit: *Ignorat homo, quid ante ſe fuerit*, tamquam ſtultus, & inconſideratus. *Jac. 1* Conſideravit ſe, & abiit, & ſtatim oblitus eſt, qualis fuerit: *Et quid poſt eum futurum eſt, quis ei poterit indicare?* quaſi dicat, nullus. Qui ignorat futura, nullo poteſt ſcire nuntio, & hoc quidem valde damnoſum, unde: *Deut. 32* Utinam ſaperent, & intelligerent ac noviſſima providerent.

Labor ſtultorum. Hic tertio oſtendit in ſtulto defectum operationis fructuoſæ, quia in labore ſuo multum affligitur, & parum proficit, ideo dicit: *Labor ſtultorum affliget eos*, quia non laborant in bonis. *Hier. 9* Ut inique agerent, laboraverunt. Et: *Sap. 5* Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulavimus vias difficiles, viam autem Domini ignoravimus, & hujus rationem reddit: *Qui neſciunt in urbem pergere*, id eſt, neſciunt viam rectam ad eundum in urbem illam, de qua dicitur: *Iſa. 26* Urbs fortitudinis noſtræ Sion Salvator ponetur in ea murus, & antemurale. In hanc urbem neſciunt ſtulti pergere, unde: *Eccl. 6* Quid habet amplius a ſtulto ſapiens; & quid pauper, niſi, ut pergat illuc, ubi eſt vita.

Chriſtus & Antichriſtus. Spiritualiter hic per ſapientem intelligimus Chriſtum, per inſipientem Antichriſtum. *Verba oris ſapientis gratia*: quia verba Chriſti gratioſa: *Pſal. 44* Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. *Luc. 2* Et ſtupebant omnes, qui eum audiebant ſuper prudentia, & reſponſis ejus, & alii dicebant; *Joan. 7* Numquid ſic homo loquutus eſt. Econtra inſipiens, eſt Antichriſtus, de quo: *Pſal. 13* Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. *Labia ejus præcipitabunt eum*: quia propter ſuæ doctrinæ malitiam demergetur in profundum. Arctabuntur greſſus virtutis ejus, & præcipitabit eum conſilium ſuum. *Job 18* Verba enim ejus erunt verba blaſphemiæ, & ſuperbiæ, ideo ſtulta, & erronea. Unde dicitur: *Dan. 10* Adverſus Deum Deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec compleatur iracundia. Et: *2 Theſ. 2* Revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adverſatur, & extollitur ſuper omne, quod dicitur Deus. Iſte inſipiens non tantum indiſcretus erit in loquendo, ſed etiam improvidens: quia non conſiderabit ruinam, quæ ſequutura eſt eum, ſecundum quod dicit Apoſtolus: *Ibid.* Quem Dominus Jeſus interficiet ſpiritus oris ſui. Iſtum inſipientem ſtulti ſequentur, & affligentur: *Qui neſciunt in urbem pergere*, per veram fidem, & dilectionem. *Ibid.* Mittet illis Deus operationem erroris, qui veritati non crediderunt, ſed conſenſerunt iniquitati: eo quod charitatem veritatis non receperunt, ideo neſcientes decipientur. Unde: *Pſal. 140* Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.

Væ tibi terra. Dedit remedium contra inordinationem, quæ provenit ex prælato malo, & ſtulto. Hic tertio dat remedium contra inordinationem, quæ provenit ex prælato inutili, & remiſſo; oſtendens talem pigrum, & carnalem non eſſe præficiendum, nec etiam ſuſtinendum. Et habet hæc pars duas, quia primo deteſtatur eum, oſtendens ipſum prælatione indignum, ſecundo dicit non eſſe ei occulte detrahendum, ibi: *In cogitatione tua*. Oſtendit ergo carnalem, & pigrum eſſe prælatione indignum: primo propter deordinationem gulæ: ſecundo propter infirmitatem, vel otioſitatem pigritiæ: tertio propter ineptitudinem lætitiæ: quarto propter ſubverſionem juſtitiæ, ob amorem pecuniæ. Propter deordinationem gulæ, prælatus carnalis, & remiſſus eſt prælatione indignus, & væ eis, qui eum ſibi præficiunt, ideo dicit: *Væ tibi terra, cujus rex puer eſt*, id eſt, inſequutor paſſionum: pueri enim paſſionum ſunt inſequutores. *Iſa. 65* Puer centum annorum morietur:

tur: ideo Væ: quia occaſio damna- A
tionis æternæ, & ſignum indignatio-
Iſa. 3 nis divinæ. Dabo pueros principes
eorum, & effæminati dominabuntur
eis, & quia principes ſequuntur du-
cem, ideo dicit: *Et cujus principes*
mane comedent: cito quærentes dele-
ctabilia, & ideo ſemper ſunt inſipi-
Prov. 20 entes, quia dicitur: Luxurioſa res eſt
vinum, & tumultuoſa ebrietas, qui
cumque iis delectatur, non erit ſa-
piens: Et quia oppoſita juxta ſepo-
ſita magis eluceſcunt, commendat
contrarium in ejus deteſtationem.
Beata terra, cujus rex eſt nobilis, no-
bilitate, ſcilicet morum: quia nobi-
litas ſola eſt, quæ animum moribus
Prov. 31 ornat. De quo: Nobilis in portis vir
ejus: quando ſederit cum ſenatoribus B
terræ. Et quia principes ſequuntur
ducem, ideo ſubdit. *Et cujus princi-*
pes veſcuntur tempore ſuo, id eſt, ho-
ra debita poſt negotia expedita, &
hoc: *Ad reficiendum, non ad luxuriam.*
Interlinearis: Tantum comedunt,
ut vivant, non vivunt, ut comedant,
ſicut illi de quibus: Coinquinationis,
2 Pet. 2 & maculæ deliciis affluentes, in con-
viviis luxuriantes.

In pigritiis humiliabitur. Hic ſecun-
do oſtendit ipſum prælatum remiſ-
ſum, indignum eſſe, propter otioſi-
tatem pigritiæ, ad quam ſequitur de-
ſtructio domus: propter quod dicit:
In pigritiis humiliabitur contignatio.
Contignatio dicitur conjunctio ligno-
rum ad cooperiendam domum. Iſta C
humiliabitur in pigritiis: quia dum
negligitur reparari, corruit: ſicut
etiam deſtruitur ædificium ſpirituale
Prov. 18 per pigritiam. Qui mollis & diſſo-
lutus eſt in opere ſuo, frater eſt ope-
Eccl. 27 ra ſua diſſipantis. Et quia, ubi non
eſt timor Domini pungens, regnat
pigritia, ideo dicitur: Si non in ti-
more Domini tenueris te inſtanter,
cito ſubvertetur domus tua: *Et in in-*
firmitate manuum perſtillabit domus.
Idem dicit, ſed magis explanat. *Do-*
mus perſtillat, quando eſt pluvioſa, &
non defendit ſe ab imbribus, in qua
non eſt bonum, nec ſecurum eſſe,
Prov. 27 Unde: Tecta perſtillantia in die frigo-
ris, & litigioſa mulier comparantur.
Iſta domus perſtillat, quando manus
ſunt infirmæ, & remiſſæ, & ideo:
Remiſſas manus, & ſoluta genua eri- Heb. 12
gite, & greſſus rectos facite pedibus
veſtris. *In riſum faciunt panem, &*
vinum. Gloſſa, Prælati in riſu, ideſt,
in lætitia inepta. Anima mea habes Luc. 12
multa bona in annos plurimos, come-
de, bibe, epulare: & ideo ſubjungit:
Ut epulentur bibentes, faciunt enim,
ut comedant, non ut eſurienti fran-
gant. Epulati eſtis ſuper terram, & Jac. 5
in luxuriis enutriſtis corda veſtra, &
de hoc reprehenduntur. Cythara, & Iſa. 5
lyra, & vinum in conviviis veſtris,
& opus Dei non reſpicitis.

Et pecuniæ obediunt omnia. Tangi-
tur hic tertio, quod indigni ſunt pro-
pter ſubverſionem juſtitiæ, quam ſub-
vertunt ob amorem pecuniæ, ideo
dicit: *Et pecuniæ omnia obediunt*: quia
omnes pecuniam ſuper omnia dili-
gunt. Omnes diligunt munera, ſe- Iſai. 1
quuntur retributiones: & inde ſequi-
tur ſubverſio juſtitiæ: pupillo non ju-
dicant, & cauſa viduæ non ingreditur
ad eos. Quare? quia nihil habet eis
dare. A minore uſque ad majorem Hier. 6
omnes avaritiæ ſtudent. *In cogitatio-*
ne tua. Supra oſtendit carnalem, &
pigrum indignum prælatione: hic
conpeſcit ſubditos in occulta detra-
ctione, ſi contingat talem præfici, &
primo ponit exhortationem; ſecundo
reddit rationem. Exhortatur igitur
ut nec malum dicat, minuendo fa-
mam, nec malum imprecetur, op-
tando ejus miſeriam, ideo ait: *In*
cogitatione tua regi ne detrahas, id eſt,
in occulto. Diis non detrahes, & Exod. 22
principi populi tui non maledices.
Et in ſecreto cubiculi tui: id eſt, con-
ſcientiæ; *Ne maledixeris diviti*. Et
hoc imprecando malum. Benedicite Rom. 12
perſequentibus vos, benedicite, &
nolite maledicere. Et: Non maledi- 1 Pet. 3
ctum pro maledicto.

Quia aves cæli. Hic redditur ex-
hortationis ratio; quia publicabitur
ab Angelis, quod dixiſti in occulto:
quia, *Aves cæli portabunt vocem tuam.*
Aves cœli vocat dæmones, propter
ſuam velocitatem: quia veloces ſunt:
vel propter rapacitatem. Deſcende- Gen. 15
runt volucres cœli ſuper cadavera, &
abigebat eas Abraham. Et: Aliud ce- Matt. 13
cidit ſecus viam, & volucres cœli co-
mederunt illud. Et appellatur hic,

co-

cœlum, aer caliginoſus, in quo ſunt A dæmones: Iſti portant vocem, quia
Matt. 10. publicant frequenter occulta. Nihil occultum, quod non ſciatur: *Et qui habet pennas, annuntiabit ſententiam*. Diabolus annuntiabit tuam malam loquutionem; quia ipſe eſt accuſator,
Apoc. 12. ſed ipſe proiicietur tandem. Projectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat eos die, ac nocte.

Sed incidit hic dubitatio; quia dicit, quod, *Aves cæli*, id eſt, dæmones annuntiant determinationem cogitationis: ergo videtur, quod diabolo ſit nota voluntas noſtra, & cogitatio. Sed contra hoc eſt, quia de
Pſal. 7. ſolo Deo dicitur, Quia ipſe eſt ſcrutans corda, & renes; ergo ſolus cognoſcit cogitationes, & affectiones. B
Apoc. 2. Item dicit Auguſtinus, quod ſi diabolus cognoviſſet patientiam Job, numquam eum tentaſſet; quia non tentat aliquem, niſi ut vincat, non ut vincatur. Reſpondeo, dicendum, quod nec dæmones, nec etiam boni Angeli, niſi in verbo, poſſunt cognoſcere cogitationes noſtras, & affectiones occultas; & voco occultas quæ non manifeſtantur per ſigna; eas autem, quæ per ſigna manifeſtantur, dæmones deprehendunt, & illas cognoſcunt, & quia pauci ſunt, quorum non appareant aliqua ſigna, vel in opere, vel in facie, vel in verbo, ſeu alio modo: ideo dicit, quod audiunt.

Item quæritur de hoc, quod dicit, quod, *Aves cœli portabunt, vel annuntiabunt*. C Ego quæro, quomodo portabunt? Si dicatur, quod ad eum, de quo dicitur; illud falſum eſt, quia tunc quilibet ſciret omnia mala occulta, quæ de ſe dicuntur: intelligit ergo, quod portabunt ad Deum. Sed contra: Deus eſt nobis immediatior, & præſentior, quam dæmones; cum non longe ſit ab unoquoque noſtrum. Si igitur portare, vel annuntiare ſit ei, qui diſtat, patet, quod non ſit idem. Item illud portare, per quos ſcitur, aut per Angelos bonos, aut per malos: non per bonos, quia boni noſtram ſalutem procurant, non ergo damnationem: non ergo offerunt mala. Si per dæmones, contra: Dæmones Deum non vident, nec magis Deo loquuntur, quam mali homines: ergo ſi mali homines non ferunt ad Deum: ergo nec dæmones. Reſpondeo, dicendum, quod aves dicuntur hic mali ſpiritus, ſive dæmones, iſti dicuntur Deo portare merita mala, & occulta: Angeli autem boni merita bona portare dicuntur: portare autem hoc, non eſt Deo voce tenus referre, vel ei tamquam ignoranti notificare: ſed malitiam noſtram cognoſcere: & cogitatione memorari, & teſtis eſſe: boni autem addunt ſupra cognitionem, memoriam, & teſtimonium, interceſſionem: mali vero accuſandi voluntatem, & ſic patet reſponſio: quia non referunt, tamquam diſtanti, ſed tamquam judici: & ad ſecundum, quia mali ex officio mala conſervant, & damnationem procurant: ideo eis competit.

CAPUT UNDECIMUM.

Mitte panem tuum. Poſuit ſupra remedium contra hoc, quod videbatur deficere regimen providentiæ ex inordinatione prælationis: hic ſecundo ponit remedium contra hoc, quod videbatur retributio juſtitiæ, propter quam aſſecurabatur homo in malo, & torpebat ad bonum. Remedium autem hoc conſiſtit in conſideratione retributionis futuræ: & quoniam Deus tribuit benefacientibus bona: & malefacientibus retribuet mala: ideo primo ex conſideratione præmii mittet ad bonum; ſecundo ex conſideratione ſupplicii revocat a malo, ibi: *Si annis multis vixerit homo*. Bonum autem, ad quod invitant, eſt bonum pietatis, quæ valet ad omnia, & propter quam maxime juſti ſalvantur, ſicut patet apud Matthæum, ubi ſola opera miſericordiæ numerantur. Ideo hortatur Matth. 25. hic ad opera miſericordiæ, & eleemoſynæ faciendæ propter retributionem, & primo hortatur, ut fiant libenter: ſecundo, ut fiant abundanter, ibi: *Da partes octo*. Tertio, ut fiant inceſſanter, ibi: *Qui obſervat ventum*. Cum ergo hortatur, ut fiant voluntarie, & libenter, præmittit exhortationem, & ſubjungit retributionem; exhortatur igitur ad libenter eleemoſynam faciendam, ideo

Digitized by Google

eo dicit: *Mitte panem tuum*, id eſt, libenter, & liberaliter da, non per
2 Cor 9 extorſionem, & quaſi coactus: Unuſquiſque prout deſtinavit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate: hilarem enim datorem diligit Deus. *Panem tuum*, non alienum.
Eccl. 34 Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperis, quaſi qui victimat filium in aſpectu patris. *Super tranſeuntes aquas.*
Apoc. 17 Aquæ, quas vidiſti, ubi meretrix ſedet, populi ſunt, & gentes. Tranſeuntes aquæ ſunt, qui tranſeunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum: tales ſunt peregrini, & advenæ, iſtis facienda eſt
Iſa. 58 eleemoſyna. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in
Pſal. 68 domum tuam. Vel aquæ ſunt tribulationes præſentes: juxta illud: Intraverunt aquæ uſque ad animam meam. Tranſeuntes aquæ ſunt pauperes, & afflicti, qui per tribulationes tranſeunt ad requiem, talibus eſt
Luc. 14 eleemoſyna facienda, Cum facis convivium, voca pauperes, ac debiles, cæcos, & claudos: & redditur ratio. *Quia poſt tempora multa invenies illum*, id eſt retributionem pro illo, non ergo deficit retributio, ſed differtur:
Eccli. 12 Benefac juſto, & invenies retributionem magnam, & ſi non ab ipſo, cer-
Luc. 16 te a Domino. Item: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.

Da partes ſeptem. Hic ſecundo hortatur ad dandum abundanter, & præmittit exhortationem, & ſubjungit rationem: exhortatur ergo ad abundantiam, dicens: *Da partes ſeptem, necnon & octo*, id eſt, ſecundum poſſibilitatem tuarum virium, da eleemoſynam, ut, ſive pauper fueris, ſive dives, des bonorum tuorum ſeptimam, & octavam, id eſt, par-
2 Cor. 8 tem pauperum facias bonam; Ut veſtra abundantia illorum inopiam
Luc. 11 ſuppleat. Et; Date eleemoſynam de eo, quod ſupereſt: ideo dicit. *Da partes ſeptem*, per ſenarium enim intelligimus, quantum ſufficit ad ſupplendam neceſſitatem propriam, quidquid ultra illud eſt, dicitur. *Septem, & octo*, & hoc pauperibus eſt diſtribuendum, non eſt congregandum in theſauros terrenos, ſed cœleſtes, un-
Matt. 6 de: Theſaurizate vobis theſauros in

A cœlo, ubi nec ærugo, nec tinea demolitur. Et; Si multum tibi fuerit, Tob. 4
abundanter tribue: ſi parum, etiam illud libenter impertiri ſtude: & ratio hujus largitatis redditur, cum infertur: *Quia ignoras*, & multiplex redditur ratio, ſcilicet propter cautelam mali, unde dicit: *Ignoras, quod ſit futurum mali ſuper terram*, quia ergo non es certus, neceſſe habes tibi providere, ne incidas in periculum: & remedium optimum eſt abundans eleemoſyna. Conclude eleemoſynam Eccl. 29
in ſinu pauperis, & hæc pro te rogabit, & liberabit ab omni malo: propter amplificationem meriti, dicit: *Si repletæ fuerint nubes*, a Deo ſupple. *Imbres ſuper terram effundent*: propter
B imbrem terra fructificat. Veniet quaſi Oſee. 6
imber temporaneus, & ſerotinus terræ, & ad fructificandum, vel ad fruendum, & ad multiplicandum bona terræ, merito eleemoſynæ; ſicut enim imbres plene inebriant terram pluvia, ſic eleemoſynæ multiplicatæ inebriant animam gratia: Qui au- 2 Cor. 9
tem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum juſtitiæ veſtræ. Propter ſtabilitatem præmii, quod non poterit variari, nec perdi, propter quod dicit: *Si ceciderit lignum ad auſtrum*, lignum iſtud, homo de quo Job: Lignum habet Job. 14
ſpem, ſi præciſum fuerit, rurſum
C vireſcit: & auſter dat intelligere calorem charitatis, & ſtatum gloriæ: Surge aquilo, veni auſter, & perfla Cant. 4
hortum meum. Lignum igitur cadere ad auſtrum eſt hominem in morte introduci in gloriam. *Ibi erit*, id eſt, numquam poterit demereri. Qui vicerit, faciam illum columnam Apoc. 3
in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius. *Si ceciderit ad Aquilonem, ibi erit*, id eſt, ſi ad pœnam infernalem. Ab Aquilone pan- Jer. 1
detur omne malum: qui cadit in infernum, ibi erit, quia inde numquam liberabitur. Juſto enim dicitur: Ignis Iſa. 66
eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur. *In quocumque loco ceciderit, ibi erit*, ſive bono, ſive malo. Quæ ſeminaverit homo, Gal. 6
hæc & metet.

Qui

Digitized by Google

Qui obſervant ventum. Hic hortatur ad dandum inceſſanter: & primo docet tempora non eſſe obſervanda: ſecundo opera divina non eſſe perſcrutanda: tertio opera miſericordiæ continuanda. Quantum ad primum, dicit; *Qui obſervat ventum, non ſeminat*, quia frequenter venit ventus, quem non vult, & frequenter non venit ventus, qui placeat; *Et qui conſiderat nubes, numquam metet*, & ideo oportet, quod quando eſt tempus metendi, metat, & ſerendi, ſerat; non expectet; ſic in propoſito, dum tempus bonum faciat:
Eccl. 8 Cor inopis ne afflixeris, & ne pertrahas datum anguſtianti. Prov. 3 Et; Ne dicas amico tuo; Vade, & revertere & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare, & ita non debet tardare.

Quo modo ignoras. Supra dixit, divina opera non eſſe conſideranda, vel perſcrutanda, quia non poſſumus, ideo dicit; *Via ſpiritus*,
Joan. 3 qui eſt Deus, quia ignoramus. Spiritus ubi vult ſpirat, & vocem ejus audis, & neſcis, quo vadat. Et;
Job. 9 Si venerit ad me non videbo eum: ſi abierit, non intelligam. Spiritus, qui eſt animus, ſive ſpiritualis creatura, cujus materia, id eſt, ortus,
Eccl. 3 neſcitur, nec etiam occaſus. Quis novit, ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat surſum. Spiritus, qui eſt ventus, cujus via neſcitur, id eſt,
Pſal. 134 origo. Qui profert ventos de theſau-
Exod. 15 ris ſuis. Et: Flavit ſpiritus tuus, & oportuit eos mare. Dicit ergo, *Quo modo ignoras, quæ ſit via ſpiritus, & qua ratione compingantur oſſa in ventre prægnantis*, id eſt, quomodo compaginentur, & diſtinguantur, quia etiam ipſe Avicenna dicit, quod vis formativa membrorum, eſt vis
2 Mach. 7 divina. Et in libris Machabæorum; Neſcio, qualiter in utero meo apparuiſtis, neque enim ſpiritum, & animam donavi vobis, & ſingulorum membra non ego compegi. Sed ille
Job. 10 compegit, cui inquit Job; Oſſibus, & nervis compegiſti me. Quo modo hæc ignoras, quæ ſunt carnalia. *Sic ignoras opera Domini, qui fabricator eſt omnium*, opera, id eſt, occulta judi-
Pſal. 110 cia, de quibus: Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates
A ejus. Sic opera ignoramus. O altitu- Rom. 11
do divitiarum, ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus.

Mane ſemina. Hic tertio hortatur ad benefaciendum inceſſanter & præmittitur exhortatio, ſecundo ſubiungitur exhortationis ratio, & tertio remuneratio. Exhortatur ergo ad faciendum opera miſericordiæ inceſſanter, cum dicit: *Mane ſemina ſemen tuum*, hoc eſt, in tempore juventutis, quia: Bonum eſt viro, qui por- Thren. 3
taverit jugum ab adoleſcentia ſua. *Et veſpere ne ceſſet manus tua*, ide eſt, in ſenectute, quaſi dicat in omni tempore, & ætate ſine ceſſatione ſunt
B facienda bona. Bonum autem facien- Gal. 6
tes, non deficiamus, tempore enim accepto metemus, non deficientes, ideo continue ſerendum, quia: Qui 2 Cor. 9
parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet: *Quia neſcis*. Hic notatur ſecundum, ſcilicet exhortationis ratio, quia neſcit homo, quando, & quæ opera acceptat Deus, ſicut qui ſeminat, neſcit quod ſemen fructum faciet: ideo dicit: *Quia neſcis, quid magis oriatur hoc*, id eſt, ſerotinum. *Aut illud*, id eſt, matutinum. Neſcit homo utrum a- Eccl. 9
more, an odio dignus ſit. *Et ſi utrumque ſimul melius erit*, quia plura bona paucioribus magis eligenda. Bea- Iſa. 32
C ti, qui ſeminatis ſuper omnes aquas.

Dulce lumen. Hic notatur tertium, ſcilicet, remuneratio, & hæc eſt aſpectus luminis, & ſolis æterni, in quo eſt ſumma dulcedo, & ita magna remuneratio eſt, propterea dicit: *Dulce lumen*, ad aſpiciendum. De hac dulcedine: Quam magna Pſal. 30
multitudo dulcedinis tuæ Domine. *Et delectabile eſt oculis meis videre ſolem*, illum ſolem, de quo dicitur: Orietur vobis timentibus Deum, ſol Mal. 4
juſtitiæ. Hunc ſolem, delectabile eſt videre. In quem deſiderant Angeli 1 Pet. 1
proſpicere. Et quia ii ſoli videbunt illud lumen, qui erunt in dextris: ideo dicitur: Delectationes in dextera tua uſque in finem. Pſal. 15

Poſſunt hæc breviter etiam exponi de eleemoſyna ſpirituali, quæ conſiſtit

ſiſtit

Digitized by Google

ſiſtit in inſtructione proximi, ad quam ſimiliter exhortatur ad dandum libenter, ſive abundanter, & inceſſanter: libenter, vel liberaliter, cum dicit: *Mitte panem tuum*, ide eſt, gratis da. Matth. 10 Gratis accepiſtis, gratis date: *Panem*, ſcilicet doctrinæ, de quo dicitur: Thren. 4. Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. *Super tranſeuntes aquas*, id eſt, contemnentes bona temporalia, quibus ſolis dicitur: Matth. 7. Nolite ſanctum dare canibus. Abundanter etiam diſpenſanda, ideo dicit: *Da partes ſeptem*, intelligimus doctrinam Chriſti veteris teſtamenti: quia ibi præcipiebatur ſeptima dies ſervari: *Per octo*, intelligimus doctrinam novi teſtamenti, quia octava dies obſervari præcipitur: & quia non poteſt homo abundanter doctrinam communicare, niſi deſuper impleatur, dicit: *Si impletæ fuerint nubes, imbrem emittent ſuper terram*; Nubes ſunt prædicatores boni, qui volant Iſa. 60 ad alta per contemplationem. Qui ſunt hi, qui ut nubes volant, & quaſi columbæ ad freneſtras ſuas? Iſti Iſa 11 replentur a Domino ſcientia. Repleta eſt terra ſcientia tua, ſicut aqua maris operientis: & hoc per Spiritum ſanctum: Spiritus Domini replevit Sap. 1. orbem terrarum. Iſtæ nubes repletæ effundent imbrem, id eſt, di- Eccl. 39. vini verbi doctrinam: Ipſe, tamquam imbres, emittet eloquia ſapientiæ Iſa. 55 ſuæ. Et: Quo modo deſcendit imber, & nix de cœlo, & inebriat terram, & infundit eam, ſic erit verbum meum ſuper terram cordis ad Heb. 6. fructificandum. Terra ſuper ſe venientem bibens imbrem, & proferens terram optimam.

Inceſſanter etiam eſt diſpenſanda, ideo dicit: *Qui conſiderat ventum, non ſeminat*. Seminare, eſt verbum Matth. 13 Dei prædicare. Exiit, qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, & poſt ſemen eſt verbum Dei. Ventus iſte, eſt ventus detractionis, de quo dicitur: Job. 1 Ventus venit a regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus. Qui obſervat hunc ventum detractionis, numquam ſeminat: quia qui timet verba hominum detrahentium, non prædicat ad fructum, immo agi- Matth. 11 tatur, ut arundo. Quid exiſtis videre? Arundinem vento agitatam? *Et qui conſiderat nubes, numquam metet*. Nubes, ut dicit Gloſſa, eſt blandimentum adulationis, quod qui cupit habere, numquam metet vitam æternam, quia: Receperunt mercedem Matth. 6 ſuam. Et: Qui ſeminat in carne Gal. 6 ſua, de carne & metet corruptionem: & ideo non ſunt hæc attendenda, ſed mane, & veſpere prædicandum. Prædica verbum, inſta op- 2 Tim. 4 portune, importune. Et: Per trien- Act. 20 nium non ceſſavi die, ac nocte cum lacrymis monens unumquemque veſtrum.

Si annis multis vixerit homo. Supra hortatus eſt ad bonum, conſideratione præmii. Hic attendit revocare a malo, conſideratione futuri judicii, & ſupplicii: & id quidem facit hoc ordine: primo dicit futuri temporis habendam eſſe memoriam; ſecundo reprehendit præſentem lætitiam: tertio hortatur abiicere omnem nequitiam, & malitiæ abundantiam ad futuri temporis memoriam habendam, quantumcumque homo abundet præſenti proſperitate, propter quod dicit: *Si annis multis vixerit homo*: Quia re vera, etſi videantur multi, tamen multi eſſe non poſſunt, ſecundum illud: Numerus dierum homi- Eccl. 18 nis, ut multum centum anni. *Et in his omnibus lætatus fuerit*: ſecundum quod illi, de quibus dicitur: Tenent Job. 21 tympanum, & gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos: *Meminiſſe debet tenebroſi temporis*, id eſt, diei judicii, quæ erit tempus tenebroſum. Dies illa, dies iræ, dies Soph. 1. tenebrarum, & caliginis: *Et dierum multorum*. Iſti ſunt dies, ſive anni æternitatis. Melior eſt dies una in Pſal. 83 atriis tuis ſuper millia. Memorari debet diei judicii, ut timeat: memorari debet gloriæ, ut ſperet, & gaudeat, & hoc ſecundum viciſſitudinem operum, unde: In die bono- Eccl. 11 rum, ne immemor ſis malorum, & in die malorum, nec immemor ſis bonorum: *Dierum*, inquam, *multorum, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita*, id eſt, manifeſte oſtenduntur fuiſſe vana, unde Hieronymus: Cum regnum Chriſti ve- Sap. 5 nerit, cætera regna evaneſcent: *Arguen-*

guentur præterita : De vanitate inſtabilitatis. Quid nobis profuit ſuperbia, & divitiarum jactantia, quid contulit nobis : tranſierunt hæc omnia, velut umbra. *Eccl. 17* Arguentur de vanitate iniquitatis : Quid nequius, quam quod excogitavit caro, & ſanguis. Et hæc arguentur : quæ enim arguuntur, a lumine manifeſtantur.

Lætare ergo juvenis. Hic ſecundo reprehendit præſentem lætitiam aſſerens hominem pro illa judicandum eſſe, unde ironice loquens, dicit ; *Lætare ergo juvenis in adoleſcentia tua* ; Quia illa ætas lætitiæ apta, unde dicitur : *Sap. 2* Venite, fruamur creatura, tamquam in juventute celeriter ; quaſi dicat, ne læteris in juventute, ne doleas in ſenectute, unde : *Eccl. 5* Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui : & explicat lætitiam, ut ſit completa in animo, & in opere, & in ſigno : quantum ad lætitiam delectationis in animo, dicit : *Et in bono ſit cor tuum* : quaſi dicat, non læteris corde, quia : *Eccl. 7* Cor ſtulti ubi lætitia. Quantum ad delectationem in opere, dicit : *Et ambula in viis cordis tui*, id eſt, exterius comple opere, quod deſideras corde : quaſi dicat, non ambules. *Eccl. 18* Fili poſt concupiſcentias tuas non eas, & a voluptate tua avertere. Quantum ad lætitiam in ſigno, dicit : *Et in intuitu oculorum tuorum*, ut ea tueatur oculus, quæ deſiderat cor, & operatur manus tua : ſecundum quod dicitur de illis, de quibus : *2 Pet. 2* Habentes oculos plenos adulterii, & inceſſabilis delicti : quaſi dicat, non ſic amabiles. *Iſa. 3* Pro eo, quod elevatæ ſunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum ; & quod iſtud ſit ironice dictum, patet, quia comminatur malum ſic lætantibus, unde ſubdit ; *Et ſcito, quod pro his omnibus adducet te Deus in judicium* ; *Job. 19* Et ideo omnia ſunt fugienda. Fugite a facie gladii, quia ultor iniquitatis eſt gladius, & ſcitote eſſe judicium.

Aufer iram. Hic tertio hortatur abiicere omnem nequitiam, videlicet malitiam cordis, & immunditiam carnis. Quantum ad malitiam cordis dicit : *Aufer iram a corde tuo* : ut non iraſcaris, quia ira reddit hominem nequam. *Matth. 5* Ego autem dico vobis, quod omnis, qui raſcitur fratri ſuo, reus erit judicio : et ſi iraſcitur, non perdurare debet, unde dicitur : *Epheſ. 4* Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Quantum ad immutationem carnis, dicit : *Et amove malitiam a carne tua*. Et ſic excludit omnem immunditiam carnis. *Jac. 1* Abiicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, ſuſcipite inſitum verbum. Ille aufert malitiam a carne, qui mortificat eam. *Coloſ. 3* Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram : & redditur ratio hujus : *Adoleſcentia enim, & volupta vana ſunt* : quia cito tranſeunt. *1 Joan. 2* Tranſit mundus, & concupiſcentia ejus, & ideo : *Sap. 5* Quid nobis profuit ſuperbia, aut quid divitiarum jactantia, quid contulit nobis ? Tranſierunt hæc omnia, velut umbra.

CAPUT DUODECIMUM.

Memento Creatoris tui) Egit ſupra de vanitate pœnalitatis, quæ eſt pœna, & peccati occaſio : Hic agit de illa ; quæ eſt pura afflictio, quæ revocat a malo, & ſollicitat in bono. Et habet hæc pars duas, quia primo tangit pœnalitates, & miſerias in generali : ſecundo in ſpeciali, ibi : *Quando commovebuntur*. Pœnalitatem igitur in communi deſcribit, quantum ad tria : primo, quantum ad præſentiam nocivi : ſecundo, quantum ad abſentiam jucundi ; tertio, quantum ad defectum remedii, ex quorum conſideratione hortatur meminiſſe Dei. Quantum igitur ad præſentiam nocivi dicit : *Memento Creatoris tui* : laudem, & confeſſionem ſibi dando. *In diebus juventutis tuæ*, id eſt, quamdiu vivens es, & ſanus. *Eccl. 17* Confiteberis vivens, vivus, & ſanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miſerationibus illius : & ratio hujus eſt : ut non expectetur tempus ſenectutis, in quo eſt præſentia nocivi, propter quod dicit : *Antequam veniat tempus afflictionis*. *Eccl. 18* Ante languorem adhibe medicinam : & ante judicium interroga teipſum : *Et appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placent*. Iſti ſunt anni, in quibus natura humana inquietatur per multas moleſtias,

ſtias, & iſti ſunt in ſenectute, & appropinquant, unde dicitur: Anni noſtri, ſicut aranea, meditabuntur. Et: Supervenit manſuetudo; & corripiemur. Quantum ab abſentiam jucundi, dicit: *Antequam tenebreſcat Sol*. In cujus aſpectu eſt magna jucunditas. Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre ſolem, unde Tobias dicebat: Quale gaudium mihi erit, quia in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video. Et ut ſignificet omnimodam abſentiam, excludit omne bonum lumen cœleſte, unde dicit: *Antequam tenebreſcat Sol*, ut ſcilicet non videatur in ſua rota: *Et lumen*, ut non videatur ejus influentia, & hoc de die: *Et luna & ſtellæ*, de nocte. Stellæ cœli, & ſplendor earum non expandent lumen ſuum, obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo, & luna non ſplendebit in lumine ſuo. Quantum ad defectum remedii, dicit: *Et revertantur nubes poſt pluviam*. Poſt pluviam conſuevit cœlum ſerenari: quando ergo poſt pluviam revertitur turbatio nubium, ſignum eſt, quod non eſt reditus ad exultationem, & lætitiam. Poſt tempeſtatem, tranquillum facis, & poſt lacrymationem, & fletum, exultationem infundis. Sed dies illi convertentur in tenebras, nec revertentur ad lucem. Expectet lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ.

Pſal. 89 — Ibidem. — Eccl. 12 — Tob. 5 — Iſa. 13 — Tob. 3 — Job. 3

Spiritualiter hortatur hic unumquemque recordari beneficiorum Dei & ipſius benefactoris, antequam tradatur homo in reprobum ſenſum, & incidat in cæcitatem erroris, propterea debent recordari Dei, quia Creator. Primum quidem dedit eſſentiam: Ego feci terram, & hominem ſuper eam creavi, ideo recordandum. Contra quod: oblitus es Dei creatoris tui. Dedit potentiam: Domini Dei tui recordaberis, eo quod ipſe tribuit tibi vires, ut impleret pactum ſuum. Dedit operationem bonam: Deus operatur in nobis velle, & perficere. Et: Omnia opera noſtra operatus es nobis: & ideo recordandum. Memor fui operum Domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum: Quia pro nobis incarnatus. Exultabimus, & lætabimur in te memores uberum tuorum ſuper vinum. Quia redemptor, qui pro nobis paſſus: Recordare paupertatis meæ. Quia nobis cibus de cœlo datus eſt: Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe. Quia remunerator ſecundum meritum. Reddis unicuique ſecundum opera ſua: propter hoc dicitur: Memor fui judiciorum tuorum. Ad votum: Nomen tuum, & memoriale tuum in deſiderio animæ, & propterea ſubditur: Anima mea deſideravit te in nocte. Supra deſiderium: Miſerationum Domini recordabor ſuper omnibus bonis, quæ reddat nobis Dominus.

Rom. 1 — Iſa. 45 — Deut. 32 — Deut. 8 — Phil. 2 — Iſa. 26 — Pſal. 76 — Cant. 1 — Thren. 3 — Pſal. 110 — Pſal. 61 — Pſal. 118 — Iſa. 26 — Iſa. 63

Hujus igitur Creatoris debemus recordari, & gratias agendo, & ad ipſum convertendo: *Antequam tenebreſcat Sol*, ſcilicet juſtitiæ Chriſtus, cum homo cadit a fide. Occidet eis ſol in meridie: *Et lumen*, gratiæ, cum homo cadit a charitate: tunc enim perdit gratiam. Erravimus a via veritatis, & lumen juſtitiæ non luxit nobis. *Et Luna*, intelligentia ſcripturæ ſacræ, quæ ſcilicet lumen recipit a Chriſto. Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus ejus. Mulier amicta ſole, eſt gentium Eccleſia, cui data eſt ſacræ ſcripturæ plena intelligentia: *Et Stellæ*, exempla perfectorum. Stellæ lumen dederunt in cuſtodiis ſuis, nocte ſcilicet, & dixerunt, adſumus. *Et nubes revertetur*, id eſt, ceſſet doctrina prædicatorum. Fili hominis adhærere faciam linguam tuam palato tuo.

Amos 8 — Sap. 5 — Apoc. 12 — Baruch 3 — Exod. 3

Quando commovebuntur. Supra egit de pœnalitate, quæ venit, & conſequitur juventutem in generali, hic agit in ſpeciali. Et primo de miſeriis agit antecedentibus mortem: ſecundo de concommitantibus, ibi; *Quoniam ibit homo*; tertio de conſequentibus: *Antequam rumpatur funis argenteus*. Prima habet duas: quia primo agitur de pœnalitate, quæ attenditur in membrorum debilitate: ſecundo vero de ſigno debilitatis, ibi: *Excelſa quoque timebunt*. Primo igitur oſtendit debilitationem futuram in ſenectute, quantum ad ſex ge-

Digitized by Google

genera membrorum: primo ſcilicet quantum ad commotionem oſſium, quæ ordinata ſunt ad corpus protegendum, cum dicit: *Quando commovebuntur cuſtodes domus*. Domus eſt machina corporis, hæc fragilis eſt: & ideo cuſtode indiget, & ideo dicit Philoſophus, quod natura fecit oſſa dura ad cuſtodienda membra noſtra, ſicut coſtæ ad membra, & ventrem: & teſta ad caput: hæc commoventur, quando eorum juncturæ laxantur.

Ariſt. li. 2 de part. anim. ca. 9

Item quantum ad debilitationem crurium ad pondus corporis ſuſtinendum, unde dicit: *Et nutabunt viri fortiſſimi*; viri fortiſſimi ſunt crura, quia ſicut fortes portant pondus belli, ſic crura pondus corporis. Hi viri fortiſſimi nutant, quando crura tremulant, & vacillant & non ſecure ſuſtentant.

Tertio, quantum ad imminutionem dentium ad cibaria maſticandum, unde dicit: *Et otioſæ erunt molentes imminuto numero*; molentes ſunt duæ maxillæ, quæ ad modum duarum molarum conterunt cibum. Hæc, imminuto numero dentium, erunt otioſæ, quia cibum ad manducandum non poſſunt conterere.

Quarto, quantum ad obſcurationem oculorum, ad videndum, ideo dicit: *Et tenebreſcent videntes per foramina*: Videntes per foramina, oculi ſunt, qui ſunt, quaſi duo foramina ad videndum. Iſti tenebreſcunt, quando ſenes lumen videre non poſſunt, ſicut dicitur de Heli, quod caligaverant oculi ejus, nec poterat videre lucernam, donec extingueretur. Sicut etiam Iſaac, de quo dicitur: Senuit Iſaac, & caligaverunt oculi ejus.

1 Reg. 2

Gen. 27

Quinto, quantum ad immobilitatem labiorum ad pronuntiandum, cum dicit: *Et claudent oſtia in platea*: Oſtia ſunt labia, per quæ clauditur porta oris. Iſta oſtia clauduntur in plateis, quando homo per ſenectutem non poteſt alte loqui, ut audiatur a multis, ideo dicit: *In humilitate vocis molentes*, id eſt: plane loquentes. Molere dicit loqui, quia ſicut homo movet maxillas ad cibaria conterendum, ſic movet maxillas, & labia ad verba formata pronuntiandum.

Sexto, quantum ad ſurditatem aurium ad audiendum: dicit: *Conſurgent ad vocem volucris*, id eſt, galli, quia ſenes non poſſunt audire alta, quia de facili læduntur, & faciliſſime excitantur, non poſſunt etiam audire ſonora, & conſonantia, unde dicit: *E obſurdeſcent omnes filiæ carminis*. Filiæ carminis, quæ audiunt conſonantia ſunt aures: hæc in ſenibus obſurdeſcunt, quia voces ſonoras audire non poſſunt. Legitur in libris Regum, quod dixit Berellai ad David: Octogenarius ſum, numquid vigent ſenſus mei ad diſcernendum, vel audire poſſum ultra voces cantatorum, & cantatricum? Iſti igitur ſunt defectus, qui conſequuntur, vel concomitantur ſenectutem: quia ſenes non poſſunt nociva repellere, non poſſunt ſe ſuſtentare, non poſſunt comedere, non poſſunt videre, non poſſunt loqui, non poſſunt audire.

2 Reg. 19

Excelſa quoque timebunt. Supra poſuit debelitatem corporis in ſene, hic ſubiungit ſigna debilitatis, quæ ſunt quatuor: tremor corporis, canities capitis, tumor ventris, & infrigidatio libidinis. Primum igitur ſignum infirmitatis in ſene eſt tremor corporis, propter quod dicit: *Excelſa quoque timebunt, & formidabunt in via*, id eſt omnia membra corporis efficientur tremuloſa, & illud eſt reſolutionis ſignum, & debilitationis virtutis contentivæ membrorum, quæ membra non valet continere, & ideo compellitur agitare. Unde miſer ſenex poteſt dicere illud Pſalmi: Timor & tremor venerunt ſuper me. Secundum ſignum eſt canities capitis, quantum ad quod dicit: *Florebit amygdalus*, id eſt caneſcet caput & barba: amygdalus enim dum floret dealbatur, & iſtud eſt ſignum debilitatis virtutis, quia enim in ſene debilitatur virtus contentiva humorum, ideo putreſcunt humores, & etiam refrigeſcunt, in cujus ſignum ſuperfluitates de corpore ſenis albæ procedunt, & ideo caneſcunt. Tertium ſignum ſenis infirmitatis eſt tumor ventris, vel alto-

Pſal. 54

rum

rum membrorum corporis, quantum ad quod dicit: *Impinguabitur locuſta*. Impinguatio locuſtæ etiam circa ſuum ſenium eſt potius tumor, quam vera pinguedo, per quem modum eſt in ſenibus impinguatio, & hoc eſt ſignum debilitatis caloris digerentis, quia enim calor digerens deficit, abundat humor flegmaticus, aquoſus, & indigeſtus, qui corpus ſenis implet, & impinguare videtur. Quartum ſignum eſt remiſſio libidinis, propter quod dicit: *Diſſipabitur capparis*, capparis eſt herba quædam, quæ valet renibus, ut dicit Gloſſa, & confortat actum virtutis generativæ, & ſecundum Hieronymum in Hebræo, commune nomen habet ad herbam, & ad amorem libidinoſum. In quacumque igitur ſignificatione accipiatur, rectus eſt ſenſus, *Diſſipabitur capparis*, id eſt, remittetur furor libidinis, & iſtud eſt ſignum debilitationis in ſene. In actu enim generationis movet calor, & naturam ſubminiſtrat digeſtus humor: quia igitur ſenectus eſt frigida, & ſicca, deficit calor, & humor, & ideo libidinis minuitur fervor.

Capparis effectus.

Quoniam ibit homo. Deſcriptæ ſunt miſeriæ antecedentes mortem: Hic deſcribitur ipſa miſeria mortis, & in moriente, & in compatientibus. In moriente enim: *Quoniam ibi homo in domum æternitatis ſuæ*, id eſt, morietur: domus enim poſt mortem æterna eſt, quia, ut dictum eſt: Si ceciderit lignum ad auſtrum, ibi erit: ſi ad aquilonem, ibi erit. Et ita domus poſt mortem recte dicitur domus æternitatis. Quantum ad miſeriam in compatientibus, dicit: *Et circuibunt in platea plangentes*. Circumeunt, quia præ dolore quieſcere neſciunt. Caput circuitus eorum labor labiorum ipſorum operiet eos: & plangent ſuper mortuo, quaſi nolentes conſolari, ſed non ſic debent, nam: Luctus mortui, ut multum, ſeptem dies.

Eccl. 11. Pſal. 139. Eccl. 13.

Antequam rumpatur funis. Supra tetigit miſerias antecedentes mortem. Hic tangit conſequentes, quæ ſunt corporis reſolutio, & ſpiritus ad Deum migratio: quæ iſto ordine deſcribuntur. Primo notatur diſſolutio

A nervorum, cum dicit: *Antequam rumpatur funiculus argenteus*, & debet repeti: Memento creatoris tui. Nervorum involutio, recte dicitur funis, quia totum corpus cingit, & ligat, & *Argenteus*, propter ipſorum albedinem, & proprietatem: funis ergo argenteus rumpitur, quando nervorum ligatura diſſolvitur. Secundo reſolutio venarum, ſive arteriarum, cum dicit: *Et recurrit vitta aurea*, id eſt, venarum involutio. Recte dicitur involutio, quia ſicut vita circumvolvitur, & ea totum ligatum ſalvatur, ſic venis, & arteriis tota corporis machina circumdatur, & ſalvatur. Iſta venarum involutio, & arteriarum recte dicitur aurea, quia aurum rubrum, & hujuſmodi venæ rubeæ, B propter contenti ſanguinis rubicunditatem, tunc ergo recurrit vitta aurea, quando venarum, & arteriarum involutio non perdurat. Tertio notatur confractio vaſis urinæ, cum dicit: *Et conteratur hydria ſuper fontem*, Hydria eſt receptaculum aquæ exhauſtæ a fonte, & veſica eſt receptaculum urinæ procedentis ab hepate, tamquam a fonte. Urina enim eſt colamentum ſanguinis & aliorum humorum, qui ab hepate in totum corpus procedunt, tamquam a fonte: hydria ergo conteritur ſuper fontem, quando veſica rumpitur, & colamentum humorum non poteſt recipere, quod procedit ab hepate. Quarto vero C deſtructio meatus ſuperfluitatis impuræ, cum dicit: *Et confringatur rota ſuper ciſternam*. Rota eſt inſtrumentum, per quod fit eductio aquæ fœtidæ, & lutoſæ de ciſterna: ciſterna continet ut plurimum aquam lutulentam, & talis eſt venter noſter: rotam igitur confringi ſuper ciſternam, eſt meatum impuræ ſuperfluitatis a ventre exeuntis omnimode diſſipari. Quinto vero totius corporis incineratio, cum dicitur: *Et revertatur pulvis in terram, unde erat*, id eſt corpus incineretur, ſecundum illud: Pulvis es, & in pulverem reverteris. *In terram ſuam*, quia de illa eſt. Omnia, quæ de terra facta ſunt, in terram convertentur. Sexto tangitur ſpiritus, ſive animæ ad Deum reverſio, unde dicit: *Et ſpiritus*

Hydria. Gen. 3. Eccl. 44.

ritus redeat ad Deum, qui dedit illum. A Ipſe Dominus dat ſpiritum, unde dicitur: Psal. 32 Qui fingit ſigillatim corda eorum. 2 Cor. 5 Et ad Deum redit omnis ſpiritus, tamquam ad retributorem. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum.

Spiritualiter ab illo loco: *Quando commovebuntur*, &c. Deſcribitur hic ſtatus Eccleſiæ finalis: primo, quoad antecedentia judicium: ſecundo, quantum ad concomitantia, ibi: *Quoniam ibit homo in domum*: tertio, quoad conſequentia, ibi: *Antequam rumpatur funis argenteus*. Status ante judicium, qui erit in adventu Antichriſti, deſcribitur, quantum ad tria. Primo, quantum, ad diminutionem B fidei: ſecundo, quantum ad dilatationem erroris, ibi: *Et conſurgent ad vocem volucris*: tertio, quoad modum dilatandi, ibi: *Florebit amygdalus*. Primo ergo prædicit futuram eſſe diminutionem fidei, quantum ad quatuor genera perſonarum. Primo quantum ad prælatos: ſecundo, quantum ad perfectos: tertio, quantum ad ſimplices: quarto, quantum ad ſapientes. Primo ergo dicit commotionem prælatorum, cum dicit: *Quando commovebuntur cuſtodes domus*. Domus iſta eſt Eccleſia, de qua dicitur: Psal. 92 Domum tuam decet ſanctitudo. Cuſtodes ſunt prælati, quibus cura Dominici gregis eſt commiſſa. Isa. 62 Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes. C Cuſtodes igitur commovebuntur, quan. prælati in fide concutientur, & hoc quidem erit in Antichriſti adventu, unde dicitur: Judith. 16 Montes a fundamentis commovebuntur. Secundo, prædicit dubitationem perfectorum, cum ait: *Et nutabunt viri fortiſſimi*. Viri fortiſſimi ſunt perfecti in charitate, & ſpe, ſecundum illud: Isa. 40 Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Iſti mutabunt; quando tempore Antichriſti in fide vacillabunt. Matth. 24 Surgent pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna, ut inducantur in errorem, etiam ſi fieri poſſet, electi. Et niſi breviati fuiſſent dies illi, non eſſet ſalva omnis caro: ſed propter electos breviabuntur. Tertio prædicit lapſum ſimplicium, cum ſubjungit: *Et otioſæ erunt molentes in minuto numero*, id eſt, ſimplices a bono opere ceſſabunt affecti tædio, propter multam eorum deceptionem. Unde dicit: *In minuto numero*, quia multum minuentur. Matth. 24 Duæ molentes in molam, una aſſumetur, & una relinquetur. Quarto prædicit errorem ſapientium, cum dicit: *Et tenebræ videntes in foramina*, id eſt, ſapientes, qui ſubtiliter vident, erroris tenebris involventur. Job. 12 Palpabunt quaſi in tenebris, & non in lumine, & errare faciet eos, quaſi ebrios, & quia cadentes a fide cadunt a confeſſione fideli, ideo dicit, & claudent oſtia in plateis, id eſt, in publico. *In humilitate vocis molentes*, id eſt, muſſitantes. Sed vera confeſſio eſt, in publico: unde: Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. *Et conſurgent ad vocem*. Hic ſecundo notatur dilatatio erroris poſt diminutionem fidei, quantum ad tria. Primo dicit, quod prædicabitur, & audietur falſitas. Secundo, quod tacebitur veritas. Tertio, quod ſublimabitur Antichriſti poteſtas. Primum quidem prædicabitur falſitas ab Antichriſto, cum dicit: *Conſurgent ad vocem volucris*. Vox volucris nocte canentis, eſt prædicatio Antichriſti, prædicantis in nocte obſcuritatis & infidelitatis: ad vocem ergo ejus conſurgent, qui prædicationem ejus credent, propterea dicitur, ut fidem non adhibeant: Matth. 24 Si ergo dixerint vobis, ecce in deſerto eſt, nolite credere, tamen multi audient, & credent. Unde dicitur Judæis: Joan. 5 Si alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis. Secundo prædicit, quod tacebitur veritas, quia non erit, qui audiat: ideo dicit: *Obſurdeſcent omnes filiæ carminis*. Tunc filiæ carminis obſurdeſcunt, quando ſonum veritatis, quæ eſt velut quædam conſonantia, audire non poſſunt. Iſtud erit tempus Antichriſti, ſicut prædictum eſt de illo populo, qui adhærebit Antichriſto. Isa. 30 Populus ad iracundiam provocans eſt, filii mendaces, filii nolentes audire legem Dei. Tertio prædicit, quod formidabitur Antichriſti poteſtas, cum ait: *Excelſa quoque timebunt, & formidabunt*, id eſt, omnes, tam

par-

Digitized by Google

parvi, quam magni verebuntur potentiam Antichriſti, & præ timore adorabunt, unde: Admirata eſt omnis terra poſt beſtiam, dicentes: Quis ſimilis beſtiæ huic, & quis poterit pugnare cum ea? & infra: Data eſt ei poteſtas in omnem tribum, & populum, & linguam, & adorabunt eam omnes, qui habitant in terra, quorum nomina non ſunt ſcripta in libro vitæ. Apoc. 13 Ibid.

Florebit amygdalus. Deſcripta eſt ſupra debilitatio fidei, & dilatatio erroris. Hic tertio deſcribitur modus multiplicandi errorem. Et iſte modus erit triplici via, ſcilicet per miracula, per donaria, per tormenta. Primo dicitur modus trahendi ad errorem per miracula, cum ait: *Florebit amydgdalus*, ut ſicut virga Aaron mirabiliter floruit, & amygdalas produxit: ita etiam in æmulationem Antichriſtus faciet florere, & deflorere, & alia miracula multa, per quæ ſtulti convertentur ad ipſum. Et fecit beſtia ſigna magna, & ſeduxit habitantes in terra, propter ſigna, quæ data ſunt illi facere in conſpectu hominum. Secundo prædicit modum trahendi per donaria, cum ſubiungit. *Et impinguabitur locuſta*: locuſta impinguatur, quando homo invidus pecunia repletur, & per illam a Deo revertitur. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitravit incraſſatus, impinguatus, dilatatus. Hoc modo multos avertet Antichriſtus a fide, quod ſignatum eſt, dum Antiochus adoleſcentem tunc hortabatur non tantum verbis, ſed etiam juramento promittebat divitem ſe, & beatum eum facturum, & tranſlatum a legibus charum habiturum. Tertio prædicit aliquos trahendos per tormenta, cum dicit; *Et diſſipabitur capparis*: capparis, ut dictum eſt, herba eſt libidinem provocans: per hanc intelliguntur carnales, qui curam carnis gerunt in deſideriis. Iſti diſſipantur, cum timore tormentorum a fide recedunt: ſunt enim de illis, de quibus dicitur: Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Tempus tentationis erit in adventu Antichriſti, unde: Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi uſque modo, neque fiet.

Num. 17 — Apoc. 13 — Deut. 32 — 2 Mac. 7 — Capparis quid. pag. 315 col. 1 — Luc. 8 — Matth. 24

A

Quoniam ibit homo. Egit ſupra de antecedentibus ad judicium. Hic agit ſecundo de ipſo judicio, in quo præmiabuntur boni, & punientur mali. Quantum ad præmiationem bonorum, dicit: *Ibit homo in domum æternitatis ſuæ*, quando ſcilicet dicetur eis: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod paratum eſt vobis a conſtitutione mundi. Et tunc ibunt in domum æternæ lætitiæ. Venient in Sion cum laude, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum. Gaudium, & exultationem obtinebunt. Quantum ad malos, dicit: *Et circuibunt in platea plangentes*, ſcilicet mali. Dicentes intra ſe pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes. Et: Tunc parebit ſignum filii hominis in cœlo. Tunc plangent omnes tribus terræ.

Matth. 25 — Iſa. 35 — Sap. 5 — Matth. 24

B

Antequam rumpatur. Egit ſupra de antecedentibus ad judicium, & concomitantibus. Hic agit de conſequentibus. Deſcribit autem ſex conſequentia poſt judicii ſtatum. Primum, notatur evacuatio eloquentiæ, cum dicitur: *Antequam rumpatur funis argenteus*. Argentum eſt ſonorum, & ſignificat eloquentiam: funis argenteus eſt verborum conjunctio, & colligatio, quæ ad modum funis hominem ligat, dum perſuadet, ſecundum illud: Irretivit eum multis ſermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. Tunc ergo rumpetur funis argenteus, quando poſt diem judicii mundana eloquentia obmuteſcet. Amice, quo modo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? at ille obmutuit. Secundo, notatur evacuatio prælationis, ſive potentiæ, cum dicit: *Recurrat vitta aurea*. Per vittam, quæ ponebatur in capite Sacerdotis, intelligitur ordo potentiæ, & prælationis, in quo colligatur Eccleſia: iſta vitta recurrit ad ſuum principium, ſcilicet quando ſolus Chriſtus dominabitur, & omnis poteſtas auferetur, & hoc erit poſt judicium. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo, & Patri, cum evacuaverit omnem principatum, & dominationem, & virtutem. Tertio, nota-

Prov. 7 — C — Matth. 22 — Exod. 28 — 1 Cor. 15

Digitized by Google

notatur evacuatio mundanæ ſapien- A
tiæ, cum dicit: *Et conteratur hydria*
ſuper fontem. Iſta hydria eſt cordis
curioſitas, quæ affertur ad haurien-
dam ſapientiam, de qua dicitur in
Joan. 14 figura, quod: Venit mulier de Sa-
maria cum hydria haurire aquam.
Mulier de Samaria gentilitas eſt,
quæ venit cum hydria, id eſt, cu-
rioſitate, ad ſapientiam hauriendam.
Act. 17 Unde dicitur, quod, Athenienſes
ad nihil aliud vacabant, niſi aut di-
cere, aut audire aliquid novi. Fons
autem eſt mundana ſapientia, unde
Pſal. 73 in Pſalmo: Tu dirupiſti fontes, &
torrentes, tu ſiccaſti fluvios Ethan.
Hydria ergo ſuper fontem frangi-
tur, quando non reſtat locus, ut
mundanæ ſapientiæ curioſe vacetur. B
Iſa. 30. Et comminuetur illis lagena figuli
contritione pervalida. Quarto nota-
tur ablutio mundanæ opulentiæ, cum
ſubiungit.

Et confringatur rota ſuper ciſternam.
Per ciſternam, quæ recipit aquas, in-
telligitur congregatio opulentiæ mun-
Hier. 2 danæ, ſecundum illud: Me dereli-
querunt fontem aquæ vivæ, & fo-
derunt ſibi ciſternas diſſipatas. Ro-
ta dicitur volubilitas, & variabilitas
in poſſidendo. Unde iſta dicuntur
bona fortunæ: tunc ergo rota con-
fringitur ſuper ciſternam, quando
omnis ſpes habendi bona temporalia
Exod. 14 aufertur: Quod ſignatum eſt, dum,
Eccl. 40 Reſpiciens Dominus ſuper caſtra Æ-
gyptiorum, ſubvertit rotas curruum: C
quia ſubſtantiæ impiorum, ſicut flu-
vius, ſiccabuntur. Quinto, notatur,
quo modo fiet inflictio pœnæ, cum
dicit: *Et revertatur pulvis in terram*.
Pulvis recte dicitur impius, & pec-
Pſal. 1 cator, ſecundum illud: Non ſic im-
pii, non ſic, ſed tamquam pulvis,
quem proiicit ventus a faciæ terræ.
Terra obſcuritatis profunditas, ſe-
Prov. 25 cundum illud: Cœlum ſurſum, &
terra deorſum. Tunc ergo pulvis ad
terram revertitur, quando peccator
in infernum infernalis tenebroſitatis
Apoc. 20 recluditur. Qui non eſt inventus in
libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſta-
gnum ignis. Sexto vero notatur,
quo modo juſtis, & ſpiritualibus fiet
collatio gloriæ, cum dicit: *Spiritus*
redeat ad Deum, qui dedit illum.
Spiritus eſt homo ſpiritualis, qui
Deo eſt conjunctus per gratiam. Qui 1 Cor. 6
adhæret Domino, unus ſpiritus eſt.
Iſte ſpiritus redit ad Deum, non quia
prius fuerit cum eo, & poſt receſſe-
rit, cum venit ad corpus, & in mor-
te iterum revertitur, quemadmodum
voluit Origenes; ſed ideo redire di-
citur, quia ab illo eſt, & per illum
& ad illum finaliter ordinatur: &
hoc quidem erit in gloria poſt judi-
cium. Cum autem apparuerit Chri- Coloſſ. 3
ſtus vita veſtra, tunc & vos appare-
bitis cum ipſo in gloria.

Vanitas vanitatum. Sicut dictum
fuit a principio libri, totus liber iſte
ad probandum unam propoſitionem
ordinem habet, quam in principio
libri propoſuit dicens. Vanitas vani-
tatum dixit Eccleſiaſtes. Supra ſimi-
liter dixit, id eſt, propoſuit: Sed
nunc. *Dixit Eccleſiaſtes*, id eſt, con-
cluſit: dixit inquam. *Vanitas vanita-*
tum. Sermo iſte materialiter tene-
tur, & manſit actus dicendi ſuper
ipſum, ut ſit ſenſus: Eccleſiaſtes di-
xit hunc ſermonem. *Vanitas vanita-*
tum. Et in hoc ſermone, genitivus
ille deſignat originem: ut ſit ſenſus.
Vanitas vanitatum, id eſt, a vanita-
tibus oritur vanitas, *Dixit*, etiam.
Eccleſiaſtes omnia vanitas, & intelli-
gitur verbum ſubſtantivum ex uſu
loquendi: *Omnia ſunt vanitas*. Ex
hoc duplici dicto elicitur talis ratio:
Si a vanitatibus oritur vanitas, &
omnia vanitas, ergo omnia creata
dilectorem beatum non faciunt, ſed
vanum, ſecundum illud: Ambulave- Hier. 2
runt poſt vanitatem, & vani facti
ſunt. Si ergo omnes debent appete-
re beatitudinem, & refugere vanita-
tem: ergo omnes debent terrena deſ-
picere: & hæc eſt concluſio hujus
libri.

Cumque eſſet ſapientiſſimus. Dictum
eſt ſupra, quod liber iſte habet tres
partes principales, ſcilicet Prologum,
Tractatum, & Epilogum. Duabus
primis partibus terminatis, hic in-
cipit tertia pars. In hoc autem Epi-
logo, hoc ordine procedit, primo,
notatur ſcribentis ſtudioſitas: ſecun-
do, ſermonis ejus auctoritas: tertio,
reprimitur curioſitas auditorum: quar-
to, aperitur ſumma dictorum. In-

ſinuatur ergo primo ſcribentis ſtudioſitas: quia cum eſſet ſapiens ſapientiam ſuam non abſcondit: ſed aliis enarravit, ideo dicit: *Cumque eſſet ſa-*
3 Reg. 4 *pientiſſimus Eccleſiaſtes*. Præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium Orientalium, & erat ſapientior cunctis hominibus: cum ita eſſet ſapiens, non fuit negligens, ſed diligens, unde:
Eccl. 24 *Docuit populum*: Adhuc doctrinam, quaſi Prophetiam effundam, & relinquam illam quærentibus ſapientiam, & poſt ſubdit.

Reſpicite, quia non mihi ſoli laboravi: ſed omnibus quærentibus veritatem. Explicat diligentiam, ſcilicet per multitudinem ſcriptorum, documentorum: & tanguntur hi tres libri, quos compoſuit Eccleſiaſtes, cum
Eccl. 2 dicit: *Et enarravit, quæ fecerat*: Et
Eccl. 8 hoc in libro Eccleſiaſtes. Supra enim narravit opera ſpiritualia, & carnalia, ut in malis daret exemplum deteſtandi, in bonis exemplum imitandi. Secundo tangitur liber Proverbiorum, cum dicit: *Et inveſtigans compoſuit pa-*
Prov. 1 *rabolas, quæ ſunt verba utilia*: unde inquit, ibi: Principium Proverbiorum, Parabolæ Salomonis, filii David, regis Iſrael, ad ſciendam ſapientiam, & diſciplinam, & intelligenda verba prudentiæ. Tertio tangitur hic liber Canticorum, cum dicit: *Et conſcripſit ſermones rectiſſimos, ac veritate plenos*. Hoc dicit: quia verba, quæ dicuntur in Canticis, videntur verba luxuriæ, & libidinis,
Prov. 8 ideo dicit: *Sermones rectiſſimos*, id eſt, juſtos, & bonos: Juſti ſunt omnes ſermones mei, non eſt in eis pra-
Cant. 7 vum quid, neque perverſum. Videntur etiam Verba Canticorum eſſe falſa, & jocoſa, cum dicit: Naſus tuus ſicut turris, ideo dicit: *Ac veritate plenos*, plenum enim eſt illud, quod intra continet aliquid, & capit, & ſic verba Canticorum intus celant,
Eccl. 37 & audiunt veritatem, & hoc neceſſarium in omni doctrina: Ante omnia opera verbum verax præcedat te.

Verba ſapientium. Hic ſecundo notatur ſermonum, ſive documentorum ejus auctoritas: quia non ſunt leviter prolata, immo cum conſilio prolata, & a Deo inſpirata, & ideo ſunt firma, & ſtabilia, & propterea dicit:

A

Verba ſapientium quaſi ſtimuli, ad interiora, ſcilicet penetrantes: *Et quaſi clavi in altum defixi*, id eſt in profundum, qui ſunt immobiles, & ideo non de facili repelluntur a corde, ſed manent, & ad bonum reducunt: Unde verbum Dei gladio comparatur juxta illud: Et gladium ſpiritus, Epheſ. 6
quod eſt verbum Dei: ideo pungit cor, juxta illud: His auditis, com- Act. 2
puncti ſunt corde. Sunt ergo verba ſapientium penetrantia, quia non ſunt leviter dicta, ideo dicit: *Quæ per magiſtrorum conſilium*, id eſt, deliberatam diſcuſſionem, & ſententiam: *Data ſunt a paſtore una*, id eſt, a Chriſto, qui eſt paſtor: Ego ſum pa- Joan. 10
ſtor bonus: Ab iſto paſtore verba ſapientium ſunt data: quia ſecundum

B

quod dicit Auguſtinus: Cathedram ha- Aug. li. de diſc. Chri. cap. 3 in fin. tom. 9
bet in cœlo, qui in terris docet, unde dicitur: Unus eſt Magiſter ve- Matth. 23
ſter Chriſtus: Sunt tamen data: *Per conſilium magiſtrorum*, id eſt, miniſtrorum iſtius ſummi magiſtri, quos ipſe miſit, & docuit: Unde dicitur, 1 Pet. 5
Seniores paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, ut cum venerit Princeps paſtorum, percipiatis immarceſcibilem gloriæ coronam. Hos miſit ipſe, dicens: Euntes ergo docete om- Matth. 28
nes gentes. *His amplius*. Hic tertio reprimitur curioſitas auditorum, quos alloquitur ſub perſona filii, dicens: *His amplius, fili mi, ne requiras*, ut ſemper velis audire nova: ſufficit enim ſcire neceſſaria, juxta illud:

C

Quæ præcepit tibi Deus, cogita illa Eccl. 3
ſemper, & in pluribus operibus ejus ne fueris curioſus. Et redditur ratio duplex hujus admonitionis, quia inquiſitio hujus curioſitatis eſt interminata, ideo dicit: *Faciendi plures libros nullus eſt finis*: quia curioſi non habent tot, quin velint audire plures, quia numquam volunt audire vetera, ſed ſemper nova. Unde A- Act. 17
thenienſes ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid novi, ideo dicitur: Pertranſibunt plu- Dan. 12
rima tempora, & multiplex erit ſcientia, eo quod ſcientia ſemper quodam modo renovatur, nec tantum eſt interminata, ſed etiam laborioſa, & curioſa inquiſitio, ideo ſubdit: *Frequenſque meditatio carnis eſt*

aſ- Eccl. 14

afflictio; Vigilia honeſtatis tabefaciet carnem. Eſt inquam, afflictio magna, & econtrario utilitas modica, ſecundum quod dictum eſt ſupra: Eſt homo, qui in diebus, & noctibus non capit ſomnum oculis: & intellexi, quod operum Dei nullam poſſit homo invenire rationem. Eccl. 8

Finem loquendi pariter. Hic quarto tangitur ſententia doctorum per quamdam Epilogationem, ad quam audiendam, & memorandam excitet diſcipulorum audientiam, cum dicit: *Finem loquendi*, id eſt, terminum, & conſummationem loquutionis: *Pariter omnes audiamus*, tamquam omnibus utilem, & neceſſariam. Et conſiſtit in hoc ſententia omnium doctorum: Vel in declinatione mali, vel in comparatione boni: ad quod ordinatur omnis doctrina, & loquutio Salomonis: immo tota ſcriptura. Ideo primitus, quantum ad declinationem mali, dicit: *Deum time*. In timore enim Domini declinat omnis a malo: Quantum ad operationem boni, dicit: *Et mandata ejus obſerva*. Audi Iſrael, & obſerva, ut facias, quæ præcepit Dominus: *Hoc eſt, omnis homo*, id eſt, totus, & perfectus homo: Si enim facit bonum, & non declinat a malo, non eſt integer homo, ſed dimidius. Rurſus ſi declinat a malo, & non facit bonum, non eſt niſi dimidius: Si autem declinat a malo per timorem, & facit bonum per mandatorum obſervationem: *Jam eſt omnis homo*, id eſt, perfectus, & completus. Juſtus Dominus ab homine nil amplius requirit. Et nunc Iſrael, quid Dominus requirit a te, niſi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & ſervias Domino in toto corde tuo, & in tota anima tua, cuſtodiaſque mandata Domini Dei tui? Et ratio eſt, quare Deus timendus ſit, & mandata ejus ſint obſervanda: quia de omnibus exiget rationem, ſive de bonis, ſive de malis, ideo ſubdit: Prov. 16 Deut. 6 Deut. 10

Et cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato: quia nihil remanebit indiſcuſſum, nec geſtum per malitiam, nec geſtum per errorem: De omni enim verbo otioſo, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem: & non tantum diſcutientur mala, immo & bona, ideo ſubdit: *Sive bonum, ſive malum ſit*, adducetur in judicio, unde: Cum accepero tempus, ego juſtitias judicabo. Et rurſus: Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: ideo cuncta judicabit, quia omnia reſpicit. Et hoc eſt, quod multum debet hortari ad timorem, & mandatorum obſervationem; & ideo in hoc conſummat, ſicut & Boetius in fine de Conſolationibus; Magna eſt nobis indicta neceſſitas probitatis, dum cuncta agimus in conſpectu judicis, cuncta intuentis. Matth. 12 Pſal. 74 2 Cor. 5 Boetius de conſol. phil. in fine ultimi libri.

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ S. R. E. CARDINALIS, EPISCOPI ALBANENSIS.

OPUSCULUM, QUOD INSCRIBITUR BIBLIA PAUPERUM.

Tractatus iſte extra tomos Opuſculorum S. Bonaventuræ editus vagabatur: cujus unúm tantum exemplar reperiri potuit; vetus illud quidem, ut ex typorum forma apparuit, quod in principio ſic eſt inſcriptum: Incipit præclarum opus, quod Biblia pauperum appellatur, perutile omnibus prædicatoribus: *in fine vero hæc ſunt verba:* Expliciunt exempla ſacræ Scripturæ ordinata ſecundum alphabetum, ut poſſint, quæ ſunt neceſſaria in materiis ſermonum, & prædicationum facilius a prædicatoribus inveniri, editum a ſancto viro Bonaventura Ordinis Minorum. *Conſtat igitur ex præfati exemplaris initio, & fine inſcriptio operis, & ejus auctor. Et ſi conjecturæ aliquid tribuendum eſt, videtur Trithemius in catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum inter opera S. Bonaventuræ etiam hoc connumerare, dum illi adſcribit compendium quoddam Scripturarum. Nam in hoc tractatu auctor nihil aliud agere videtur, quam loca quædam communia conſtituere, quibus applicat ſummatim Scripturæ ſacræ auctoritates ad commoditatem Prædicatorum, ut ex præfatione auctoris facile conſtat, in qua perſpicere licet hujus Opuſculi argumentum. Et ſicut Auctor in libro pharetræ, quod in prima Opuſculorum parte hujus editionis habetur, auctoritates ſanctorum Patrum ad loca communia redegit; ita in hoc Opuſculo ſacræ Scripturæ exempla. Quare poſtulare videbatur ordo, ut tractatus iſte in prima parte cum pharetra collocaretur; ſed quia in gratiam Religioſorum ſui Ordinis illud videtur Auctor compoſuiſſe, ut titulus ipſe præſefert: ideo in hac quarta parte editum fuit, quia ea Opuſcula continet, quæ ad Religioſos præcipue ſui Ordinis ſpectant.*

PRÆFATIO.

TANTA pollet excellentia prædicationis officium, quod Salvator noſter Dominus Jeſus Chriſtus non confunditur aſſerere ſe fuiſſe miſſum ad id ſalubrius exercendum. Prædicator igitur aſſumpto tantæ dignitatis opere, totis ſtudiis laborare conetur, ut illud ſicut oportet & expedit, exequatur. Quia profecto fieri poterit, ſi honorem Dei, & utilitatem proximi di- Arecte intendat ibi quærere, non modicum temporale, vel per inanem gloriam ſubtilia magis, quam utilia curioſius exquirendo, ac ſermonibus imperitis ſententias involvendo ſciolus apparere. Manifeſtum eſt autem antiquorum exempla geſtorum valde ædificatoria eſſe, quando fuerint decenter inducta, & inter ſacra verba congruenter inſerta. Si quidem & caſtum timorem incutiunt, & ſan-

ctum

ctum alliciunt ad amorem. Dum id quod homini factum fuiſſe narratur, homo ſibimet poſſe fieri ſimiliter arbitratur, ſive ſpeciali gratia actum fuerit cum quibuſdam, ſive cum aliis ſuadibili doctrina, ſive etiam terribili diſciplina. Intellectum inſuper hominis faciliter inſtruunt, & cognitionem generant planiorem: quia cum facta præcedentia memorativa deſcribuntur, quaſi quædam ſenſibiles ſpecies in auditoris imaginativa pinguntur, quæ ſine difficultate ad intellectum poſtea transfunduntur. Apprehenſis quoque mirabilibus præcedentium factis, quanto adiutorem contingit fortiori admiratione percuti, tanto ejus memoria certum eſt tenacius inſigniri. Sicque minus cito poterit, quod avide auditum, & valide impreſſum fuerit, de ipſa vi memorativa deleri. Quia vero, ut ait beatus Auguſtinus: Sacra Scriptura ſupra omnium gentium litteras omni ſibi genera ingeniorum humanorum divina excellens auctoritate ſubiecit, in omni ſolida & indubitabilis veritas continetur. Ideoque exempla quæ hauriuntur in illa eo majoris ſunt ponderis, & valoris, quo ſublimiori auctoritate, & certiori veritate nituntur. Unde prædicator verba Scripturæ ſacræ enucleatius exponendo, & teſtimoniis in æternum fundatis utendo poteſt moroſe ſermonem tutius dilatare, quam ſi verba cujuſcumque alterius hiſtoriæ pertractaret. Plurimas igitur utilitates de exemplorum in ſacra Scriptura contentorum narratione veridica, provenientes perpendens, ad honorem Dei, & aliqualem proximorum ædificationem exempla in variis locis ſacræ ſcripturæ diſperſa, faciliter breviterque ſecundum quod tenuitas paupertatis meæ valebat excipere, laboravi. Nullus autem ita me præſumptuoſum exiſtimet, ut putem hic cuncta ipſius Scripturæ exempla notabilia coarctaſſe. Scio enim quod tanta eſt Chriſtianarum litterarum profunditas, ut non poſſit paucis voluminibus comprehendi: Quare ſi dicat lector, quod ad hanc, vel ad illam materiam, tale vel tale exemplum hic omiſſum potuiſſet adduci;

A vel etiam quod tale, vel tale hic propoſitum ad alia plura congruentius debuiſſet aptari; nolo verbis contendere, nec ei contradicere in hac parte. Hoc ſolum mihi ſufficiat, quod de bonis & notabilibus exemplis aliqua utilia ſunt hic ſub brevi facilitate deſcripta. Rurſus etiam quia nonnumquam unum valet induci ad diverſas virtutum, aut vitiorum materias, non miretur aliquis, vel turbetur, ſi interdum ſub diverſis titulis idem factum, vel exemplum invenerit collocatum, v. g. Quando narratur, quod Joſeph procaci mulieri ipſum ſollicitanti acquieſcere recuſavit, quamquam factum fuerit unum: poteſt tamen inde ſumi exem-

B plum pro caſtitate inventum, & pro fidelitate ſervorum. Item contra nimiam credulitatem dominorum, & contra fallacias mulierum. Item de occultis judiciis, & providentia Dei, qui ex hujuſmodi occaſione ipſum Joſeph inopinabiliter ſublimavit. Porro quia brevitati ſtudui ſenſum plerumque poſui, non ipſa verba, prout in textu omnino jacebant. Ut autem exempla poſſint citius propoſito prædicatoris occurrere: titulos ſubſequentis Opuſculi in ipſo libri capite prænotavi.

A

de ABſtinentia & ſobrietate. cap. 87

C de Acceptione munerum. 76

de Acedia vel negligentia. 117

quod acquieſcendum eſt bonis conſiliis. 56

de Adoratione & cultu Dei. 21

de Adulatione. 69

de Æquitate, & juſtitia. 59

de Affectu carnali. 94

de Agendis gratiis pro beneficiis Dei. 63

de Amicitia. 46

de Ambitione prælationis. 103

de Angelis bonis. 31

de Angelis malis. 52

de Animæ immortalitate. 33

de Apparitionibus factis antiquis Patribus. 30

de Aſpectu incauto. 92

de Aſtutia & calliditate. 54

quod Deus Attendit plus ad operan-

rantem; quam ad opus. 12
de Avaritia. 73
de Aviditate mulierum. 127
de Audiendo verbum Dei. 29

B

de Bello temporali. 82
de Benedictione quam Deus dat homini. 5
de Benedictione qua homo benedicit Deum. 7
de Benedictione qua homo homini benedicit. 8
quod pro Beneficiis Dei, ipſi gratiæ ſunt agendæ. 63
quod in Beneficiis humanis homo debet eſſe gratus. 64
de Benignitate Dei ad ſervos ſuos. 3
de Blaſphemia contra Deum. 23
de Bonorum oppreſſione. 110
de Bonis latentibus inter malos. 113
de Bonorum ſocietate. 119
de Bonis principibus & prælatis. 101

C

de Calliditate & aſtutia. 54
de Carnali affectu. 94
de Caſtitate. 90
de Concordia & pace. 48
de Confeſſione peccati. 106
de Confidentia & magnanimitate. 78
de Compaſſione habenda ad proximum. 44
de Conſenſu communi, & unitate. 49
de Conſiliis bonis. 56
de Conſiliis malis, & perſuaſionibus. 28
de Conſolatione divina. 4
de Conſtantia & perſeverentia. 80
de Contemplatione, & mentis illuſtratione. 36
de Conviciis & deriſione. 70
de Correctione fraterna. 43
de Credulitate falſa & ſuſpicione. 57
de Cultu Dei, & adoratione. 21
de Curioſitate humana. 122

D

de Detractoribus & maledicis. 71
de Dilectione Dei. 40
de Dilectione proximi. 41
de Diſcretione & prudentia. 53
de Diſcordia, lite, vel rixa. 50
de Duritia & obſtinatione malorum. 107

E

de Ebrietate & gula. 88
de Electionibus. 100
de Eruditione filiorum. 55
de Exhortatione bona, & prædicatione. 27

F

de Falſa crudelitate; & ſuſpicione. 57
de Fallaciis mulierum. 128
de Fide habenda ad Deum. 34
de Fidelitate ſervanda homini. 35
de Fide magna mulierum. 123
de Filiorum eruditione. 55
de Fletu, ſive lacrymis. 17
de Fortitudine & ſtrenuitate. 77
de Fortitudine mulierum. 126
de Fortitudine ad malum. 84
de Fraterna correctione. 43
de Furore, vel ira Dei. 11

G

de Gratiis agendis pro beneficiis Dei. 63
de Gratitudine pro beneficiis humanis.

H

de Homicidiis. 85
de Honore parentum. 62
de Hoſpitalitate libenter exhibenda. 45
do Humilitate. 97
de Hypocriſi, & ſimulatione. 75

I

de Jactantia. 99
de Idololatria. 22
de Illuſtratione mentis & contemplatione. 36
de Immortalitate rationalis animæ. 33
de Impatientia & murmure. 81
de Incontinentia & luxuria. 91
de Ingratitudine. 65
de Inimicitia, & odio. 47
de Intentione recta in opere habenda. 116
de Invidia. 42

de

de Ira vel furore Dei. 11 A
de Ira hominis per zelum. 95
de Ira hominis per vitium. 96
de Judiciis Dei occultis. 2
de Judiciis hominum. 60
de Juramento. 18
de Juſtitia & æquitate. 59

L

de Lacrymis ſive fletu: 17
de bonis Latentibus inter malos. 113
de Liberalitate, miſericordia, & largitate. 72
de Lite, diſcordia, vel rixa. 50
de Loquacitate, & ſilentio. 93
de Longanimitate & ſpe. 37
de Luxuria, & incontinentia. 91 B

M

de Magnanimitate, & confidentia. 78
de Maledictione, qua Deus maledicit. 6
de Maledictione qua homo homini maledicit. 9
de Maledicis, & detractoribus. 71
de Malorum multitudine. 112
de Manſuetudine & patientia. 79
de Matrimonio. 89
de Mentis illuſtratione. 36
de Mendacio. 67
de Miraculis divina providentia factis. 1
de Miſericordia, liberalitate, & largitate. 72 C
de Mobilitate populi. 114
de Morte in generali. 131
de Morte horrenda malorum. 133
de Morte pretioſa juſtorum. 134
de Mundana proſperitate. 121
de Munerum acceptione. 76
de Murmure, & impatientia. 81
de Mulierum fide. 123
de Mulierum ſapientia. 124
de Mulierum fortitudine. 126
de Mulierum aviditate. 127
de Mulierum fallaciis. 128
de Mulierum ſtultiloquio. 129
de Mulierum ornatu ſuperfluo. 130

N

de Nequitia tyrannorum. 109

O

de Obedientia. 25
de Obſervatione præceptorum Dei. 24
de Obſervatione Sabbati. 19
de Occultis Dei judiciis. 2
de Odio & inimicitia. 47
quod Veritas odium parit. 66
de Operatione bona. 115
de recta intentione habenda in Opere. 116
quod Deus plus attendit ad Operantem, quam ad opus. 12
de fortitudine ad Operandum malum. 84
de Oppreſſione bonorum per malos. 100
de Oratione. 16
de Ornatu ſuperfluo mulierum. 130

P

de Pace & concordia. 48
de Patientia & manſuetudine. 79
de Paupertate. 74
de Peccatis & pœnis peccatorum. 105
de Permiſſione ſanctorum virorum. 58
de Perſeverantia & conſtantia in propoſitis. 80
de Perſuaſionibus & conſiliis malis. 28
de Perverſitate quorumdam. 108
de Pietate mulierum. 125
de Pœnitentia. 61
de Populi mobilitate. 114
de Potentia Dei in miraculis. 1
de Præceptis Dei & ipſorum obſervatione. 24
de Pretioſa morte juſtorum. 134
de Prælatis bonis. 101
de Prælatis malis. 102
de Prælatis ambitioſis. 103
quod Deus probat homines, ſive tentat. 13
de Proditione. 68
de Proſperitate mundana. 121
de Providentia Dei, & ejus judiciis. 2
de Prudentia & diſcretione. 53
de Pueris bonæ indolis. 118
de Puſillanimitate. 83

A

Q

de QUorumdam perverſitate. 108

R

de REcta intentione habenda in opere. 116
de Reverentia templo exhibenda. 20
de Rixa, diſcordia, vel lite. 50

S

de SAbbati obſervatione. 19
de Sapientia mulierum. 124
quod Sancti viri permittunt aliqua fieri, licet invite. 58
de Scriptura ſacra. 26
de Severitate Dei erga delinquentes. 10
de Sepulturis. 132
de Servanda fidelitate. 35
de Simulatione & hypocriſi. 75
de Silentio & loquacitate. 93
de Sobrietate & abſtinentia. 87
de Societate bonorum. 119
de Societate malorum. 120
de Spe & longanimitate. 37
de Spiritibus malis. 32
de Stragibus hominum diverſis. 86
de Strenuitate & fortitudine. 77
de Stultiloquio mulierum. 129
de Superfluo ornatu mulierum. 130
de Suſpicione & falſa credulitate. 57
de Superbia. 98

T

de TEntatione diaboli. 104
quod Deus tentat homines, & probat. 13
quod homo non debet Tentare Deum. 14
de Timore Dei. 38
de Timore, quo mali timent bonos. 39
de Tribulationibus. 111
de Tyrannorum nequitia. 109

V

de VErbi Dei prædicatione. 27
quod Veritas odium parit. 66
de Unitate & communi conſenſu. 49
de Voto. 15

Z

de ZElo bono contra peccatores. 51
de Zelo indiſcreto. 52

CAPUT PRIMUM.

De Miraculis Divina potentia factis.

CReatio rerum fuit ita mirabilis, quod ejus notitia non niſi per revelationem venire potuit ad hominem. Nam ſecundum B. Gregorium ſuper Ezechielem Homil. 1. De præteritis prophetavit Moyſes dicens: In principio creavit Deus cœlum & terram. Geneſis 1. Non quia prædixit futura, ſed quia prodidit occulta.

B

Tempore diluvii ſalvavit Dominus Noe cum uxore, & tribus filiis ſuis, & uxoribus eorum. Item dicitur: De cunctis animalibus maſculum & fœminam fecit ſervari per arcam. Geneſ. 7

Præſumptionem hominum turrim uſque ad cœlum ædificare volentium repreſſit Dominus confundendo linguas eorum. Geneſ. 11

Mirabiliter natus eſt Iſaac. Geneſ. 21.

Item mirabiliter liberatus, quando debuit immolari, & apparuit aries inter vepres. Gen. 22.

Multa miracula fecit Dominus per Moyſen, quando voluit filios Iſrael educere de Ægypto. Exod. 7. 8. 9. & 10.

C

Grande miraculum fuit, quod numquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem coram populo eunte de Ægypto ad terram promiſſionis. Exod. 13.

Per lignum Moyſi oſtenſum dulcoratæ ſunt aquæ prius amaræ. Exod. 15.

Miſit Dominus murmuranti populo coturnices, & poſtea pluit illis manna ad manducandum. Exod. 16.

Item aquam de petra in abundantia ad bibendum. Exod. 17.

Memorandum & terribile miraculum fuit in diviſione, & exſiccatione maris rubri, quando tranſierunt filii Iſrael ſicco pede, Ægyptii vero fue-

fuerunt in mediis fluctibus involuti. Exod. 14.

Murmurantibus & deſiderio carnium flagrantibus in deſerto filiis Iſrael miſit Deus carnes in abundantia. Numer. 11. hinc haberi poteſt, quod miracula non ſunt ſemper certa divinæ dilectionis inſignia.

Occaſione ſeditionis Chore, & complicum ſuorum multa miracula contigerunt. Numer. 16. & 17.

Percuſſi filii Iſrael a ſerpentibus ignitis, & aſpicientes ſerpentem æneum curabantur. Num. 12.

Veniens Balaam ad maledicendum populo Dei, redargutus fuit ab aſina, cui ſedebat. Num. 22.

Adduxit Dominus filios Iſrael per deſertum quadraginta annis, & non ſunt attrita veſtimenta eorum, nec calceamenta vetuſtate conſumpta. Deuteron. 29.

Ingreſſis filiis Iſrael fluvium Jordanis ſtabant aquæ, & inſtar montium intumeſcebant aliæ inferiores in mare mortuum deſcenderunt. Joſue 3.

Poſt ſeptem circuitus filiorum Iſrael muri Jerico corruerunt. Joſue 6.

Obedivit Deus voci Joſue dicentis, Sol contra Gabaon ne movearis. Joſ. 10. c.

Immiſit Dominus gladium in omnibus caſtris Madian, & mutua ſe cæde truncabant, & ſic per paucos multi debellati fuerunt. Judic. 7.

Per arcam Domini a Philiſthæis captam multa fuerunt facta miracula. Reg. 4. & 5.

Jonathas & amiger ejus percuſſerunt tot de Philiſthæis, quod factum eſt miraculum, & conturbata ſunt caſtra. 1. Reg. 14.

Magnum fuit miraculum, quod David juvenis inexpertus & inermis prævaluit adverſus Philiſthæum armatum, fortem & expertum. 1. Reg. 17.

Cum extenderet Hieroboam brachium, ut faceret capi virum Dei, aruit manus ejus, & altare ſciſſum fuit, 3. Reg. 13.

Elias legitur feciſſe miracula impetrando fieri ſiccitatem, ita quod non pluit ſuper terram annos tres, & menſes ſex: ſicut habetur. Jac. 5. Item corvi detulerunt ei panem

A & carnes bis in die, conſequenter ſuſcitavit filium mulieris matrisfamilias. 3. Regum 17. Poſtea ignem holocauſtum mirabiliter conſumentem a Domino precibus impetravit. Deinde poſt orationem ejus, facta eſt pluvia grandis. 3. Regum 18. Poſt hæc Angelus Domini panem & aquam ei oſtendit. Item in monte Horeb apparuit ei Dominus. 3. Reg. 19. Præterea duos quinquagenarios ad preces ejus ignis deſcendens de cœlo conſumpſit. 4. Reg. 1. Tandem diviſit pallio tangens aquas Jordanis, & in curru igneo receptus eſt in cœlum, 4. Reg. 2.

Eliſæus legitur feciſſe miracula aquas Jordanis dividendo. 4. Regum

B 2. Idem mulieri viduæ debitis obligatæ oleum augmentavit. 4. Regum 4. Idem mulierem Sunamitidem filium habere fecit, & deinde eum mortuum ſuſcitavit. 4. Regum 4. Item appoſita farina in olla, prius amara olera dulcoravit. Item panes multiplicavit filiis Prophetarum. 4. Regum 14. Item ſanavit a lepra Naaman Syrum. 4. Reg. 5. Item fecit ſuper aquas natare ferrum. 4. Regum 6. Item abſens tamquam præſens multa cognovit. 4. Regum 5. & 6. Item currus igneos Angelorum a puero ſuo videri fecit. 4. Reg. 6. Item exercitum regis Syriæ cæcitate percuſſit. 4. Reg. 6. Item multotiens futura prædixit. 4. Regum 7. 8. 9. & 13. Item cadaver ho-

C minis mortui tangens ipſius oſſa defuncti ſurrexit. 4. Regum 13.

Mirabile fuit valde quando ad petitionem Ezechiæ Sol retroceſſit per decem lineas in Horologio Achaz. 4. Regum 20.

Obſidente rege Senacherib civitatem Lachis percuſſi ſunt una nocte de exercitu ipſius centum octoginta quinque millia tempore Ezechiæ. 4. Reg. 19.

Congregati ſunt contra Joſaphat filii Ammon & Moab, & de monte Seir, cum canerent autem laudes Deo Levitæ in exercitu Joſaphat exiſtentes adverſarii in ſemetipſos verſi, mutuis ſe occidere vulneribus. 2. Paralipomenon 20.

Tobias quatuor annis fuit cæcus, & deinde juxta conſilium Angeli ad

lini.

Digitized by Google

liniationem de felle piſcis lumen recepit. Tobiæ 11.

Memorandum fuit miraculum de tribus ſociis Danielis a fornace ignis ardentis, tam magnifice liberatis. Danielis 3. & etiam de Daniele, qui cum leonibus ſeptem diebus remanſit illæſus. Dan. 14. Alia vero vice fuerat die uno. Dan. 6.

Occaſione Jonæ mare fuit commotum, quo projecto piſcis eum deglutivit, & per triduum ibi vixit; & poſtea ſanus exivit. Jonæ 1. & 2.

Expertus eſt Heliodorus divinam virtutem, quando voluit ſpoliare templum, & fuit a duobus juvenibus graviſſime vulneratus. 2. Machab. 3.

Adverſus Galatas in Babyloniam ſex millia hominum peremerunt centum viginti millia hominum propter auxilium eis datum de cœlo. 2. Machab. 8.

Angelus Domini apparuit Zachariæ, nuncians ei ex parte Dei, quod Eliſabeth uxor ejus, licet ſterilis, & anus pareret ei filium, qui incredulus ad verbum Angeli mutus effectus eſt, uſque ad circumciſionem pueri, & tunc loquela reſtituta eſt ei. Luc. 1.

Mirum dulce & pium valde factum fuit, quando ad ſalutationem Beatæ Mariæ, quæ noviter conceperat Salvatorem, beatus Joannes in utero matris exiſtens exultavit, & ſancta Eliſabeth hæc cognovit, & exclamavit, dicens: Benedicta tu inter mulieres, &c. Lucæ 1.

Magi venerunt ab oriente Hieroſolymam, dicentes: Ubi eſt, qui natus eſt Rex Judæorum? Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, &c. Matth. 2.

Vocatus ad nuptias Dominus Jeſus cum diſcipulis ſuis, aquam in vinum convertit. Joan. 3.

Non fuit parvum Domini miraculum, quando illi de Nazareth repleti ira duxerunt eum in ſupercilium montis, ut præcipitarent eum: ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat. Lucæ 4.

Circuibat Jeſus, &c. obtulerunt ei omnes male habentes variis languoribus & tormentis comprehenſos,

A & qui dæmonia habebant & lunaticos & paralyticos, & curavit eos. Matth. 4. ſimile habetur Luc. 4. Omnes qui habebant infirmos variis languoribus, &c. Item Lucæ 6. Virtus de illo exibat & ſanabat omnes.

Quantum ad miracula, quæ Salvator noſter cum hominibus converſatus operari dignatus eſt, ex Evangelica colligitur hiſtoria: quia ipſe tres mortuos ſuſcitavit, videlicet filiam Archiſynagogi in domo patris. Matt. 9. Marc. 5. Luc. 8.

Item filium viduæ delatum extra portas civitatis Naim. Luc. 3. Tertius fuit Lazarus frater Mariæ & Marthæ, qui jam quatriduanus e-
B rat, & in ſepulchro fœtebat. Joan. 11.

Item leproſos undecim invenitur mundaſſe. De uno, Matth. 8. Marc. 1. Luc. 5. De aliis autem decem, qui dixerunt ſimul, Jeſu præceptor miſerere noſtri. Luc. 17.

Præterea, ſex cæcos legitur illuminaſſe, de duobus ſimul. Matt. 9. de duobus aliis. Matth. 20. Duo cæci ſedentes ſecus viam audientes, quia Jeſus tranſiret. De uno alio. Marc. 8. Veniunt Bethſaida, & adducunt ei cæcum, & rogabant illum, ut eum tangeret. De alio autem cæco nato, Joan. 9.

Dæmoniacos autem ſeptem ſpecialiter liberavit. De duobus Matth. 8.
C De quorum uno qui erat famoſus, & nomen ſibi eſſe legionem dicebat, tangitur. Lucæ 8. De uno alio, qui erat mutus. Matth. 9. De alio, qui erat cæcus & mutus. Matth. 12. & Luc. 11. de eodem. De quodam vero lunatico, qui non poterat liberari, niſi in oratione & jejunio, habetur Matth. 9.

Item de quodam ſpiritu immundo ab homine in Synagoga Judæorum ejecto tangitur. Marc. 1. Luc. 4. Item de filia mulieris Cananææ ad inſtantiam matris ſanata. Matth. 15. Marc. 7. Item ſecundum litteram narratur. Luc. 8. Eiecit ſeptem dæmonia de Maria Magdalena, & hoc ipſum dicitur Marc. 16.

Item cum ſocrus Simonis teneretur magnis febribus, imperavit Jeſus

fe-

Digitized by Google

febri, & continuo ſurgens miniſtra-
bat ei. Matth. 8. Marc. 1. Luc. 4.
Item paralyticum ante eum per tegulas tecti demiſſum ſanavit. Matt. 9. Marc. 4. Luc. 5.
Item hydropicum, dum Sabbato comederet in domo Phariſæi, curavit. Luc. 14.
Item homini manum aridam habenti extendere eam fecit. Matt. 12. Marc. 3.
Item hominem languidum per triginta octo annos in momento ſanavit. Joan. 5. Item incurvatam mulierem, nec ſurſum reſpicere valentem erexerat. Luc. 13.
Item ſanavit ſervum Centurionis, qui jacebat paralyticus, & male torquebatur. Matt. 8
Item ſurdum fecit audire, & mutum loqui. Mar. 9.
Item filium Reguli de Capharnaum incipientem mori ad vitam reduxit. Joan. 4.
Item fluxum ſanguinis in muliere Hæmorrhoiſſa ceſſare fecit tactu fimbriæ veſtimenti ejus. Matt. 9. Marc. 5.
Item tempeſtate valida in mari ipſo dormiente commota imperavit mari, & ſtatim venti & mare obediunt ei. Matt. 8. Marc. 4. Luc. 8.
Item ambulavit diſcipulis admirantibus ſupra mare, & Petrum ambulare fecit, & incipientem mergi manu extenta ſalvavit. Matth. 14. Marc. 6.
Item pulchrum miraculum oſtendit tribus Apoſtolis in ſua transfiguratione. Matt. 17. Marc. 9. Luc. 9.
Item de quinque panibus & duobus piſcibus, quinque millia hominum ſatiavit, & ſublati fuerunt duodecim cophini fragmentorum. Matt. 14. Marc. 6. Luc. 9. Joan. 6.
Item quatuor millia hominum refecit alia vice, de ſeptem panibus & paucis piſciculis, & ſuperfuerunt ſeptem ſportæ fragmentis plenæ. Matt. 15. Mar. 8.
Item ficum habentem folia ſine fructu maledixit, & continuo aruit. Matt. 21. Marc. 8.
Item auriculam per Petrum, ſervo principis ſacerdotum amputatam benigne reſtituit, & Petrum ſuper hæc

A amputavit. Luc. 22.
Cum autem ipſe ſalvator pro ſalute mundi penderet in cruce, a ſexta hora diei, uſque ad horam nonam tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram, Luna exiſtente decima quinta, & in parte cœli oppoſita Soli, ita quod Sol per ipſam Lunam nullatenus naturaliter poterat eclipſari, & velum templi ſciſſum eſt, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, & multa corpora Sanctorum, quæ dormierant, ſurrexerunt. Matth. 27.
Reſurgente vero ipſo Domino Ieſu Chriſto, terræmotus factus eſt magnus, Angelus enim Domini deſcendit de cœlo, & accedens revolvit la-
B pidem ab oſtio monumenti, præ timore etiam ejus exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui. Matt. 28.
Deinde apparuit diſcipulis ſuis januis clauſis. Joan. 20. & ad mare Tiberiadis, ubi ad præceptum ejus mittentes rete in mare, impletum eſt magnis piſcibus centum quinquaginta tribus, & cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. Joan. 21.
Tandem quadrageſimo die poſt reſurrectionem ſuam apparens diſcipulis, & eos increpans & inſtruens, videntibus & admirantibus elevatus eſt in cœlum, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Luc. 24. Act. 1.
Prædicta miracula in ſpeciali tan-
C guntur, alia vero plurima fuiſſe facta in Generali leguntur: ſicut apparet in diverſis locis, in Matthæo, Marco, & Luca. Unde Joan. 20. Multa quidem & alia fecit Jeſus, &c.
Miro modo magnum fuit miraculum de effuſione Spiritus ſancti ſuper diſcipulos in die Pentecoſtes. Unde ita fuerunt roborati, conſolati, & illuſtrati. Act. 2.
Videns Petrus hominem claudum juxta Specioſam portam templi dixit: In nomine Jeſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Et apprehenſa manu ejus dextera, alleviavit eum: & protinus conſolidatæ ſunt baſes ejus & plantæ. Act. 3.
Princeps ſacerdotum, & omnes qui cum illo erant, injecerunt manus

nus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia ſua publica. Angelus autem Domini per noctem eduxit eos, & carcerem reclusit, &c. Act. 5.

Grande miraculum, & terribile factum fuit, quando ad vocem increpatoriam Petri, Ananias cecidit & expiravit; & ſimile accidit de Saphira uxore ejus. Act. 5.

In plateis ponebant infirmos in lectulis & grabatis, ut veniente Petro ſaltem umbra ejus obumbraret quemquam illorum. Concurrebat autem multitudo vicinarum civitatum afferentes ægros, & dæmoniacos, & curabant omnes. Act. 5.

Prædicante Philippo in Samaria, multi qui habebant ſpiritus immundos clamantes exibant, multi etiam paralytici & claudi curati ſunt, Act. 8.

Æneam paralyticum ab annis octo in grabato jacentem Petrus ſanavit, dicendo: Ænea ſalvet te Dominus Jeſus Chriſtus; ſurge & ſterne tibi Act. 9.

Ejectis omnibus foras Petrus ponens genua oravit, & converſus ad corpus Tabithæ mortuum, dixit: Thabita ſurge. At illa apperuit oculos, & viſo Petro reſedit; dansque illi manum erexit eam. Act. 9.

Mirabile & admirabile factum fuit, quod Saulus dum iret Damaſcum ad capiendum Chriſti diſcipulos, cœleſti lumine circumfultus in terram proſtratus eſt, & exterius excæcatus, ſed interius illuſtratus. Act. 9.

Petrum incarceratum, catenis duabus vinctum, & ſexdecim militibus cuſtoditum, Angelus Domini ſolutum eduxit, & porta ferrea ultro aperta eſt eis. Act. 9.

Elymam magum pſeudo-Prophetam Judæum, Paulus privavit lumine oculorum, eo quod ipſe proconſulem Paulum a fide avertebat, & Apoſtolis verbum Dei prædicantibus reſiſtebat. Act. 13.

In civitate Lyſtræ erat vir quidam claudus ex utero matris ſuæ, qui numquam ambulaverat: quem intuens Paulus dixit voce magna: Surge ſuper pedes tuos rectus, & exilivit & bulavit. Act. 14.

Quædam puella habens ſpiritum A pythonem magnum quæſtum præſtabat dominis ſuis divinando, hæc ſequebatur Paulum & Lucam, & clamans & dicens: Iſti homines ſervi excelſi Dei ſunt. Dolens autem Paulus dixit ſpiritui; Præcipio tibi in nomine Jeſu Chriſti exire ab ea, & exivit eadem hora. Act. 16.

Cum eſſent Paulus & Silas in carcere laudantes Deum, ſubito terræ motus factus eſt magnus, ita ut moverentur fundamenta carceris, & ſtatim aperta ſunt omnia oſtia, & univerſorum vincula ſoluta ſunt. Act. 16.

Virtutes non modicas faciebat Deus per manus Pauli, ita ut etiam ſuper languidos deferrentur a corpore B ejus ſudaria, vel ſemicinctia, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur. Act. 19.

Quidam Judæi tentaverunt invocare ſuper eos, qui habeaant ſpiritus malos nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, dicentes: Adjuro vos per Jeſum, quem Paulus prædicat; Reſpondens autem ſpiritus nequam dixit eis: Jeſum novi & Paulum ſcio. Vos autem qui eſtis? Et inſiliens homo in quo erat dæmonium dominatus eſt amborum, & invaluit contra eos; ita ut nudi, & vulnerati effugerent de domo illa. Act. 19.

Una ſabbati Paulus diſputans protraxit ſermonem uſque ad mediam noctem, ſedens autem adoleſcens qui- C dam ſuper feneſtram cum mergeretur ſomno gravi, cecidit de tertio cœnaculo deorſum, & ſublatus eſt mortuus, ad quem cum deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eum, adduxerunt autem puerum vivum, & conſolati ſunt non minime. Act. 20.

Tempore hiemali cum evaſiſſent Paulus & ſocii ejus de fracta navi, & calefacerent ſe ad ignem: uipera a calore procedens invaſit manum Pauli: quam ille excutiens in ignem nihil mali paſſus eſt; cum tamen crederetur ab hominibus illius regionis illico moriturus. Act. 28.

Patrem Publii febribus & dyſſenteria laborantem, Paulus facta oratione, & manuum impoſitione ſanavit: quo facto omnes, qui inſula habebant

bant infirmitates, accedebant, & curabantur. Act. 20.

Caput II.

De prudentia Dei & occultis ejus judiciis.

SCiebat Dominus hominem peccaturum, & tamen ipſum peccabilem fecit, cum impeccabilem facere potuiſſet: ſed ſciebat quantum bonum occaſione illius culpæ elici debuiſſet. Gen. 1. de creatione hominis.

Unde fratres Joſeph ipſum extinguere crediderunt, inde diſpoſitione Domini ipſum ſuper ipſos exaltaverunt. Gen. 37. & 41.

Laban mercedem Jacob frequenter mutavit, ut ei lucrum ſubtraheret, qui tamen de facultatibus ejus divina voluntate ditatus eſt. Gen. 30.

Mirante Joſeph, & cauſam ignorante Jacob in benedictione filiorum ejus, ſuper Ephraim poſuit manum dexteram, & ſuper Manaſſem ſiniſtram. Gen. 48.

Poſtquam Moyſes percuſſerat Ægyptium, & offenderat corripiendo quemdam Hebræum, fugit a facie Pharaonis, & exulavit in terra Madian multis annis; ita quod videbatur, ut de cetero non auderet comparere in terra Ægypti: & tamen ibi paſcendo oves ſoceri ſui, habuit majores occaſiones vacandi Deo, & vidit viſionem illam grandem: ac miſſus fuit a Deo ad filios Iſrael, & ad Pharaonem. Exod. 2. & 3.

Sciebat Dominus Pharaonem non obediturum mandatis ſuis, & tamen ipſum per Moyſem faciebat requiri. Exod. 5. & 6.

Antequam educeret Dominus filios Iſrael de Ægypto, longo tempore, & multotiens affligi eos, & flagellari permiſit. Exod. 1. & 5.

Magi & malefici Pharaonis Deo permittente fecerunt ſigna in Ægypto ſicut Moyſes, quo ad plura. Exod. 7.

Permittit Dominus reprobos indurari, & electos affligi, ut aliqua miracula operetur, & inde cognoſcatur amplius & laudetur. Exod. 9. Idcirco poſui te, ut oſtendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.

Totiens promiſit Dominus filiis Iſrael terram illam lacte, & melle manantem, & tamen duo tantum de illis, qui viginti annos habebant, ſcilicet Caleb & Joſue ad illam pervenerunt, reliqui vero non, ſed parvuli eorum tantum. Num. 14.

Moyſes qui totiens populum peccantem reconciliavit Deo, peccavit ſemel ad aquas contradictionis. Num. 20. & non obtinuit pro ſe ipſo, ut intraret terram Promiſſionis.

Hoc ipſo, quod filii Iſrael propter peccata ſua manſerunt quadraginta annis in deſerto, amplius magnificatus eſt Deus, qui eos tamdiu pavit,
B & eorum veſtimenta a conſumptione ſervavit, ac tandem eos in terram promiſſionis mirabiliter introduxit. Joſue 2.

De gentibus, quæ habitabant in terra Promiſſionis, dicitur Joſue 11. Domini ſententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Iſrael, & caderent, & non mererentur ullam clementiam, & perirent.

Poſtquam Gedeon tam mirabilem victoriam de inimicis habuerat, & dominari populo recuſaverat, fecit Ephod: quod factum eſt ei, & domui ejus in ruinam, Judic. 8.

Iratus Dominus filiis Iſrael propter eorum peccata, dixit eis: Non ad-
C dam, ut eos liberem. Ite & invocate Deos, quos elegiſtis. Dixeruntque ad Dominum: Peccavimus, &c. & ſequitur: Qui doluit ſuper miſeriis eorum. Judic. 10.

Samſon Angelo annuntiante, de ſterili matre conceptus, poſtea pluries fuit per mulieres deceptus, & ad ultimam ruinam domus oppreſſus. Judic. 16.

Filii Iſrael contra filios Benjamin de conſilio & voluntate Domini præliantes, bis debellati fuerunt: ſed illos poſtea penitus deleverunt. Jud. 20.

Permiſit Dominus arcam capi ab incircumciſis, ubi multa miracula fecit, & cum reduceretur, Bethſamitæ cum gaudio receperunt illam. Quia vero viderunt eam, percuſſit Dominus ex eis ſeptuaginta magnos viros,

&

Digitized by Google

& quinquaginta millia plebeios. 1. Reg. 4. 5.

Saule melior non erat in populo, quando fuit a Domino ſignanter electus, & tamen cito poſt peccavit, & fuit a Deo projectus. 1 Reg. 15.

David erat minimus inter fratres, & quaſi nullius reputationis inter eos: unde quando vocati fuerunt filii Iſai, iſte neglectus, vel contemptus fuit: tamen per illum Dominus totum populum gubernavit, & totam illius progeniem ſublimavit. 1. Reg. 16. & deinceps.

Satis eſt mirabile quomodo Samuel ſanctus propheta a muliere Pythoniſſa legitur ſuſcitatus. 1. Reg. 28. Auguſtinus in lib. de doctrina Chriſtiana dicit, quod fuit imago Samuelis, non ipſe propheta, vel ejus anima, & apparuit ejus imago arte dæmonum ſacrilega.

Nota quam expreſſe locutus eſt Dominus ad Nathan de bonitate David, & filii ejus, qui ædificaturus erat templum. 2. Reg. 7. & tamen ambo in peccata poſtea tam turpiter corruerunt.

Mirabile videtur quod pro adulterio, & homicidio David unus tantum parvulus eſt. 2. Reg. 12.

Moriturus David ordinationem fecit ſatis mirabilem: ſed quia Scriptura ita commendat eum, ſupponendum eſt, licet occulta, non tamen injuſta ratione fuiſſe factum. 3. Regum. 2.

Salomoni dedit Dominus tantam proſperitatem, & pacem, quod non erat ſatan, neque occurſus malus. Item ſapientiam, & gloriam præ cunctis regibus; & tamen permiſit eum Dominus taliter infatuari, depravari, & multiplices adverſarios ſuſcitari. 3. Regum. 11.

Præcepto Domini per Ahiam prophetam præfectus eſt Hieroboam ſuper decem tribus, qui populum ad idololatriam malitioſe induxit. 3. Regum. 11.

Occidit leo virum Dei, qui prædixit Jeroboam deſtructionem altaris ſui; & de carnibus ipſius mortui non comedit. 3. Regum. 13.

Cum eſſet Achab ſceleratiſſimus, & audiret pœnam ſibi pro criminibus infligendam; cœpit exterius humiliari, & Dominus pœnam infligere prorogavit. 3. Reg. 21.

A

Terribile fuit, quod duos principes quinquagenarios cum quinquaginta ſuis fecit Elias igne deſcendente deſuper ſubito devorari. 4. Reg. 1.

Jehu rex Iſrael maximo zelo perſecutus eſt cultores Baal, ita quod Dominus ipſius opera commendavit: & tamen ab idololatria vitulorum Jeroboam non receſſit, 4. Regum. 10.

Manaſſes rex in Hieruſalem terribilia ſcelera perpetravit: poſtea catenis vinctus, & in Babylonem ductus pœnitentiam agens oravit Deum, & exauditus fuit. 2. Paral. 33.

B

Joſias rex Juda cum ſanctiſſimam vitam duxiſſet, tandem perrexit, ut dimicaret contra Nechao regem Ægypti dicentem ei: Deſine adverſum Deum facere qui mecum eſt, ne interficiat te. Non acquievit Joſias ſermonibus Nechao ex ore Dei, & male ſucceſſit ei. 2. Paral. 35.

Civitatem ſanctam electam ſpecialiter, & dilectam peculiarem populum, quem de Ægypto mirabiliter eduxerat, per deſertum deduxerat, in terram Promiſſionis introduxerat, permiſit Deus per Chaldæos, & Aſſyrios devaſtari, & miſerabiliter captivari, & videbatur quod Dominus illos penitus non curaret: dicitur autem Tob. 13. Confitemini Domino, filii Iſrael, quoniam ideo diſperſit vos inter gentes, qui ignorant Deum, ut enarretis miracula ejus, & faciatis ſcire, quia non eſt alius Deus optimus præter eum.

C

Tobias poſt tam pia miſericordiæ opera, quibus ſolicitus intendebat, excæcatus eſt, cujus cauſam non intelligentes amici ejus ſcandalizati inſultabant ei. Tobiæ 2.

Satis mirabile potuit reputari, quare tot regna permiſit Deus ab Holoferne nequiſſimo homine ſubjugari. Judit. 2. & 3.

Item de Aman, qui fuit ſuperbiſſimus & crudeliſſimus, & tamen fuit poſt regem ſuper cunctos principes exaltatus. Eſther. 3.

Mirabantur, & ſcandalizabantur amici Job ſuper eum, quando videbant tam gravibus flagellis afflictum,

Digitized by Google

Job. 2. & deinceps.

Divina juſtitia punit interdum malos homines per peiores, ſicut filios Iſrael, & Juda per Nabuchodonoſor, & Chaldæos: unde Iſa. 10. Væ Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe eſt, &c. Ipſe autem non ſic arbitrabatur, &c.

Non ſolum ſuper populum fidelem, & bonum inſtituit Dominus principem, ut prælatum; verumetiam ſuper omnes, non eſt poteſtas niſi a Deo. Rom. 13. Unde de Cyro prophetavit Iſaias, & vocat eum Dominus Chriſtum ſuum, de quo tamen dicit: Aſſimilavi te, & non cognoviſti me, &c. Iſa. 45.

Præcepit Dominus Jonæ, ut prædicaret adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur, & tamen ſciebat Dominus Ninivitas pœnitentiam acturos, & non aliter puniendos. Jonæ 3.

Permiſit Dominus, ut Antiochus profanaret illud venerabile templum, & ſuccenderet civitatem ſanctam, & faceret ibi innumeras cædes hominum innocentium, &c. 1. Mach. 1.

Tempore Antiochi Epiphanis, qui Hieruſalem deſtruxit, templum profanavit, multos Judæos torſit crudeliter, & occidit, poterat videri multis quod confuſio magna erat, & deordinatio in regimine univerſi. Verumtamen ex illis malis elicuit Deus malorum punitionem: quorumdam vero correptionem, multorum etiam tunc interfectorum virtutes, & merita fuerunt multipliciter augmentata. 2 Machab. 6. Obſecro autem eos qui habent, &c.

Judas Machabæus, Jonathas, & Simon fratres ejus fuerunt viri, quoad Deum, & homines fideliſſimi & ſtrenuiſſimi, & tamen ſatis miſerabiliter mortui. Nam Judas in bello contra Bachidem & Alchimum cecidit. 2. Machab. 9. Jonatham vero cum duobus filiis Tryphon occidit. 1. Machab. 13. Simonem autem, & duos filios ejus Ptolomæus filius Abobi inebriatos proditorie jugulavit. 2. Machab. 15. Mirum fuiſſe videtur quod Eleazarus vir ætate provectus, & illi ſeptem fratres, tam crudelia ſuſtinuerunt pro divina lege tormenta, nec tamen ibi Deus aliquam vindictam in tyrannos oſtendit. 2. Machab. 6. & 7.

A

Voluit Dominus puer exiſtens in Ægyptum deferri a facie Herodis, & permiſit loco ſui Innocentes occidi. Matt. 2. Sed in hoc ipſis infantibus melius providit, numquam enim tantum bonum Innocentibus perveniſſet, ſi Herodes eos honorare curaſſet, quantum provenit eis ex eo quod eos occidi mandavit. Matt. 2.

Audita fide Centurionis miratus eſt Dominus, & ſequentibus ſe dixit: Multi venient ab Oriente, & Occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Jacob in regno cœlorum: filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Matt. 9.

B

Quidam ſcriba obtulit ſe ad ſequendum Dominum, & non fuit admiſſus. Alium vero invitavit ad ſequendum, qui non voluntarius videbatur. Unde dixit: Dimitte me ſepelire patrem meum. Lev. 9. & Matth. 8.

Fecit Dominus virtutem in Corozaim, & Bethſaida, ubi parum profuit, & non fecit in Tyro & Sydone: ubi ſi feciſſet, multum profuiſſet. Matth. 11.

Permiſit Deus Joannem Baptiſtam exemplum totius ſanctitatis ab Herode viliſſimo adultero decollari. Matt. 11. & Marc. 6. Stuporem autem auget, quia hoc factum fuit ad inſtantiam meretricis, nec aliqua vindicta legitur in Evangelio ſubſecuta, neque in Herodiade, neque in puella, neque in ipſo Herode Tetrarcha.

C

In Dominica paſſione per ſceleratiſſimam hominum iniquitatem, Deus circa redemptionem Humani generis ſuam benigniſſimam voluntatem oſtendit. Unde dixit Petrus. Act. 3. Deus qui prænuntiavit per os omnium prophetarum pati Chriſtum ſuum implevit ſic, &c.

Petrus Apoſtolorum princeps, & caput Eccleſiæ, Dominum ipſo permittente ter negavit. Thomas, qui tam confidenter dixerat: Eamus & nos, & moriamur cum eo. Joan. 11. de Reſurrectione Dominica dubitavit:

Ex

Ex quibus ſecutus eſt, quod Petrus fuit mitior erga peccatores, & fuerunt in fide ſolidati fideles, vel in fide aliqualiter ceſpicientes. Item habetur ex hoc, quod nullus debet de ſua firmitate præſumere, & quod ſive aliquis ceciderit a fide, ſive dubitaverit in fide non debet de divina miſericordia, & de conſequenti venia deſperare.

Item ex hoc quod Judas Apoſtolus, & diſpenſator Domini in enorme peccatum cecidit, nec ſurrexit, reprehenditur omnis præſumptuoſa ſecuritas, quod nullus pro ſtatu quem habeat, vel pro actu quem faciat, debet alte ſapere, ſed timere.

Quando Apoſtoli duces fidelis populi fuerunt in carcere, & cum diligentia cuſtoditi: Act. 5. poterat videri aliquibus infirmis, quod Deus tempore novellæ fidei non debebat talia permiſiſſe, ſed ex hoc ipſo fideles fuerunt mirabiliter conſolati, & adverſarii fidei confutati. Simile accidit de ſolo Petro. Act. 12. quando fuit ab Herode captus & carceratus, & per Angelum miraculoſe eductus.

Magna fuit iniquitas Stephanum lapidare, & tamen inde multa bona ſupernæ providitate clementiæ provenerunt, nam ipſe fuit in cœlo glorioſius coronatus, in terra abundantius honoratus, oratio etiam ſua quam ibi fecit, nobis acquiſivit Paulum, & omnibus poſteris reliquit miræ patientiæ, & charitatis exemplum. Act. 7.

Lapidato Stephano facta eſt magna perſecutio in Eccleſia, quæ erat Hieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Judææ & Samariæ, præter Apoſtolos, ita quod videbatur ad multum Chriſtiana Religio vergere detrimentum. Sed diſperſi diſcipuli Evangelizabant verbum Dei, ita quod hoc ipſo Eccleſia fuit amplius dilatata. Act. 8.

Prædicantibus Paulo, & Barnaba Judæis, & illis repellentibus verbum Dei aſſumpſerunt ipſi occaſionem gentibus prædicandi. Unde dixerunt. Act. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, &c. Ecce convertimur ad gentes; audientes autem gentes gauiſæ ſunt.

A Facta eſt diſſenſio inter Paulum, & Barnabam, propter Joannem Marcum, quem Paulus nolebat recipere eo quod diſceſſiſſet ab eis: Barnabas autem volebat eum ſecum aſſumere, ita quod abinvicem diſceſſerunt ex quo videbatur ſcandalum debere ſequi, ſed diſponente Deo magnus ſecutus eſt fructus, quia pluribus prædicatum eſt verbum Dei. Act. 15.

Grandia facinora committebant illi, qui egregium doctorem Paulum incarcerabant, & a prædicatione ipſum ceſſare cogebant, poterat, etiam multis videri, quod hoc magnum inconveniens erat, & quod Dominus hoc permittere non debebat. Et tamen notandum eſt valde quod ex B tantis impendimentis, & damnis divina providentia multas virtutes effecit, nam inde meritum Pauli crevit, ſic etiam majora virtutum exempla reliquit, & melius docuit per opera, quam prius feciſſet per verba. Præterea in carcere poſitus ſcripſit abſentibus, & remotis. Nec tantum profuit Eccleſiæ prædicando, quantum profuit Epiſtolas tranſmittendo. Unde ſi in una civitate, vel provincia fuiſſet ab hominibus honoratus, & libenter auditus, non habuiſſet occaſiones ad diverſos populos remeandi, nec tot gentibus Evangelium ſeminandi. Quando igitur perſequebantur eum Judæi, vel quicumque alii de civitate in civitatem, C verbum Dei pluribus prædicabat: quando in carcere tenebatur Epiſtolas faciebat. Item quando reſiſtebant ei Judæi, ad gentes ſe convertebat. Act. 13. Quoniam repellitis verbum Dei, dicebat Judæis, Ecce convertimur ad gentes. Item Act. 18. dixit Judæis: Sanguis veſter ſuper caput veſtrum, mundus ego ex hoc ad gentes vadam. Rurſus etiam, quia miſeria Felicem, & Feſtum judices habuit cupidos, & iniquos, compulſus eſt Cæſarem appellare, ſicque Romam venit, quam ſua doctrina vel prædicatione ſalubriter illuſtravit, & ſua paſſione feliciter decoravit.

Digitized by Google

CAPUT III.

De benignitate Dei ad ſervos ſuos.

ABraham loquens cum Domino & petens, ut parceret Sodomitis mira fiducia utebatur, & viſus fuiſſet apud homines importunus. Sed Dominus ei ſemper benigne reſpondit, & quod petebat, conceſſit. Gen. 18.

Fugienti Jacob iram fratris ſui Dominus clementer apparuit. Item redeuntem ad patrem ſuum ab inſecutione ſoceri liberavit. Gen. 30. & 31.

Magna fiducia uſus eſt Jacob orando Deum dicens: Non dimittam te niſi benedixeris mihi, &c. Gen. 32.

Ait Dominus ad Moyſen: Cerno quod populus iſte duræ cervicis ſit, dimitte me, ut iraſcatur furor meus contra eos. Exod. 32. Quaſi diceret tu me tenes, nec poſſum hos peccatores conterere, niſi dimittas me.

Loquebatur Dominus per Moyſen, facie ad faciem, ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum.

Præterea ipſum ab æmulis, & detractionibus defendebat. Num. 12. 23. 16. Exod. 33.

Obedivit Deus voci Joſue dicentis: Sol contra Gabaon non movearis, &c. Joſue 10.

Balach vocavit Balaam, ut malediceret filios Iſrael, ſed Dominus e contrario per illum benedixit eis, ſicut refert Joſue 24. Et de hoc quærebatur Balach. Num. 23.

Gedeon bis a Domino petiit ſignum in vellere, utrum deberet victoriam de hoſtibus obtinere. Jud. 6. Mirum fuiſſe videtur de hoc, quod diis non fuit indignatus.

In abjectione, ſeu contemptu ſervorum Dei, ipſe Dominus reputat ſe contemptum, ut patet in Samuele. 1. Reg. 8. Non te abiecerunt, ſed me, dixit Dominus Samueli.

Nota quam pie locutus eſt Dominus ad Nathan de David, & domo ejus in futurum. 2. Reg. 7.

Quamvis poſteri David multipliciter, & graviter peccaverunt, tamen A opera eius bona frequenter memorantur, & propter illa multoties pepercit Dominus peccatis illorum. 3. Reg. 3. & 4.

Ex præcepto Domini corvi deferebant panem, & carnes Eliæ. 3. Reg. 17. Et poſtea, Angelus Domini panem, & aquam ei obtulit. 3. Reg. 19.

Ezechias rex Juda dixit: Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum, & non imputabit eis, quod minus ſanctificati ſunt. 2. Paralip. 30.

Miſit Dominus Angelum ſuum, qui Tobiam iuniorem duxit, & reduxit, dæmonium ab eius uxore compeſcuit, gaudium parentibus eius fecit, B ſeniorem Tobiam a cæcitate curavit, & totam domum eius bonis omnibus replevit. Tob. 5. & deinceps.

Videbatur Dominus, quaſi timere offenſam Hieremiæ, cum vellet populum, propter peccata ſua omnino delere: dicebat enim Hierem. 7. Proiiciam vos a facie mea. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te.

Planum eſt, quod Deus eſt cum ſervis ſuis in tribulatione. Unde Nabuchodonoſor cum Azaria, & ſociis eius ſimilem filio Dei vidit in fornace ardenti. Dan. 3.

C Exaudivit Dominus vocem Suſannæ, & quia per impudicos ſenes preſbyteros iniuſte fuerat condemnata, per continentem puerum fuit iuſto iudicio liberata. Dan. 13.

Cum Daniel eſſet in Babylone in lacu leonum, miſit ei Dominus de longinquo xenium, nam de Judæa miſit ei prandium per Habacuc prophetam. Dan. 14.

Præparavit Dominus piſcem magnum, ut deglutiret Jonam. Jonæ 2. Qui tamen propter inobedientiam videbatur iuſte meruiſſe pœnam.

Machabæus, & qui cum eo erant pugnantes contra Timotheum habuerunt de cœlo manifeſtum auxilium, apparuerunt ei viri quinque in equis, &c. Poſtea vero euntes ad prœ-

Digitized by Google

lium contra Lyſiam apparuit præcedens eos eques in veſte candida armis aureis haſtam vibrans. 2. Machab. 11.

Mira benignitas erat in Domino Salvatore, qui circuibat ſanans omnem languorem, & omnem infirmitatem, quod niſi feciſſet multi infirmi accedere ad eum non potuiſſent. Matt. 4. & 9. Lev. 8.

Leproſo dicenti, Domine ſi vis potes me mundare; pie reſpondit Dominus, & benigne fecit. Sequitur enim extendens Jeſus manum tetigit eum dicens: Volo, mundare. Matt. 8. Sacerdotes autem hujuſmudi homines habebant horrori. Statim poſt vocationem Matthæi diſcubuit Dominus in domo ejus. Matt. 9. Lev. 5.

A muliere fluxum ſanguinis patiente, quæ ſecundum legem immunda erat, clemens & pius Jeſus permiſit ſe tangi, & illam quæ duodecim annis omnia in medicos erogaverat, in momento ſanavit. Mar. 5. Matt. 9.

Cum ſeceſſiſſet Dominus in deſertum vidit, turbam multam, & miſertus eſt eis, & curavit languidos eorum. Veſpere autem facto dixerunt ei diſcipuli: Dimitte turbas. Jeſus autem tamquam liberaliſſimus dixit eis: Date illis vos manducare, &c. Matt. 14.

Petrus incipiens mergi clamavit, dicens: Domine ſalvum me fac, & continuo Jeſus extendens manum apprehendit eum. Matth. 14.

Mariam Magdalenam pie defendit Dominus Jeſus contra Phariſæum mala de illa cogitantem. Luc. 7. Item contra ſororem propriam de illa conquerentem. Luc. 10. Item contra diſcipulos, propter infuſionem unguenti in eam frementes. Mar. 14.

Ineffabilis pietas Dei multum oſtenditur in exemplo de filio Prodigo, ubi dicitur, quod cum longe adhuc eſſet filius, vidit eum pater ſuus, & miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum ejus, & oſculatus eſt eum. Item volebat ille dicere, & petere, quod fieret ſicut unus de mercenariis, & pater quaſi interrupit verba ejus, & recepit eum in filium, &c. Luc. 15.

De facili Dominus recipit illos quos mundus ejecit. Unde cæcus ille natus a Domino receptus eſt. Joan. 9.

Mira fuit Chriſti benignitas, quando ad domum Publicani Zachæi, qui eum videre cupiebat ſeipſum invitavit, & ejuſdem domui benedixit. Luc. 19.

Cum protuliſſet Dominus indiſtincte, Unus ex vobis me tradet: Innuit Petrus Joanni, Quis eſt de quo dicit: Itaque cum recubuiſſet Joannes ſurpa pectus Domini, dicit ei: Domine quis eſt. Ecce magna benignitas, & familiaritas Salvatoris. Joan. 13.

Promiſit Salvator Diſcipulis ſuis de ſuo receſſu contriſtatis, quod Pater alium paraclitum daret eis. Joan. 14. Quod optime completum eſt in die Pentecoſtes, quando Spiritus ſanctus eos totaliter roboravit, conſolatus eſt, illuſtravit, vel docuit. Act. 2.

Venientibus ad capiendum Dominum Miniſtris Pontificis dixit eis: Si me quæritis, ſinite hos abire. Sciebat enim quod non erant parati ad martyrium ſuſtinendum, idcirco infirmitati eorum condeſcendens voluit quod parceretur eis. Joan. 18.

Petiit latro, ut Dominus meminiſſet ejus, cum veniſſet in regnum ejus. Dominus autem plus conceſſit, quam ille peteret, dicens: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Lev. 23.

Magna fuit Chriſti pietas, quæ nec Petrum, qui eum ter negaverat, repulit, ſed benigne reſpexit. Luc. 22. Nec Thomam in dubitatione reliquit, ſed ſe palpandum ei manifeſte exhibuit. Joan. 20. Item Paulum in actu perſecutionis exiſtentem excæcavit, & convertit. Act. 9.

Dum lapidaretur beatus Stephanus vidit Dominum Jeſum in cœlis ſtantem, tamquam paratum ad ipſum fortiter adjuvandum. Act. 7.

Beato Joanni in inſula Pathmos exulanti multam benignitatem Dominus oſtendit, & mittendo Angelum ſuum, qui eum multiplici revelatione conſolatus eſt. Apoc. 1. & deinceps per totum.

Digitized by Google

CAPUT IV.

De conſolatione divina.

Poſtquam Abraham exivit de terra ſua ad mandatum Domini, ipſe Dominus conſolatus eſt eum diverſis apparitionibus, & revelationibus. Gen. 12. 15. 17. & 18.

Fugienti Jacob a facie fratris ſui, & ſuper lapidem dormienti, apparuit Dominus, & ei magnam conſolationem infudit. Gen. 28.

Apparuit Dominus Moyſi exulanti, & oves paſcenti quod non accidit ei, quamdiu nutriebatur in domo Pharaonis. Exod. 3.

Filiis Iſrael in deſerto pluit manna de cœlo. Exod. 17. Item carnes, & aquam pluries Dominus miraculoſe dedit.

Moyſes in monte exiſtens cum Domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus non manducavit, neque bibit, reficiebatur enim divino colloquio. Exod 34.

Dixit Dominus ad Joſue. Joſue 1. Non dimittam nec derelinquam te, confortare, & eſto robuſtus, &c.

Præcepit Dominus, ut corvi portarent bis in die panem & carnes, Eliæ 3. Reg. 17. Iterum poſt hoc apparuit Dominus ei, cum fugeret Jezabel, cujus prophetas fecerat occidi. 3. Reg. 19.

Efficaciter conſolatus eſt Dominus Ezechiam per Prophetam, & per Angelum, qui occidit centum octogintaquinque millia de exercitu regis Aſſyriorum. 4. Reg. 19.

Exauditæ ſunt eodem tempore orationes Tobiæ, & Sarræ: & miſſus eſt Angelus Domini, qui curaret ambos. Sarram, videlicet a dæmonio viros illius interficiente, & Tobiam ſeniorem a cæcitate, & paupertate. Tob. 3.

Populum Iſrael exiſtentem in anguſtitia, & timore pro exercitu Holofernis dignatus eſt Dominus per manum unius fœminæ mirabiliter conſolari. Jud. 10. & deinceps.

Convertit Dominus luctum Judæorum in gaudium, quando ipſi procurante Eſther ſuos hoſtes, qui ad jugulationem eorum ſe paraverant, occiderunt. Eſther. 9.

Notabile eſt, quod quando populus Iſrael fuit in maxima afflictione, ſcilicet tempore captivitatis Babylonicæ, plures habuit prophetas, quam tempore Salomonis, quando fuit in magna proſperitate. Nam Hieremias fuit in Judæa, Ezechiel, & Daniel in Chaldæa.

Angelus Domini aſcendit cum Azaria, & ſociis ejus in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem. Dan. 3. per quod apparet quod omni loco, omni tempore parata eſt divina pietas hominem confortare.

Danielem bis poſitum in lacu leonum, conſolatus eſt Dominus, primo mittendo Angelum, qui leonum ora concluſit. Dan. 6. Secundo per Habacuc prophetam, quando de Judæa in Chaldæam cum cibo per Angelum tranſportavit. Dan. 14.

Suſannam calumnioſe damnatam eripuit Deus ex inſperato, per Danielem puerum. Dan. 13.

Machabæus, & qui cum eo erant videntes adjutorem a Deo ſibi miſſum, & ducem, benedixerunt miſericordem Deum, & convaluerunt animis. 2. Mach. 11.

Bene implevit Dominus promiſſionem ſuam Apoſtolis factam, qua dixerat eis alium paraclitum ſe miſſurum, quando miſit eis Spiritum ſanctum, in die Pentecoſtes, qui eos tam copioſe docuit, conſolatus eſt, & roboravit. Act. 2.

Fœlix Paulus etiam in hac vita, qui ſecure dicebat, 2. Cor. 1. Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra, & 7. Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione veſtra.

Eccleſia habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & conſolatione ſancti Spiritus replebatur. Act. 9.

Petro in carcere Herodis vincto, & cum diligentia cuſtodito, miſit Angelum ſuum, qui de manu Herodis, & Judæorum liberavit eum. Act. 12.

Paulo & Sila ejus ſocio laudanti-

bus Deum in carcere in media nocte, ſubito terræmotus factus eſt magnus, & aperta ſunt oſtia omnia, & univerſorum vincula ſunt ſoluta. Act. 16.

Dixit Dominus nocte per viſionem Paulo, cum prædicaret Corinthiis, Noli timere, ſed loquere, & ne taceas propter quod ego tecum ſum, & nemo apponetur, ut noceat te. Act. 18.

Cum eſſet Paulus in cuſtodia Claudii Lyſiæ tribuni detentus nocte aſſiſtens ei Dominus ait: Conſtans, eſto Paule, ſicut enim teſtificatus es de me in Hieruſalem: Sic oportet te Romæ teſtificari. Act. 23.

Cum beatus Joannes Apoſtolus eſſet in Pathmos inſula relegatus divina revelatione fuit multipliciter conſolatus. Apoc. 1. & deinceps.

Caput V.

De benedictione, quam Deus dat.

Creavit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam maſculum & feminam, creavit eos, benedixitque eis, & ait, Creſcite, & multiplicamini, &c. Gen. 1.

Benedixit Deus Noe, & filiis eius, & dixit ad illos: Creſcite & multiplicamini, & replete terram, &c. Gen. 9

Dixit Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, &c. benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus, &c. Gen. 12.

Super Iſmael exaudivi te, dixit Dominus ad Abraham: Ecce benedicam ei & augebo, & multiplicabo eum valde. Gen. 17.

Dominus benedixit Iſaac & locupletatus eſt, & ibat proficiens, &c. Gen. 28.

Loquens Jacob ſocero, & avunculo ſuo Laban ait: inconveniens habuiſti antequam venirem ad te, & nunc dives effectus es, benedixitque tibi Dominus ad introitum meum. Gen. 3.

Jacob in oratione luctans cum Angelo, ait: Non dimittam te, niſi benedixeris mihi, ſequitur: Benedixit ei in eodem loco. Gen. 32.

Benedixit Dominus domui Ægyptii, propter Joſeph, & multiplicavit, tam in hædis, quam in agnis cunctam ſubſtantiam eius. Gen. 39.

Habitavit arca Domini in domo Obededom tribus menſibus, benedixitque Dominus Obededom, & omnem domum eius. 2. Reg. 6.

Operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſſio eius crevit in terra, Job. 1. & de eodem 42. Dominus benedixit noviſſimis Job, magis quam principio eius.

Aſcenſurus in cœlum Salvator eduxit Diſcipulos ſuos in Bethaniam, & elevatis manibus ſuis, benedixit eis, &c. Luc. 24.

B Deſideranda eſt illa benedictio; quam dabit Dominus electis in die iudicii, quando dicturus eſt: Venite benedicti Patris mei, &c. Matt. 25.

Caput VI.

De maledictione qua Deus maledicit.

Serpens primo legitur a Deo maledictus fuiſſe. Unde dicit: Maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ, ſuper pectus tuum gradieris, &c. Gen. 3.

Ad pœnam hominis dictum eſt. Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo, &c.

C Poſt iniquam fratris occiſionem, & ſuperbam reſponſionem dixit Dominus ad Caim: Maledictus eris ſuper terram, &c. Gen. 4.

Lamentans Hieremias excidium civitatis Hieruſalem dixit: Thren. 2. Repulit Dominus altare ſuum, maledixit ſanctificationi ſuæ, &c.

Daniel in oratione ſua dicebat: Stillavit ſuper nos maledictio, & deteſtatio, &c. Dan. 9. Et nota quod maledictio ſtillare dicitur ſuper peccatores, ſed ſuper iuſtos benedictio inundare. Ezec. 39. benedictio illius, quaſi fluvius inundavit.

Sacerdotibus malis, loquens Dominus, per Malachiam Prophetam dixit: Maledicam benedictionibus veſtris, &c. Malac. 2.

Ficus habens folia ſine fructu, ma

Digitized by Google

maledicta fuit a Domino, & continuo aruit. Matt. 21. Mar. 11.

Nimis erit terribilis illa maledictio contra reprobos proferenda in die judicii. Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum.

Caput VII.

De benedictione qua homo benedixit Deum.

MElchiſedech Rex Salem occurrens Abraham revertenti a cæde quatuor Regum, ait: Benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. Gen. 14.

Obtenta victoria de Siſara, Debbora, & Barac cecinerunt dicentes: Qui ſponte obtuliſtis de Iſrael animas veſtras ad periculum, benedicite Domino. Jud. 5.

Poſt victoriam, quam dedit Dominus David de Goliath Philiſtæo. Reg. 17. dicitur feciſſe Pſalmum, Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, &c.

Cum audiviſſet Hiram verba Salomonis, lætatus eſt valde, & ait: Benedictus Dominus, qui dedit David filium ſapientiſſimum ſuper populum hunc plurimum. 2. Reg. 5.

Ædificato templo dixit Salomon coram univerſo populo: Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui locutus eſt ore ſuo ad David patrem meum, & in manibus ejus perfecit, &c. 3. Reg. 38.

Fecit David principes ad confitendum Domino Aſaph & fratres ejus, ſequitur: Benedictus Dominus Deus Iſrael ab æterno, & uſque in æternum, &c. 2. Par. 16.

David Rex lætatus eſt gaudio magno, & benedixit Domino coram univerſa multitudine. 1. Paral. 29.

Videns Eſdras animum Arthaxerſis regis bonum eſſe erga Judæos dixit: Benedictus Dominus Deus Patrum noſtrorum, qui dedit in corde regis, ut glorificaret domum Domini, quæ eſt in Hieruſalem. 1. Eſdr. 7.

Completo muro civitatis Hieruſalem ſub Eſdra, & Nehemia dixerunt Levitæ: Surgite, & benedicite Deo noſtro ab æterno, & uſque in æternum, & benedicant nomini gloriæ tuæ excelſo in omni benedictione, & laude. Nehem. 9.

Cum aperuiſſet Eſdras librum legis, ſtetit omnis populus, & benedixit Eſdras Domino Deo, voce magna, & reſpondit omnis populus: Amen, Amen. Nehem. 8.

Sarra filia Raguelis, cum compleret orationem dixit: Benedictum eſt nomen tuum Deus Patrum noſtrorum, qui cum iratus fueris, miſericordiam facies, &c. Tob. 3.

Filium ſuum inſtruens Tobias, dixit inter cetera: omni tempore benedic Deum. Et pete ab eo, ut vias tuas dirigat, &c. Tob. 4.

Raguel & uxor ejus videntes, quod Tobiam juniorem non læſerat dæmonium dixerunt: Benedicimus te Domine Deus Iſrael, quia non contigit nobis quemadmodum putabamus. Tob. 8.

Solicite monuit Tobiam, & filium ejus Raphael Angelus, ut benedicerent Deum cœli, & narrarent omnia mirabilia ejus. Tob. 12.

Recuperato viſu, & auditis ſermonibus Raphaelis aperiens Tobias os ſuum benedixit Deum, & dixit: Magnus es Domine in æternum. Tob. 13.

Ozias princeps populi Iſrael, videns Judith cum capite Holofernis dixit: Benedictus Dominus, qui creavit cœlum & terram, qui te direxit, &c. Judith. 13.

Danieli nocte per viſionem myſterium revelatum eſt, & benedixit Deo cœli, & ait: Sit nomen Domini benedictum a ſæculo: quia ſapientia & fortitudo ejus ſunt, &c. Dan. 2.

Ananias & ſocii ejus miſſi in caminum ignis, ambulabant in medio flammæ, laudantes & benedicentes Domino. Dan. 3. & rex Nabuchodonoſor, poſtea viſo tanto miraculo, ait: Benedictus Deus Sydrach, Miſach, &c.

Obtenta de hoſtibus victoria, & ædificato altari ſub Juda Machabæo, filii Iſrael adoraverunt, & benedixerunt in cœlum eum qui proſperavit eos. 1. Mach. 4.

Propter Heliodorum volentem ſpoliare

liare templum, qui divina virtute terribiliter flagellatur, benedixerunt omnes Dominum, quia magnificabat locum ſuum. 2. Mach. 3.

Machabæus, & qui cum eo erant, videntes auxilium a Deo ſibi miſſum benedixerunt ſimul miſericorditer Dominum, & convaluerunt animis, &c. 2. Mach. 11.

Nato Joanne Baptiſta apertum eſt os Zachariæ, & prophetavit, dicens, Benedictus Dominus Deus Iſrael, &c. Luc. 1.

Cum inducerent puerum Jeſum parentes ejus in templum Simeon accepit eum, & benedixit Deum, dicens: Nunc dimittis, &c. Luc. 2.

Poſt Aſcenſionem Domini erant in templo diſcipuli laudantes, & benedicentes Deum. Luc. 24.

Tribulationes patiens Apoſtolus Paulus dicebat: Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti. 2. Cor. 1. Similiter Petrus: Benedictus Deus &c. 1. Pet. 1.

Benedicere Deum eſt, quaſi opus, vel officium paradiſi. Apoc. 5. omnes audivi dicentes ſedenti in throno, & Agno benedictio, & honor, & gloria, &c.

Caput VIII.

De benedictione, qua homo benedicit homini.

Melchiſedech rex Salem occurrit Abraham revertenti a cæde quatuor Regum, & ait: Benedictus Abraham Deo excelſo, qui creavit cœlum & terram. Gen. 14.

Benedixit Iſaac Jacob, dicens: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini, & ſerviant tibi populi, &c. Gen. 27. Cum Eſau eiulatu magno fleret, motus Iſaac, dixit ad eum: In pinguedine terræ, & rore cœli, deſuper erit benedictio tua, vives in gladio, & fratri tuo ſervies. Gen. 27.

Introduxit Joſeph patrem ſuum Jacob ad Pharaonem: qui benedicens illi: & interrogatus ab illo quot ſunt dies annorum vitæ tuæ, &c. Gen. 27.

Benedixit Jacob filio ſuo Joſeph,

A & ait: Deus in cujus conſpectu ambulaverunt Patres mei, benedicat pueris iſtis, loquebatur de Manaſſe, & Effraim, quos Joſeph pater eorum rogaverat per patrem benedici, poſtmodum etiam benedixit Jacob ſingulis filiis ſuis, benedictionibus propriis. Gen. 49.

Locutus eſt Dominus ad Moyſem dicens: Benedicetis filiis Iſrael, benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te: oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, &c. Num. 6.

Extendens Aaron manum ad populum benedixit eis. Lev. 9.

Dixit Balaam filius Beor, ad benedicendum adductus ſum: benedictionem prohibere non valeo. Num.
B 23.

Non pernoctabit apud te pignus pauperis, ſed ſtatim reddes ei ante Solis Occaſum, ut dormiens in veſtimento ſuo benedicat tibi. Deut. 24.

Moyſes homo Dei benedixit filiis Iſrael ante mortem ſuam, & ait, Dominus de Sina venit, & de Seir ortus eſt nobis, &c. Deut. 33.

Vocavit Joſue Rubenitas, & Gaditas, & dimidiam Tribum Manaſſe, dixitque ad eos: Feciſtis omnia quæ vobis præcepit Moyſes, &c. Benedixitque eis Joſue, & dimiſit eos. Joſue 22.

In cantico pro victoria habita de Siſara dicitur: Judicum 5. Benedicta inter mulieres Jahel uxor Haber Cy-
C nei, & benedicatur in tabernaculo ſuo, &c.

Noemi videns Ruth nurum ſuam a Boos fuiſſe honoratam, dixit: Benedictus ſit a Domino, quoniam eamdem gratiam quam præbuerat vivis, ſervavit & mortuis. Ruth. 2.

Commendans Boos Ruth, quæ ad Deum Iſrael confugerat, ait: Benedicta es a Domino, quia priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti. Ruth. 3.

Heli benedixit Helcanæ, & uxori ejus: dixitque eis; Reddat tibi Dominus ſemen de muliere hac pro fœnore, quod commodaſti Domino. 1. Reg. 2.

Nuntiaverunt Ziphæi Sauli, quod David latitaret apud eos, dixitque Saul: Benedicti vos a Domino, quia do-

Digitized by Google

doluiſtis vicem meam. 1. Reg. 23.

Nunciatum eſt David, quod viri Jabes Galaad ſepeliſſent Saul, dixitque ad eos: Benedicti vos a Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc cum Domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum. 2. Reg. 2.

Convertit rex Salomon faciem ſuam, & Benedixit omni Eccleſiæ Iſrael. Omnis autem Eccleſia Iſrael ſtabat. 3. Reg. 8.

Cum compleſſet offerens pacifica, & holocauſta, benedixit populo in nomine Domini, & diviſis univerſis per ſingulos tortam panis, &c. 2. Par. 16.

Apprehendens Raguel dexteram filiæ ſuæ tradidit Tobiæ, dicens: Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus B Jacob vobiſcum ſit, & ipſe conjungat vos, impleatque benedictionem ſuam in vobis. Tob. 7.

Raguel oſculatus eſt Tobiam, & plorans ſuper collum ejus dixit: Benedictio tibi ſit, fili mi, quia boni, & optimi viri filius es. Tob. 7.

Gabelus ingreſſus domum Raguelis invenit Tobiam, & flevit dicens: Benedicat te Dominus Deus Iſrael, quia filius es viri optimi & juſti, & timentis Deum, & eleemoſynas facientis. Tob. 9.

Ozias princeps populi, dixit ad Judith: Benedicta es tu filia a Domino Deo excelſo, præ omnibus mulieribus ſuper terram. Judith, 13.

Item poſtea omnes benedixerunt C illam una voce, dicentes: Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, &c. Judith. 14.

Factum eſt, ut audivit ſalutationem Mariæ Eliſabeth exclamavit, & dixit: Benedicta inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Luc. 1.

CAPUT IX.

De maledictione qua homo maledicit.

PRimus inter homines Noe legitur maledixiſſe Canaan nepoti ſuo, pro eo quod Cham pater ejus nuditatem ipſius Noe ceteris fratribus nuntiavit, & magis eam tegere debuiſſet. Gen. 9.

Inter verba benedictionis, quam Adedit Iſaac & Jacob filio ſuo dixit: Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus. Gen. 27.

De Simeon, & Levi, dixit Jacob pater eorum: Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura. Gen. 49.

Qui maledixerit patri ſuo, aut matri ſuæ morte moriatur. Lev. 20.

Balach miſit nuntios ad Balaam, ut veniret, & malediceret populo Iſrael. audierat enim quod maledictus erat, in quem maledicta congeſſiſſet. Num. 22.

Multas maledictiones ponit Moyſes in eos, qui tranſgrederentur tradita illis divina mandata, Deut. 27.

Diruta civitate Jericho imprecatus eſt Joſue, dicens: Maledictus vir coram Domino, qui ſuſcitaverit, & ædificaverit Jericho. Joſ. 9.

Sichimitæ inter epulas, & pocula maledicebant Abimelech. Jud. 9.

Goliath Philiſtæus maledixit David in diis ſuis. 1. Regum. 17.

Saul volens perſequi Philiſtæos adjuravit populum dicens: Maledictus qui comederit panem uſque ad veſperas, donec ulciſcar de inimicis meis. 1. Reg. 14.

Semei procedebat egrediens, & maledicebat, mittebatque lapides contra David, & dicebat: Egredere vir ſanguinum, & vir Belial. 2. Reg. 16.

Eliſæus maledixit pueris illudentibus ei, & dicentibus: Aſcende calve, & lacerati ſunt quadraginta pueri a duobus urſis. 4. Reg. 2.

Cum Judas Machabæus obſideret quoddam præſidium illi, qui intus erant ſupra modum maledicebant, & ſermones nefandos iactabant. 2. Mach. 10.

Phariſæi maledicebant cæco nato per Dominum Jeſum illuminato, & dixerunt. Joan. 11. Tu diſcipulus ejus ſis, cujus maledictio ſit ſuper nos, & ſuper filios noſtros.

Arguebant Judæi Paulum dicentes ſummum ſacerdotem Dei maledicis, ſed ille excuſavit ſe, & dixit: Neſciebam fratres, quia princeps eſt ſacerdotum. Act. 24.

Caput X.

De ſeveritate Dei erga delinquentes.

GRaviter punivit Deus peccatum priorum parentum, quod ipſi credebant veniale, nec ita dure puniendum fore. Gen. 3.

Originali mundo Deus non pepercit. Sed ipſum pene totum diluvii inundatione delevit. Gen. 7.

Quinque civitates, propter peccatum contra naturam fœtenti conflagratione conſumptæ fuerunt per Angelos a Deo miſſos. Gen. 19.

Ægyptii perſequentes filios Iſrael ſubmerſi ſunt jubente Deo, quaſi plumbum in aquis vehementibus. Exod. 14 & 15.

Quia populus Amalech voluit impedire filios Iſrael euntes in terram Promiſſionis, dixit Dominus ad Moyſem: Delebo omnem memoriam Amalech de ſub cœlo. Exod. 17.

Propter vitulum, quod adoravit populus, ceciderunt una die viginti quatuor millia hominum. Exod. 27.

Egreſſus eſt ignis a Domino, & devorabit Nadab, & Abiu filios Aaron, qui ſcilicet arreptis thuribulis ignem alienum, & incenſum deſuper poſuerunt, & coram Domino obtulerunt. Lev. 10.

Juſſit Dominus blaſphemum extra caſtra educi, & ab univerſo populo lapidari, Lev. 24.

Carnibus quas miſerat Dominus in dentibus filiorum Iſrael ad hoc exiſtentibus: percuſſit Dominus populum plaga magna nimis. Num. 11.

Percuſſit Dominus Mariam lepra, quia locuta eſt contra Moyſen. Num. 12.

De ſexcentis millibus virorum, qui numerati ſunt. Num. 1. nullus intravit terram Promiſſionis, propter peccata eorum, præter Caleb, & Joſue, ſicut minatus eſt Deus. Num. 14.

Ligna colligens in ſabbato fuit præcepto Domini lapidatus. Num. 15.

Terribili morte occidit Dominus, & complices ejus. Num. 16.

A Hæſitantem ad aquam contradictionis Moyſen Dominus dure punivit. Num. 20. Cum tamen uſque tunc; tam ſancte, & fideliter ſe geſiſſet, tam ad Deum quam ad populum.

Miſit Dominus ſerpentes ignitos in populum, quia tæduerat eos itineris, & laboris, & dixerant: Quare eduxiſti nos, &c. Num. 21.

Achor cum tota ſupellectili ſua periit, quia tulerat de anathemate Jericho. Joſue. 7. Pro peccato in uxorem Levitæ commiſſo tota tribus Beniamin exceptis ſexcentis hominibus fuit Domino jubente deleta. Judic. 20.

Heli peccantes filios corripit, ſed B lente, propter quod ipſe in eis, & cum eis punitus eſt. 1. Reg. 2. & 4. Quid ergo de illis, qui filios ſuos non corripiunt, ſed incitant ad malum verbis, & exemplis.

Quia Saul obtulerat holocauſta contra mandata Samuelis, reprobatus eſt. 1 Reg. 13.

Item quia Agag regem Amalech, & gregem ovium reſervavit. 1 Reg. 14.

Propter peccatum Saul puniti ſunt illi de domo ſua, & poſt mortem ejus, & propter ejus facta eſt fames in terra. 1 Reg. 11.

Adducente David arcam Dei ſuper plauſtrum, Oza tenuit eam ne caderet, quia bos laſciviens inclinaverat eam, & percuſſit eum Dominus ſu- C per temeritate, qui mortuus eſt ibi. 2 Reg. 6.

Septuaginta duo millia hominum mortua ſunt, propter elationem David, quando fecit populum numerari. 3 Reg. 24.

Vir Dei, qui venit de Juda, & nuntiavit Hieroboam, ſucceſſionem oſſium ſacerdotum ejus, occiſus fuit a leone, eo quod contra imperium Domini comedit panem in domo cujuſdam mali prophetæ. 3 Reg. 13. Quadraginta duo pueri fuerunt a duobus urſis lacerati pro eo, quod illuſerant Eliſæo dicentes: Aſcende calve. 4 Reg. 2. Si tam graviter punitum fuit peccatum Giezi, qui accepit munera a Naaman ſatis voluntarie data, quid erit de illis, qui acci-

cipiunt multa fraudulenter exacta, A vel violenter extorta. 4 Reg. 5.

Ozias rex Juda cepit thuribulum, & morte ſacerdotum voluit adolere incenſum, ſtatimque orta eſt lepra in fronte ejus. 2 Paralip. 26. Quia Ezechias oſtendit theſaurum ſuum nuntiis regis Babylonis amiſit eum, cum tamen illi, de terra longinqua veniſſent, & videbatur, quod lætanter recipi debuiſſent. 4 Reg. 20. Populum peculiarem, & dilectum tradidit Deus in manibus Nabuchodonoſor, qui totam gentem crudeliter captivavit, ſanctam civitatem combuſſit, & templum deſtruxit. 4 Reg. 25. Pro eo quod elevatæ ſunt filiæ Sion, &c. ſequitur: Erit pro ſuavi odore fœtor, &c. Pulcherrimi quo- B que viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. Iſa. 3.

Reges Babylonis filios Iſrael crudeliter tractaverunt, poſtea etiam ipſi cum inclyta civitate ſua fuerunt deſtructi, ſicut minatur Dominus. Iſa. 13 14 & Hiere. 50 & 51.

De pœna per Chaldæos Judæis illata, dicit Dominus per Heremiam: Plaga inimici percuſſi te caſtigatione crudeli, &c. Hier. 30. Heliodorus fuit graviter flagellatus eo, quod viduarum, & pupillarum depoſita voluit aſportare. 2. Machab. 3.

Antiochus rex fuit ea grandi plaga percuſſus, ut de corpore impii vermes ſcaturirent: odore etiam illius ac fœtore exercitus gravaretur. C 2. Machab. 9.

Servum nequam, qui noluit dimittere conſervo ſuo centum denarios, Dominus iratus tradidit tortoribus, quo ad uſque redderet univerſum debitum. Matth. 18.

Inutilem ſervum, qui traditum ſibi non ſtuduit multiplicare talentum, præcipit Dominus illo, quod habuerat ſpoliari, & in tenebras exteriores eiici. Mat. 25.

Fraus illa quam commiſit Ananias conſcia Saphira uxore ſua, gravi fuit ultione punita. Act. 5.

Herodes veſtitus veſte regali, ſedebat pro tribunali, populus autem acclamabat Dei voces, & non hominis. Confeſtim ergo percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non de- diſſet honorem Deo, & conſumptus a vermibus expiravit. Act. 12.

Caput XI.

De ira Dei, vel furore.

Attende, quod ſecundum Auguſtinum. lib. 15. de civitate Dei, ira Dei non perturbatio animi ejus eſt, ſed judicium, quo irrogatur pœna peccato: cogitatio vero ejus, recogitatio mutandarum rerum eſt immutabilis ratio: neque enim, ſicut homines ita Deum cujuſquam facti ſui pœnitet, cujus eſt de omnibus omnino rebus, tam fixa ſententia. Sed ſi non utatur Scriptura talibus verbis, non ſe quodam modo familiarius inſinuabit omni generi hominum, quibus vult eſſe conſultum, ut & perterreat ſuperbientes, & excitet negligentes, & exerceat quærentes, & alat intelligentes, quod non faceret, ſi non ſe prius inclinaret, & quemadmodum deſcenderet adjacentes. *Auguſt. de Civ. Dei. lib. 15 ca. 25*

Quia Moyſes ducatum populi recipere Domino jubente multotiens recuſavit, iratus eſt Dominus in Moyſen. Exod. 4. Iratus eſt Dominus in Ægyptios, qui detinuerunt, & afflixerunt populum ſuum, & tandem voluerunt perſequi recedentes. Exod. 15. Miſiſti iram tuam, &c.

Moyſes orabat Deum, dicens: Cur Domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum, &c. videlicet propter vitulum conflatilem, obtulerat enim holocauſta. Exod. 32.

Flagrabat populus deſiderio carnium ſedens, & flens, &c. Num. 11. ſequitur paulo poſt: Iratus eſt furor Domini valde.

Octavo modo ſeditionis Chore, & complicum ejus, dixerunt Moyſes, & Aaron ad Dominum. Fortiſſime Deus ſpirituum, num uno peccante contra omnes ira tua dæſeviet. Num. 16. Murmuravit omnis multitudo filiorum Iſrael contra Moyſen, & Aaron, dicens: Vos interfeciſtis populum Domini: ſequitur egreſſa eſt ira a Domino: & plaga deſæviit.

Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab. Sequitur iratus Dominus, di-

Digitized by Google

dixit ad Moyſen : Tolle cunctos principes populi & ſuſpende eos. Num. 25.

Propter hæſitationem Moyſi ad quas contradictionis iratus eſt Dominus contra Moyſen, ſicut ipſe dicit Deuteron. 1. mihi iratus Dominus propter vos, dixit: Non ingredieris illuc, ſcilicet in terram Promiſſionis.

Cavete dixit Moyſes. Deuter. 11. ne forte decipiatur cor veſtrum, & recedatis a Domino, ſerviatiſque diis alienis, & adoretis eos, & iratus Dominus claudat cœlum. Item dicitur Joſ. 7. Fili Iſrael prævaricati ſunt de mandatis Domini, & uſurpaverunt de anathemate. ſequitur : Iratuſque eſt contra filios Iſrael. Commovit furor Domini David in eis dicentem ad Ioab : Vade, & numera Iſrael & Judam. 2. Reg. 24.

Iratus eſt Dominus contra Ozam, & percuſſit eum eo quod tetigiſſet arcam, & mortuus eſt ibi coram Domino. Paralip. 13.

Per Idololatriam & auguria, & alia diverſa peccata irritaverunt Deum filii Iſrael. Iratuſque eſt Dominus vehementer Iſrael, & abſtulit eos Dominus a conſpectu ſuo. 3. Reg. 14.

Propter Jehu, dixit Joſaphat regi Juda, qui iverat ad prælium cum Achab rege Iſrael : Impio præbes auxilium, & iis, qui oderunt Dominum amicitia jungeris, & idcirco iram Domini merebaris, ſed bona opera inventa ſunt in te. 2. Paralip. 19 Joſaphat rex Juda conſtituit judices, & præcepit eis, dicens : Sic agetis in timore Domini, &c. Oſtendite fratribus veſtris, ut peccent in Deum, ne veniat ira ſuper vos. 2. Paralip. 19.

Joas rex Juda, & principes ejus ſervierunt lucis & ſculptilibus, & facta eſt ira Domini contra Judæam, propter hoc peccatum. 2. Paralip. 24.

Amaſias rex Juda divino fretus auxilio Idumæos ſuperavit in bello; & attulit Deos eorum, & adoravit eos, propter quod iratus eſt Dominus contra eum. 2. Parali. 25

Ezechias rex Juda, non juxta beneficia, quæ acceperat a Domino retribuit; quia elevatum eſt cor ejus, & facta eſt ira contra eum, & contra Judæam, ac Hieruſalem. 2. Paralip. 32.

A

Magnus furor Domini ſtillavit ſuper nos, eo quod non cuſtodierunt patres noſtri verba Domini, ita dixit Joſias rex Juda, auditis verbis, quæ ſubſcripta erant in libro legis. Paralip. 34.

Comederunt & ſaturati ſunt, & impinguati, & abundaverunt deliciis in bonitate tua magna : provocaverunt autem te ad iracundiam Nehem. 9.

Omnia ſecundum legem Dei fiant Deo altiſſimo, ne forte exurgat ira in regno regis filiorum regis. Ita princeps Artaxerſes gentilis. 1. Eſdr. 8. Quid ergo debent facere Chriſtiani ?

B

Dixit Dominus ad Eliphaz Themanitem : Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coram me rectum. &c. Job 42.

De Babylone dicitur. Hiere. 50. Ecce noviſſima erit in gentibus, & deſerta, invia, & arens. Ab ira Domini non habitabitur, ſed redigetur tota in ſolitudinem, hoc eſt, pro eo quod iratus eſt contra eam Dominus, propter peccata ejus punietur.

Machabæus Judas congregata multitudine intolerabilis gentibus efficiebatur. Ira enim Domini in miſericordiam converſa eſt. Matth. 8.

In parabola de ſervo nequam, qui noluit miſereri conſervo ſuo, dicitur. Matth. 28. Et iratus Dominus tradidit eum tortoribus, &c.

C

Obſervantibus Judæis Dominum, ſi ſabbatis curaret, circumſpiciens eos Salvator cum ira, contriſtatus eſt ſuper cæcitatem cordis eorum. Mar. 3.

Contra illos autem, qui ſe excuſaverunt ne irent ad cœnam, dicitur Luc. 9. Tunc iratus paterfamilias dixit ſervo ſuo : Exi cito, &c.

Qui credit in filium Dei, habet vitam æternam; qui autem incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Joan. 3.

Multum timenda eſt ira, quæ oſtendetur in dii judicii, de qua Apoc. 6. Reges terræ, & principes &c. dicent montibus, & petris cadite ſuper nos, & abſcondite nos a facie ſedentis in throno, & ab ira Agni.

Digitized by Google

CAPUT XII.

Quod Deus plus attendit ad operantem, quam ad opus.

CAim obtulit de fructibus munera Domino, Abel quoque obtulit de gregibus ſuis, ſequitur: Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus; ad Caim vero, & ad munera ejus non reſpexit. Gen. 10.

Promiſſo filio de Sara naſcituro, riſit Abraham. Gen. 17. Riſit etiam Sara. Geneſ. 18. Riſus autem Saræ fuit a Domino reprehenſus, & non riſus Abrahæ.

Cum facerent mirabilia quædam coram Pharaone, Moyſes, & Aaron. Legitur quod fecerunt ſimiliter malefici Ægyptiorum incantationibus ſuis. Exod. 17.

Talia thuribula habuerunt Chore, & illi de globo ſuo, ſicut Aaron & forte de æque bono vel meliori metallo. Verumtamen Deus non æqualiter acceptavit incenſionem eorum. Num. 16.

Elevantes oculos Bethſamitæ viderunt arcam Domini, & gaviſi ſunt, & obtulerunt Domino holocauſtum; quamvis autem bonum opus facere viderentur, percuſſit eos Dominus gravi plaga, eo quod viderunt arcam, quam videre non debebant. 1. Reg. 6.

Saul quando fuit inter Prophetas expoliavit ſe, & prophetare cœpit, ſed parum ei profuit. 1. Reg. 19

Oza extendens manum tenuit arcam ne caderet de plauſtro, qui ſtatim percuſſus a Domino mortuus eſt. 2. Reg. 6.

Licet offerre incenſum Domino ſit bonum opus, non tamen competit omni homini. Unde Ozias Rex Juda, percuſſus eſt lepra a Domino eo quod ipſe voluit incenſum ſuper altare thymiamatis adolere. 2. Paralip. 26.

Reprobat Dominus per Iſaiam oblationes quas ſibi offerri inſtituit, & hoc propter offerentium pravitates: Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus, plenus ſum? holocauſta arietum,

A &c. Cauſa vero ſubditur: Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Iſaiæ 1.

Prætulit Dominus oblationem viduæ, quæ poſuit duo æra in Gazophylacium muneribus divitum. Luc. 21.

Herodes cupiebat videre Jeſum, & viſo eo gaviſus eſt valde, ſed nullum fructum conſecutus eſt inde, quia curioſitas, vel vanitas erat in cauſa; non pietas, vel charitas. Luc. 23.

CAPUT XIII.

Quod Deus interdum tentat homines, ſive probat.

B TEntavit Deus Abraham, & dixit ad eum: Tolle filium tuum, &c. Gen. 22.

Dixit Dominus ad Moyſen: Ecce ego pluam vobis panes de cœlo, egrediatur populus, & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies, ut tentem eos utrum ambulent in lege mea, aut non Exod. 16.

Loquente Domino cum Moyſe, cunctus populus audiebat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ montemque fumantem, & perterriti, ac pavore concuſſi dixerunt Moyſi: Loquere tu nobis, &c. & ait Moyſes: Nolite timere, ut enim probaret vos, venit Deus, & ut terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis. Exod. 20.

C Non delevit Deus gentes penitus de terra Promiſſionis, ut in illis experiretur Iſrael; utrum cuſtodirent ejus mandata. Judic. 2.

Dereliquit Dominus Ezechiam, ut tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde ejus, quin venerunt nuntii regis Babylonis ad eum. Paralip. 33.

Poſtquam Tobias fuerat excæcatus. Tob. 2. dicitur ibi: Hanc autem tentationem, ideo permiſit evenire illi, ut poſteris daretur exemplum patientiæ ejus.

Dixit Judith loquens de filiis Iſrael, quos illo tempore Holofernes deſtruere cogitabat: Memores eſſe debent quomodo tentati ſunt patres noſtri, ut probarentur, ſi vere colerent Deum. Jud. 8.

Pro.

Digitized by Google

Propter graviſſimas paſſiones, quas paſſus eſt ſanctus Job, dicebat ipſe de ſeipſo: Probavit me, quaſi aurum, quod per ignem tranſit. Job. 23.

Petebat David a Domino dicens: Proba me Domine, & tenta me, &c. Pſal. 25.

Ambulans Dominus Jeſus ſuper aquas juſſit Petrum venire ad ſe, videns vero ventum validum timuit, &c. Matth. 14.

Dixit Dominus ad Philippum: Unde ememus panes, ut manducent ii; hoc autem dicebat tentans eum. Joan. 6.

Caput XIV.

Quod homo non debet tentare Deum.

Abraham ingrediens Ægyptum prudenter tacuit Saram eſſe uxorem ſuam, ne ſi hoc dixiſſet ſeipſum, & illam diſcrimini commiſiſſet. Geneſ. 12. Simile fecit. Gen. 20 & Iſaac ſimiliter. Gen. 26. Niſi autem ſic feciſſet, Deum quodammodo tentaſſet, ſecundum quod dicit Auguſtinus.

Multotiens tentaverunt filii Iſrael Dominum in deſerto, ubi dicitur: Num. 14. Superati in bello filii Iſrael a Philiſtæis, dixerunt: Quare percuſſit nos Deus coram Philiſtæis; & tunc duxerunt arcam Domini ad prælium, quæ capta fuit, & illi magna plaga percuſſi. 1. Reg. 4.

Sciebat David ſe eſſe inunctum in regem, & quod deberet regere poſt Saulem, juxta id quod promiſerat ei Samuel: non tamen committebat ſe diſcrimini, ſed faciebat ad ſui cuſtodiam, quod debebat. 1. Reg. 22. & deinceps.

Cum immanis piſcis invaſiſſet Tobiam non expectavit, quod Angelus eum liberaret, qui tam velociter hoc facere potuiſſet; ſed apprehendit branchiam ejus, & traxit eum in ſiccum. Tob. 6.

Oſias ſtatuit cum populo, ut tranſactis quinque diebus, niſi veniret adiutorium, traderent ſe Holoferni. Dixit autem Judith presbyteris civitatis, & qui eſtis vos qui tentatis

A Dominum, non eſt iſte ſermo qui miſericordiam provocet, &c. Judith. 8.

Tentatus Dominus a diabolo, ut ipſe de pinnaculo templi, ſe præcipitaret, reſpondit: Non tentabis Dominum tuum, poteſtatem habens aliter deſcendere. Matth. 4. & Luc. 4.

Phariſæi volentes Jeſum capere in ſermone fecerunt ab eo quæri, utrum liceret tributa dari Cæſari, an non. Cognita autem nequitia eorum, Jeſus ait: Quid me tentatis hypocritæ, &c. Matth. 22.

Cum ejeciſſet dæmonium Dominus, & loqueretur mutus, quidam tentantes, ſignum de cœlo quærebant ab eo. Luc. 9

Dure increpando, dixit Petrus Saphiræ uxori Ananiæ: Quid convenit
B vobis tentare Spiritum Domini. Actorum. 5.

De re quam potuit per humanam induſtriam Paulus facere, nolebat miracula expetere. Unde apud Damaſcum cum inſidiarentur ei Judæi, fecit per murum in ſporta ſe dimitti. Act. 9.

Item cum loris vellet tribunus eum facere torqueri, dixit ſe eſſe civem Romanum. Act. 22.

Rurſus dixit ſe eſſe Phariſæum, ut poneret diſſenſionem inter Judæos Actor. 23. Item cum haberet iniquum judicem, Cæſarem appellavit. Actor. 25.

C

Caput XV.

De voto.

Jacob vadens ad domum Laban avunculi ſui, poſt oſtenſam ſibi a Domino viſionem, votum vovit dicens: Si Dominus fuerit mecum, &c. Gen. 20.

Rex Arad pugnavit contra Iſrael, & victor exiſtens tulit ex eo prædam: at Iſrael voto ſe obligavit Domino, & poſtea vicit eum. Num. 21.

Pugnaturus Jephte contra filios Amon dixit: Si tradideris filios Amon in manus meas, &c. Judic. 11.

Oravit Deum Anna flens largiter, & votum vovit, dicens: Domine exercituum ſi dederis mihi ſexum virilem, dabo eum Domino. 1. Reg. 1.

Ab-

Digitized by Google

A Abſalon volens rebellare ſuo patri David dixit: Votum vovit ſervus tuus cum eſſet in Jeſſur, dicens: Si reduxerit me Dominus in Hieruſalem, ſacrificabo Domino. 2. Reg. 15.

Aſa rex Juda, ea quæ voverat pater ſuus obtulit in domum Domini argentum, & aurum, vaſorumque diverſam ſupellectilem. 2. Paralip. 15.

Lætatus eſt populus, cum vota ſponte promitteret, quia corde toto offerebant ea Domino, ſed & David rex lætatus eſt. 1. Paralip. 29.

Fili Iſrael de Juda obtulerunt decimas quas voverant Domino. 2. Paralip. 31.

Rex Artaxerſes præcepit Eſdræ, & populo, ut offerret munera Domino Deo Iſrael, quæ voverant ipſe, & amici Hieruſalem. 3. Eſdr. 8. B

Omnis populus poſt victoriam venit in Hieruſalem adorare Dominum, & obtulerunt holocauſta & vota, & promiſſiones ſuas. Judith. 16.

Viri qui erant in navi, ubi fuit Jonas propheta, timuerunt timore magno Dominum, & immolaverunt hoſtias Domino, & voverunt vota. Jon. 1.

Heliodorus volens ærarium ſpoliare, & depoſita de templo auferre, fuit virtute divina graviter flagellatus, deinde ſanatus per orationem Oniæ, hoſtia Deo oblata, & votis magnis promiſſis repedavit ad regem. 2. Mach. 3. C

Poſtquam percuſſus fuit a Deo Antiochus graviſſima, & inſanabili plaga, pollicitus eſt Judæis, & templo Hieroſolimorum mirabilia ſe facturum. 2. Mach. 9.

Beata Virgo Maria virginitatem voviſſe videtur, per hoc quod ait: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco. Luc. 1.

Crudele votum, & impium fecerunt Judæi, illi, qui dixerunt principi ſacerdotum, devotione devovimus nos nihil guſtaturos, donec occidamus Paulum. Act. 23.

Caput XVI.

De oratione.

HUmiliter & diſcrete, inſtanter, & pie oravit Abraham Dominum, ut parceret Sodomitis. Gen. 14.

Pro rebus quas etiam ſine prece faceret Dominus, debemus interdum orare ipſum. Unde Iſaac deprecatus eſt Dominum pro uxore ſua ſterili, quam parituram fore diſpoſuerat Dominus. Gen. 30.

Penſandum eſt valde quam gratus & humiliter, & importunus in oratione fuit Jacob dicens: Domine minor ſum cunctis miſerationibus tuis, &c. Gen. 32.

Præterea quomodo ipſe ſe ab uxoribus, & tota familia ſequeſtravit, & ſolus de nocte remanſit. Ibidem.

Oravit multoties Moyſes Dominum, ut amoveret plagas de Egypto, & exaudiebatur, licet illi eſſent mali: Exod. 8. & 9.

Oratio mentalis clamat in aures Domini, ſicut patet. Exod. 14. Quando dixit Dominus Moyſi nihil loquenti: Quid clamas ad me.

In bello quod habuerunt filii Iſrael contra Amalec, plus fecit Moyſes orando, quam Joſue pugnando. Exod. 17.

Poſt adorationem vituli videbatur velle Dominus populum deſerere, ſed Moyſes per orationis inſtantiam obtinuit ei veniam. Exod. 32. Et nota ibi de modo orandi: Aut dimitte eis hanc noxam, inquit, aut dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.

Per orationem Moyſi abſorptus eſt ignis, qui devorabat caſtra murmurantium, & dolentium pro labore. Num. 11.

Petiit populus carnes in deſerto, & Dominus iratus conceſſit eis. Per quod liquet, quod non ſemper exauditio orationis ſignum eſt divinæ dilectionis. Num. 11.

Curata eſt Maria a lepra per orationem Moyſi. Num. 12.

Afflictus populus ab ignitis ſerpentibus, dixit ad Moyſen: Ora pro nobis, &c. Oravit Moyſes pro populo, &c. Num. 21.

Cum

Cum eſſet Anna amaro animo oravit Dominum, flens largiter & votum vovit. Loquebatur autem in corde ſuo, & vox penitus non audiebatur. 1. Reg. 1.

Pugnaturi filii Iſrael contra Philiſthæos dixerunt Samueli: Ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominum, ut ſalvet nos. 1. Reg. 7.

Non placuit Domino, quod filii Iſrael petierunt ſuper ſe regem: & tamen dixit Samueli, audi vocem eorum, &c. 1. Reg. 8.

Dixit Samuel ad populum: Abſit a me hoc peccatum; ut ceſſem orare pro vobis. 1. Reg. 12.

David dixit ſe inveniſſe cor ſuum, ut oraret Dominum. 2. Reg. 7.

Deprecatus eſt David Dominum pro populo, & jejunavit, & ingreſſus ſeorſum jacuit ſuper terram. 2. Reg. 12. Bonus quidem fuit modus orandi; ſed tunc David non fuit dignus exaudiri.

Orans Elias pro pluvia, dixit puero ſuo, ut proſpiceret contra mare. Unde ſperabat nubem conſurgere pluvioſam, ſed uſque ad ſeptimam vicem nihil penitus apparebat, in quo diuturnitas orationis, & inſtantia commendatur. 3. Reg. 18.

Joſaphat rex Juda timore perterritus totum ſe contulit ad rogandum Dominum; audierat enim quod maxima multitudo gentium venerat contra eum. 2. Paralip. 20. Bono uſus eſt conſilio Ezechias auditis nuntiis regis Aſſyriorum, quando miſit ad Iſaiam prophetam, dicens: Fac orationem pro reliquiis, quæ repertæ ſunt, & ipſemet ad orandum Dominum, ſe convertit, & nota quam prudenter oravit. 4. Reg. 19.

Convertit Ezechias faciem ſuam ad parietem, ut attentius orare poſſet, & oravit Dominum dicens: Obſecro Domine, &c. Flevit itaque Ezechias fletu magno, &c. 4. Reg. 20. Miro modo fuit devota, humilis, & efficax oratio Manaſſe regis Juda, ſicut patet intuenti in fine ſecundi libri Paralipom. Jejunavimus, & rogavimus Dominum pro recto itinere, & ſecuro, & evenit nobis proſpere. 1. Eſdr. 8.

Patet quod in omni loco, licet orare. Nehemias enim oravit, dum daret regi bibere, & oravit Deum cœli, cum debuit ad interrogata reſpondere. Nehem. 1. Oraverat etiam valde devote, & humiliter in primo cap. præcedenti.

Tobias auditis duris ſermonibus uxoris cœpit orare cum lacrymis. Tob. 3.

Sarra filia Raguelis, audita ab ancilla gravi contumelia, perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ, & tribus diebus in oratione perſiſtens cum lacrymis deprecabatur Deum, ut ab illo improperio liberaret eam; Tob. 3.

Raphael Angelus monuit Tobiam juniorem, ne dæmon haberet poteſtatem in eum, ut cum accepiſſet Sarram uxorem, ingreſſus cubiculum per tres noctes contineret ſe ab ea, & nihil aliud faceret, niſi quod orationibus utrique vacarent. Tob. 6.

Audientes filii Iſrael potentiam Holofernis clamaverunt ad Dominum. Eliachim vero ſummus Sacerdos commemorabat eis, quomodo Moyſes confidentem in virtute ſua Amalec non ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orando dejecit. Jud. 4.

Multum cofitebat Judith in orationibus aliorum: unde proponens ire ad Holofernem dixit presbyteris: Orate, ut firmum faciat conſilium meum Deus, & poſt pauca: Nihil aliud fiat, niſi oratio pro me ad Dominum Deum noſtrum. Judith. 8. Similiter quando debuit amputare caput Holofernis, oravit cum lacrymis ante lectum. Judith. 13.

Eſther locutura ad regem Aſſuerum dixit Mardochæo: Congrega omnes Judæos quos in Suſis reperieris, & orate pro me. Eſther 4. quam devote, & humiliter oraverit, habetur poſtea cap. 14.

De oratione Mardochæi, quomodo deprecatus eſt Dominum pro ſe, & pro populo. Eſther 13. Magnæ reputationis apud Deum fuit oratio Hieremiæ, quando dicebat ei Dominus: Hiere. 11. Noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem & orationem, quaſi dicat, nolo te orare ſine effectu ſequente: nam

Digitized by Google

nam dicitur poſtea: Non enim exaudiam te.

Azarias ſtans in medio fornacis, oravit ſic: Benedictus eſt Deus Patrum noſtrorum, & laudabilis, &c. Dan. 3.

Non dimiſit Daniel propter iniquum regis Darii edictum, quin oraret ter in die Deum ſuum genibus flexis, ſicut antea facere conſueverat. Dan. 6. Ecce quam pretioſum, & utile orare Deum reputabat.

Intelligens Daniel tempus captivitatis eſſe completum, inſtantius oravit pro populo in captivitate detento. Et nota ibi quam humiliter, & quam frequenter oravit. Dan. 9. Videns Suſanna omne humanum ſibi deeſſe conſilium, reccurit ad orationis ſuffragium, & oratio ſua fuit exaudita. Dan. 13.

Oravit Jonas ad Dominum de utero piſcis, & ait: Clamavi, &c. Jon. 2.

Congregatus eſt conventus, ut eſſent parati in prælium, & ut orarent: & peterent miſericordiam, & miſerationes. 1. Machab. 4. Item 4. Judas commiſſurus prælium contra Gorgiam dixit: Benedictus eſt Salvator Iſrael, &c. Item 7. videns Judas exercitum Nicanoris oravit, & dixit: Qui miſſi erant a rege Sennacherib, &c.

In duobus autem præcipuis bellis, non legitur Judas oraſſe; primo contra regem Antiochum Eupatorem: & tunc non vicit, ſed divertit. 1. Machab. 6. Secundo contra Bachidem, & Alchimum: & tunc in bello cecidit. 1. Machab. 9. Videns Jonathas, quod omnes, exceptis paucis, dereliquerant eum pugnantem contra alienigenas, ſcidit veſtimenta ſua, & oravit, & poſtea victoriam obtinuit. 1. Mach. 11. Nos Judæi in tribulatione, & impetu qui ſupervenit nobis oravimus, & exauditi ſumus; & poſt pauca orationem faciebant ſacerdotes, &c. 2 Machab. 1. Sacerdotes ante altare cum ſtolis ſacerdotalibus jactaverunt ſe, & invocabant de cœlo eum, qui de depoſitis legem poſuit, ut iis qui depoſuerant ea, ſalva cuſtodirentur. Univerſæ etiam mulieres protenſis ma-

A nibus in cœlum deprecabantur. 2. Machab. 3. Judas Machabæus, & qui cum eo erant, ſimul deprecabantur Dominum, ut eriperet eos ab impio Nicarone, & ſi non propter eos, ſed propter teſtimonium, quod erat ad Patres eorum, & propter invocationem ſancti, & magnifici hominis ejus ſuper impios. 2. Machab. 8.

Orabat ſceleſtus Antiochus Dominum, a quo non eſſet miſericordiam conſecuturus. 2. Macab. 9. Nicanor, & qui cum eo erant cum tubis, & canticis admovebant. Judas vero, & qui cum eo erant invocato Deo per orationes congreſſi ſunt, manu quidem pugnantes, ſed cordibus Dominum orantes, & proſtraverunt non
B minus triginta quinque millia, præſentia Dei magnifice delectati. 2. Machab. 15.

Brevem & humilem modum orandi habuit ille leproſus, genu flexo oravit Dominum Jeſum, dicens: Domine ſi vis, potes me mundare. Matth. 8. Mar. 1. Luc. 5. Similem modum orandi, ſcilicet, per modum inſinuationis habuit Centurio, cum dixit: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur, Matth. 8. Item Martha, & Maria pro Lazaro jam ſepulto. Joan. 11. Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus, &c. Etiam de eo quod Dominus facere propoſuit vult per nos ipſe quandoque ro-
C gari. Matth. 9. Rogate Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam, ſtatimque ſequitur: Convocatis, &c.

Dimiſſa turba, aſcendit Dominus in montem ſolus orare, Matth. 14. In quo docemur, quod cum orare volumus turbam debemus fugere, ne turbemur. Dominus & Salvator noſter in Evangelio, nos orare docuit verbo, Matth. 6. Sic ergo orabitis, Pater noſter, &c. Item animavit promiſſo. Luc. 11. Petite, & accipietis, quærite & invenietis, &c. Joan. 14. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. Petite, & accipietis, &c. Item informavit exemplo, ipſe enim qui poterat imperare, voluit orare. Matth. 14. & Mar. 1. Luc. 9. Specialiter autem inſtante

per-

Digitized by Google

perſecutione paſſionis ſuæ oravit, & A
orare monuit. Matth. 27. Mar. 14. Luc. 22. Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.

Quando Maria Magdalena veniam obtinuit a Domino dicente: Remittuntur tibi peccata tua, nihil vocaliter oraſſe legitur, ſed fleviſſe. Luc. 7. per quod apparet efficacia mentalis deſiderii, etiam ſine oratione vocali. Ad iſtantiam orationis Dominus nos inducit exemplo amici ad amicum, media nocte euntis. Luc. 11. Item exemplo viduæ, quæ ab ipſo judice cum importunitate multa judicari petebat. Luc. 18.

Ad humiliter orandum, & jactantiam contemnendam inducit Dominus exemplum de ſuperbo Phariſæo, B
& humili Publicano. Luc. 18. Poſt Aſcenſionem Domini in cœlum reverſi ſunt diſcipuli in Hieruſalem, & erant omnes perſeverantes in oratione unanimiter cum mulieribus, & Maria matre Jeſu. Act. 1.

Apoſtoli volentes unum de diſcipulis eligere in Apoſtolum loco Judæ, ſtatuerunt duos, Joſeph & Matthiam, & orantes dixerunt. Tu Domine, qui noſtri corda hominum, oſtende quem elegeris. Act. 1.

Omnes fideles in primitiva Eccleſia perſeverantes erant in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Act. 2.

Item 3. Petrus & Joannes aſcenderunt in templum, ad horam ora- C
tionis nonam.

Cum oraſſent diſcipuli unanimiter alta voce motus eſt locus, in quo erant congregati, & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia. Act. 4.

Lapidabant Judæi Stephanum invocantem, & dicentem: Domine Jeſu accipe ſpiritum meum, poſitis autem genibus clamabat voce magna: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Act. 7.

Petrus & Joannes oraverunt pro illis de Samaria, ut acciperent Spiritum ſanctum. Act. 8. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant, &c.

Saulus ad terram proſtratus, & ſalubriter excæcatus, poſtea ſurrexit: & in Damaſcum veniens orare cœpit, & fuit tribus diebus non manducans nec bibens. Act. 9.

Cornelius Centurio erat vir religioſus, ac timens Deum cum omni domo ſua faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Dominum ſemper, & per hoc diſpoſuit ſe ad fidem. Act. 10. Unde ſequitur Orationes tuæ, & eleemoſynæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei.

Aſcendit Petrus in ſuperiora domus, ut oraret circa horam ſextam, ut ſcilicet poſſet devotius orare a familia inferius exiſtente remotus. Act...

Petrus ſervabatur in carcere Herodis, oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo. Act. 12.

Cum dixiſſet Spiritus ſanctus: *Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos*, ſequitur: Tunc jejunantes, & orantes, inponenteſque eis manus, dimiſerunt illos, & ſequitur, quod fecerunt mirabilem fructum. Act. 13. & deinceps.

Eunte Paulo ad orationem obviavit ei puella, quæ ſpiritum pythonem habebat, quem Paulus expulit, præcipiens ei in nomine Jeſu Chriſti. Act. 16.

Recedens Paulus a fratribus de Aſia, poſt pulchros ſermones, & pia verba poſitis genibus cum omnibus illis oravit, magnus autem fletus factus eſt omnibus. Actor. 20.

Orans autem in templo Paulus factus eſt in ſtuporem mentis, & vidit Dominum Jeſum dicentem ſibi: Feſtina, & exi cito de Hieruſalem, &c. Act. 22.

Pater Publii febribus, & dyſſenteria laborante cum oraſſet Paulus, & impoſuiſſet ei manus, ſanavit eum. Actorum 28.

Apoſtolus Paulus, qui orandum eſſe ſine intermiſſione monebat. 1. Theſſ. 5. Hoc ipſum *ſolicite* faciebat. Rom. 1. Sine intermiſſione memoriam veſtri facio, ſemper in orationibus meis.

Adeo grande, & arduum opus eſt orare, quod ipſe Paulus Apoſtolus, ad id agendum idonee, dicebat ſe

ſuffi-

Digitized by Google

ſufficientem non eſſe. Rom. 8. Nam A
quid oremus, ſicut oportet neſcimus: propter quod ipſe orationes aliorum frequenter, & humiliter poſtulabat. 1. Theſſ. 5. Fratres orate pro nobis.

Petebat autem paulus orationes fieri, & pro malis amovendis, & pro bonis obtinendis, de primo. Rom. 15. Obſecro vos fratres, ut adiuvetis me in orationibus ad Dominum; ut liberer ab infidelibus, &c. quod autem aliorum orationibus crederet ſe juvari, dicit. 2. Corin. 1. De tantis periculis eripuit nos Deus, in quem ſperamus, quoniam adhuc eripiet adiuvantibus, & vobis in oratione pro nobis.

Quantum ad ſecundum, ſcilicet ad bona, quæ obtinere per aliorum orationes optabat, dicitur Coloſſ. 4. Orantes pro nobis, ut Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti. Item. 2. Theſſal. 3. Fratres orate pro nobis, ut ſermo Dei currat, & clarificetur.

Orabat Paulus pro aliis, ut eos videre, & in eis fructificare poſſet. Rom. 1. Memoriam veſtri ſemper facio in orationibus meis obſecrans, ſi quo modo proſperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Item Timoth. 1. Sine intermiſſione habeo tui memoriam in orationibus meis nocte ac die deſiderans te videre.

Item ut Deus eos ad viam ſalutis vocaret. 2. Theſſal. 1. Oramus ſemper pro vobis, ut dignetur vos vocare vocatione ſua ſancta, Deus veſter, & impleat, &c.

Item ut ipſi ſemper de bono in melius proficerent. Philipp. 1. Hoc oro, ut charitas veſtra, magis ac magis abundet.

Item ut plenitudinem divinæ cognitionis haberent. Coloſſ. 1. Non ceſſamus pro vobis orantes, & poſtulantes, ut impleamini agnitione voluntatis ejus.

Apoſtolus Jacobus orationem dicit valere pro obtinenda corporali ſalute. Jacob. 5. Oratio fidei ſalvabit infirmum.

Item pro æterna, quæ eſt ſalus ſimpliciter, & una. Jac. 5. Orate pro invicem, ut ſalvemini.

Caput XVII.

De lacrymis, ſive fletu.

Flevit Agar longe ab Iſmaele ſedens, nec voluit videre puerum morientem. Gen. 21.

Ejulatu magno flevit Eſau, ut benedictionem patris haberet. Gen. 27.

Venit Abraham, ut plangeret, & fleret Saram uxorem ſuam defunctam. Gen. 8.

Elevata voce flevit Jacob, poſtquam recognoverat Rachel conſobrinam ſuam. Gen. 29.

Stringens Eſau collum Jacob, & oſculans eum flevit. Geneſ. 33.

B Sciſſis veſtibus Jacob indutus eſt cilicio lugens filium ſuum Joſeph multo tempore. Gen. 37.

Commota fuerunt viſcera ejus ſuper fratre ſuo Benjamin & eruperunt lacrymæ, & introjens cubiculum flevit. Gen. 43. Elevavit vocem Joſeph cum fletu, & dixit fratribus ſuis: Ego ſum Joſeph. Gen. 45. Flevit etiam idem Joſeph ſuper patre ſuo mortuo. Geneſ. 49. & tandem flevit fratribus eum rogantibus, ut obliviſceretur peccati commiſſi. Gen. 50.

Promiſcuum, quod aſcenderat ex Ægypto flagravit deſiderio carnium ſedens, & flens, & ait: Quis dabit nobis carnes ad veſcendum. Num. 11. Vociferans omnis turba flevit,
C & murmurati ſunt dicentes: Utinam mortui eſſemus in Ægypto. Num. 14. Omnis multitudo videns occubuiſſe Aaron, flevit ſuper eo triginta diebus. Num. 20.

Filii Iſrael mortuum Moyſen fleverunt triginta diebus. Deuteron. 34. Angelus Domini venit ad locum flentium, & improperavit filiis Iſrael beneficia quæ a Deo receperant, & peccata quæ commiſerant, & elevaverunt vocem, & fleverunt. Jud. 2.

Pugnantes filii Iſrael contra filios Benjamin, fleverunt coram Domino. Judic. 20. Et poſtmodum obtenta victoria, fleverunt pro deſtructione fratrum ſuorum. Judith. 21.

Recedente Noemi nurus ſuæ flere cœperunt. Ruth 1. Oravit Anna Deum flens largiter. 1. Reg. 1.

A

Audita obſidione Jabes Galaad levaverunt vocem filii Iſrael, & fleverunt. 1 Reg. 11.

Lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat, quod conſtituiſſet eum regem. 1. Reg. 15.

David & Jonathas oſculantes ſe fleverunt pariter. 1 Reg. 20.

Saul audiens vocem David, qui pepercerat ei, elevata voce flevit. 1. Reg. 24.

Vidit David civitatem Siceleg eſſe ſuccenſam, & homines adductos inde captivos, & planxerunt ipſe & populus, qui erat cum eo, donec deficerent in eis lacrymæ. 1. Reg. 30.

Planxit David ſuper Saul & Jonathan, & alios interfectos. 2. Reg. 2.

B

David, & omnis populus fleverunt ſuper Abner, quem occiderat Joab. 2. Reg. 3.

Noluit David flere pro filio parvo mortuo, & tamen fleverat pro infirmo. 2. Reg. 12.

Quamvis Abſalon ſe exhibuerat peſſimum erga patrem, tamen David flevit eum miſerabiliter mortuum 2. Reg. 18.

Eliſeus videns Azahelem coram ſe cœpit flere, propter mala, quæ facturus erat filiis Iſrael, cum ille eſſet futurus Rex Syriæ. 4. Reg. 8. Flevit Ezechias fletu magno, orans Dominum propter mortem, quam ſibi de proximo imminere putabat. 4. Reg. 20.

C

Cum audiſſet Joſias rex Juda comminationes ſcriptas in libro Legis Domini, propter peccata, ſcidit veſtimenta ſua, & flevit, & multum Deo placuit. 4. Reg. 22.

Quando reædificabatur templum ab iis, qui redierant de Babylone, non poterat quiſquam agnoſcere clamores lætantium, & vocem fletus populi. 1. Eſd. 3.

Orante Eſdra, & flente propter commixtionem Gentilis populi cum Judæis collectus eſt ad eum cœtus grandis virorum ac mulierum, & flevit populus multo fletu. 1. Eſd. 10.

Cum audiſſet Nehemias miſerabilem ſtatum civitatis Hieruſalem, flevit diebus multis, & jejunabat & orabat ante faciem Dei cœli. Nehem. 1.

Legente Eſdra diſtincte, & aperte, ad intelligendum verba legis, flebat omnis populus, cum audiret verba legis. Nehem. 8.

Tobias manducavit panem cum luctu, & timore, quia ſcilicet corpus jugulati proximi in domo habebat, quod nocte ſepelire volebat. Tob. 2.

Idem poſtea auditis ſermonibus uxoris ingemuit, & cœpit orare cum lacrymis. Tob. 4.

Sarra filia Raguelis, audita ab ancilla gravi contumelia, oravit Dominum cum lacrymis, ut ab illo improperio liberaret eam. Tob. 4.

Cum receſſiſſet a parentibus ſuis Tobias junior, cœpit flere mater ejus, & dicere baculum ſenectutis noſtræ tuliſti, &c. Tob. 5.

Moram faciente Tobia, flebat mater ejus irremediabilibus lacrymis atque dicebat. Heu me fili mi, ut quid te miſimus peregrinari lumen oculorum noſtrorum, &c. Tob. 10.

Raguel cognoſcens Tobiam juniorem, cum lacrymis oſculatus eſt eum, & ploravit ſuper collum ejus. Tob. 7.

Veniens, Gabelus ad domum Raguelis, & videns Tobiam juniorem diſcumbentem flevit, & benedixit Deum, Tob. 9.

Exurgens cæcus Tobias occurrit filio redeunti, & ſuſcipiens oſculatus eſt eum cum uxore ſua, & cœperunt flere præ gaudio. Tob. 11.

Cum expoſuiſſet Achior omnia, quæ dixerat Holoferni, omnis populus communi lamentatione, & fletu unanimes preces Domino effuderunt. Judith. 6. Factus eſt fletus, & ululatus magnus in Eccleſia, & per multas horas una voce clamaverunt ad Deum, dicentes: Peccavimus cum patribus noſtris, &c. Jud. 7. Item 13. ſtetit Judith ante lectum Holofernis, orans cum lacrymis, ut Deus id quod cogitaverat, perficere dignaretur.

Cum audiſſet Mardochæus iniquam ſententiam contra Judæos prolatam, ſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco ſpargens cinerem capiti, & cum ejulatu clamans animi ſui amaritudinem oſtendebat. In omnibus quoque provinciis, ad quas crudele regis dogma pervenerat planctus ingens

erat

Digitized by Google

erat apud Judæos; jejunium ululatus, & fletus. Eſther 4. Poſtquam Aman vidit Mardochæum tam magnifice honoratum, feſtinavit ire in domum ſuam lugens, & operto capite. Eſther. 6.

Sanctus Job flebat pro miſeriis propriis. Job 30. Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium, cujus fletus vehementia apparet per hoc, quod dixerit. 16. Facies mea intumuit a fletu, & palpebræ meæ caligaverunt. Item flebat pro miſeriis alienis. Job. 30. Flebam quondam ſuper eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi, & poſt mœrens incedebam, &c.

Rex, & propheta David habebat de lacrymis ſuis lavacrum, pſal. 5. Lavabo per ſingulas noctes lectum meum, &c. Item cibum. Pſal. 41. fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte, &c. Item potum Pſal. 79. Potum dabis nobis, in lacrymis in menſura. Idem: 72. Potum meum cum fletu miſcebam. Verſus,

Hujus lacrymæ, lavacrum, panis, potuſque fuerunt.

Plorabat etiam David vitam ſuam recolendo. Pſal. 55. Deus vitam meam annuntiavi tibi: poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo. Item cœleſtis patriæ recordando. Pſal. 136. ſuper flumina Babylonis, illic ſedimus & flevimus, &c. Interdum orando. Pſal. 38. Exaudi Deus orationem meam: & deprecationem meam, auribus percipe lacrymas meas. Idem. 6. Exaudivit Dominus vocem fletus mei, &c. Idem Deum adorando. Pſal. 95. Venite adoremus, & procidamus ante Deum: Ploremus coram Domino, qui fecit nos.

Videns Iſaias deſtructionem populi ſui dicebat: Recedite a me amare flebo: nolite incumbere ut conſolemini me, Iſa. 22. Dixit Hieremias: Audite, & auribus percipite, nolite elevari, &c. Quod ſi hoc non audieritis, in abſcondito plorabit anima mea. Hiere. 13.

Copioſi autem fletus in ipſo ſigna erant multæ lacrymæ. Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis fontem lacrymarum, &c.

A Fons raro, vel numquam ſiccatur.

Item multi gemitus. Thren. 1. Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquam, &c. Sequitur: Multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

Item clamoſi ſingultus. Thren. 3. Diviſiones aquarum deduxit oculus meus, &c. Sequitur: Ne avertas aurem tuam a ſingultu meo, & clamoribus.

Item oculorum defectus. Thren. 2. Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata ſunt viſcera mea, &c. Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem deſiderabilem non comedi, & caro & vinum non introjerunt in os meum, &c. Dan. 10.

B Flebant amici Suſannæ cum viderent presbyteros adverſus eam teſtimonium prolaturos, & ipſa etiam flens ſuſpexit ad cœlum. Erat enim cor ejus, &c. Daniel 13.

Antiochus fecit in Hieruſalem cædem magnam hominum, & factus eſt planctus magnus in Iſrael. Omnis maritus aſſumpſit lamentum, & quæ ſedebant in thoro maritali lugebant. 1. Machab. 1.

Planxit omnis Iſrael planctu magno, pro morte Mathathiæ. 1. Machab. 2.

Fleverunt omnes de Iſrael Judam Machabæum fletu magno, & lugebant ipſi dies multos dicentes. Quomodo cecidit potens, qui ſalvum faciebat Iſrael, 1. Machab. 9.

C Interfectis a Tryphone Jonatha, & duobus liberis ejus cum mille viris, quos retinuerat ſibi, luxit Iſrael luctu magno. 1. Mach. 12. & 13. Contriſtatus eſt animo Antiochus, propter mortem Oniæ, & flexus ad miſericordiam lacrymas fudit, recordatus defuncti ſobrietatem, & modeſtiam. 2. Mach. 4.

Occiſis bimis pueris per Herodem, impletum eſt, quod dictum eſt per Hieremiam prophetam: Vox in Rama audita eſt, ploratus, & ululatus, &c. Matth. 2.

Pater pueri lunatici exclamans cum lacrymis ajebat: Credo Domine, adiuva incredulitatem meam. Mar. 9.

Maria Magdalena legitur fleviſſe

S 2 pro

Digitized by Google

pro peccatis ſuis ad pedes Domini . A
Luc. 7. Secundo pro morte fratris . Joan. 11. Tertio pro paſſione Domini Jeſu Chriſti . Joan. 21.

Salvator noſter invenitur tribus vicibus lacrymas effudiſſe ſuper Lazarum, quem ad hanc mortalem vitam revocabat. Joan. 11. Super civitatem Hieruſalem, quam pro peccato ruituram ſciebat. Luc. 9. Et in cruce, quando ſeipſum pro peccatis mundi hoſtiam offerebat. Heb. 5. Preces cum clamore valido, & lacrymis offerens, &c.

Petrus poſt negationem trinam Domini egreſſus foras flevit amare. Sed nota quod Lucas præmiſit, dicens: Reſpexit Dominus Petrum. Luc. 22.

Euntem Dominum ad crucem, ſequebatur turba multa populi, & mulierum quæ plangebant, & lamentabantur eum. Luc. 23.

Paulus Apoſtolus cum lacrymis Domino ſerviebat. Ait enim Act. 20. Cum valediceret fratribus de Aſia: Vos ſcitis qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim ſerviens Domino, cum omni humilitate, & multis lacrymis.

Item cum lacrymis proximos admonebat, & ipſos ad lacrymas provocabat. Act. 20. Per triennium nocte, & die non ceſſavi cum multis lacrymis, monens unumquemque veſtrum, &c. Sequitur. Magnus autem factus eſt fletus omnium, &c.

Item cum lacrymis epiſtolas ſuas ſcribebat. 2. Cor. 2. Ex multa tribulatione, & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lacrymas. Item, Philip. 3. Multi ambulant, quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico inimicos crucis Chriſti, &c.

Item cum lacrymis orabat. Act. 20. Poſitis genibus ſuis cum omnibus illis, quibus loquebatur, oravit, magnus autem factus fletus eſt omnium. Rom. 7. Spiritus poſtulat pro vobis, id eſt, poſtulare nos facit, gemitibus inenarrabilibus; tales autem gemitus non ſolent eſſe ſine fletu.

Cum adveniſſet Petrus in Joppem circumſteterunt eum omnes viduæ flentes, & oſtendentes tunicas & veſtes, quas faciebat illis Dorcas. Act. 9.

Caput XVIII.

De juramento.

Dixit Abimelech ad Abraham: Dominus tecum eſt in univerſis, quæ agis: jura ergo mihi ne noceas mihi, &c. Dixitque Abraham: Ego jurabo, Geneſ. 21.

Jacob, & Laban injerunt fœdus, & juravit Jacob per timorem patris ſui Iſaac. Gen. 31.

B Moyſes juravit quod habitaret cum Jetro, & accepit Sephoram filiam ejus uxorem. Exod. 2.

Pepigit Jonathas fœdus cum domo David, & juraverunt ambo. 1. Reg. 20.

Audiens David duritiam Nabal, ait: Hoc faciat Deus inimicis David, & hoc addat, ſi reliquero de omnibus quæ ad eum pertinent uſque mane, mingentem ad parietem. 1. Reg. 25.

Flentem David pro morte Abſalon filii ſui, dixit Joab: Surge & procede, & alloquens ſatisfac ſervis tuis. Juro enim tibi per Dominum, quod ſi non exieris, ne unus quidem remanſurus ſit tecum nocte hac. 2. Reg. 19.

C David juravit Bethſabeæ matri Salomonis, quod Salomon regnaret poſt eum. 2. Reg. 1.

Rex Salomon audita petitione matris pro Adonia juravit per Dominum, dicens: Hoc faciat mihi Deus, & hoc addat, quod contra animam ſuam locutus eſt Adonias verbum hoc. 3. Reg. 2.

Dixit Elias Thesbites ad Achab Regem Iſael: Vivit Dominus Deus Iſrael, in cujus conſpectu ſto. Si erit annis iis ros & pluvia, niſi juxta oris mei verba. 3. Reg. 17.

Benadad Rex Syriæ indignatus ad reſponſionem Achab ait: Hoc faciant mihi dii, & hoc addant, ſi ſuffecerit pulvis Samariæ pugillis omnis populi, qui ſequitur me. 3. Reg. 20.

Dixit Elias ad Eliſeum: Sede hic: quia Dominus miſit me uſque in Bethel. Cui ait Eliſeus: Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te 4. Reg. 2.

Nabuchodonoſor juravit per thronum ſuum, quod defenderet ſe. Jud. 1.

Rex

Digitized by Google

Rex Antiochus filius Antiochi miſit ad Judæos pacem facere, & juravi illis rex & princeps. Sequitur, Et rupit citius juramentum. 1. Machab. 6.

Herodes Tetrarcha juravit filiæ Herodiadis, quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Mar. 6.

Petrus dicentibus ſibi: Et tu ex illis es, nam & loquela tua manifeſtum te facit, cœpit deteſtari, & jurare, quia non noviſſet hominem. Matth. 26.

Apoſtolus Paulus multotiens legitur juraſſe in Epiſtolis ſuis. 1. Cor. 15. Quotidie morior per veſtram gloriam fratres. Item. 2. Cor. 11. Deus, & Pater Domini Jeſu Chriſti ſcit, quia non mentior. Item. Galat. 1. Ecce coram Deo, quia non mentior. Rom. 1. Teſtis eſt mihi Deus, cui ſervio. Item. 1. Cor. 1. Teſtem Deum invoco in animam meam.

Caput XIX.

De Sabbati obſervatione.

Obſervatio Sabbati originem trahit ex eo, quod dicitur Gen. 2. Benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificavit illum, quia in ipſo requievit ab omni opere ſuo, &c.

Sexta die filii Iſrael in deſerto colligebant manna duplici quantitate, ut die ſabbati vacarent omni opere. Exod. 16.

Inter præcepta decalogi ſolius mandati de ſabbati obſervatione ratio redditur, quia minus de ratione apud carnales homines habere videbatur. Exod. 20.

Præceptum de obſervatione Sabbati frequenter repetitur in lege, ut homo illud diligenter obſervet, & ut veram requiem adipiſci laboret.

Die Sabbati offerebantur duo agni, diebus aliis unus tantum, niſi in ſolemnitatibus & Calendis, ad deſignandum, quod in feſtis abundantius Deum laudare debemus. Num. 28.

Homo deprehenſus colligere ligna in ſabbato fuit præcepto Domini lapidatus a toto populo. Num. 15. 28.

A Videns Nehemias homines torculari calcantes, & onera portantes, & venalia in ſabbatis, obiurgavit eos tamquam die ſabbati profanantes. Nehem. 3.

Gentiles ex parte Antiochi conſtituerunt prælia in diebus ſabbatorum adverſus quoſdam, qui fugerant de Judæa: at illi non miſerunt lapidem, nec oppilaverunt loca occulta dicentes: Moriamur omnes in ſimplicitate noſtra. 1. Machab. 2. De quibus eſt advertere, quod licet erga mandatum Domini devotionem oſtenderent; tamen attendentes poſtea quod per hoc populus Domini diſpergi poterat, cogitaverunt ſaniori conſilio, dicentes: Omnis homo quicumque venerit ad nos die ſabbatorum, B pugnemus adverſus eum, non enim videtur opus ſervile, pugnare pro vita tuenda, vel pro lege Dei.

Machabæus Judas, & ſocii ſui pugnantes contra Nicanorem, & exercitum ſuum interfecerunt ſuper novem millia hominum, ceteros autem fugere compulerunt, ſed non perſeveraverunt perſequentes, eo quod erat ante ſabbatum. 2. Machab. 8.

Nicanor cogitavit cum omni impetu die ſabbati bellum committere, ſed Judæi qui eum per neceſſitatem ſequebantur, dixerunt ei, ne ita ferociter ac barbare feceris, ſed honorum tribue diei ſanctificationis. 2. Machab. 15.

C Diſcipulis Domini vellentibus ſpicas, & manducantibus, dixerunt Phariſæi: Ecce faciunt, quod non licet facere ſabbathis. At ille dixit eis: Non legiſtis, quid fecerit David, &c. Sequitur, Dominus eſt filius hominis, etiam ſabbati. Matt. 12.

Salvator noſter legitur in ſabbatis multa feciſſe miracula, ut patet per omnia Evangelia. Cujus cauſa, vel ratio triplex aſſignari poteſt: una, ut ſe Dominum legis oſtenderet. Matt. 12. Dominus eſt filius hominis etiam ſabbati. Secunda ut veram intelligentiam illius præcepti daret, quia non ab omni opere eſt ceſſandum. Matth. 12. Itaque licet ſabbatis benefacere. Luc. 6. Tertia, ut plus homines audientes eum, & videntes ædificaret. Luc. 13.

Cum curaſſet inclinatam mulierem, Archiſynagogus indignatus, quia ſabbato curaret, dicebat turbæ: Sex dies ſunt, &c. Luc. 13.

Mulieres ſanctæ paraverunt aromata ad inungendum corpus Dominicum, & ita diſtricte ſervabant ſabbatum, ut tali die nollent tam ſanctum opus facere. Luc. 23. Et ſabbato quidem ſiluerunt, ſecundum mandatum.

Sabbato requievit Dominus in ſepulchro. Luc. 23. Joann. 19.

Dies ſabbati erat apta ſpecialiter, & conveniens ad audiendam legem Dei. Act. 13. Voces prophetarum, quæ per omne ſabbatum leguntur. Item 16. Die ſabbatorum loquebamur mulieribus, quæ convenerant.

Caput XX.

De reverentia templo exhibenda.

Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Facies labium æneum ad lavandum, & miſſa in eo aqua lavabunt Aaron, & filii ejus manus ſuas in eo, & pedes quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonii. Exod. 30. Non licebat, niſi paucis intrare tabernaculum, nec vaſa ejus tangere, ſicut apparet. Num. 4. Diligentior, & ferventior fuit Salomon in ædificatione Templi Dei, quam in ædificatione domus propriæ, nam domum Dei complevit ſeptem annis; domum vero ſuam tredecim annis. Item citius cœpit ædificare Templum, quam domum ſuam. 3. Reg. 6. & 7.

Magnam ſolemnitatem fecit Salomon dedicationis Templi. 3. Reg. 8.

Præcepit Jojada Pontifex, ut Athalia educeretur extra Templum, & non occideretur in Templo Domini. 4. Reg. 11.

Magnam curam videbatur habere Dominus de Templo, qui præcepit Cyro, ut ædificaret ſibi domum in Jeruſalem, intelligitur de Templo materiali, ſicut patet in textu. 1. Eſdr. 1. Et hoc ipſum prædixerat Iſaias ante, quaſi per ducentos annos. Iſa. 45.

Reverſi de Babylonica captivitate Judæi primo cœperunt ædificare Templum, quam muros civitatis Hieruſalem licet vicinos haberent inimicos, de quibus die noctuque timebant. 1. Eſdræ 3.

Commendatur Tobias, quoniam in Hieruſalem ad templum Domini veniebat, & ibi adorabat Dominum. Tob. 1.

Obtenta victoria de inimicis, qui contaminaverant templum, dixit Judas ad fratres ejus, antequam de domibus propriis aliquam facerent mentionem: Ecce contriti ſunt inimici noſtri, aſcendamus nunc mundare ſancta & renovare. 1. Machab. 4.

Rex Demetrius ſtatuit, ut quicumque confugerint in templum, quod eſt Hieroſolymis, & in omnibus finibus ejus obnoxii regi, in omni negotio dimittantur. 1. Machab. 10.

Euntibus Judæis ad bellum contra Nicanoris exercitum erat pro uxoribus & filiis, item pro fratribus, & cognatis minor ſolicitudo, maximus vero & primus pro ſanctitate timor erat templi. 2. Mah. 15.

Quadrageſimo die voluit Dominus in templo deferri. Luc. 2.

Item duodecim annorum factus diſputans in templo fuit inventus. Luc. 2.

Poſtea de templo vendentes, & ementes pluries ejecit. Mar. 11. Luc. 19. Joan. 2.

Item in templo frequenter docuit, & miracula plura fecit. Matth. 21. Marc. 11. Luc. 20. Joan. 7.

Arguit Dominus Phariſæos, quia dicebant aurum templi ſanctius templo. Matth. 21.

Recepto Spiritu ſancto, Petrus & Joannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam; & tunc factum eſt primum ſanationis miraculum, quod factum fuerit poſt Aſcenſionem Domini. Act. 3.

Angelus Domini per noctem aperuit januas carceris, & educens Apoſtolos, dixit: Ite & ſtantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ hujus. Act. 5.

Commendatur Eunuchus ille reginæ Æthiopum, quia de Æthiopia venit adorare in Hieruſalem. Act. 8.

Sed

Sed vero quod etiam ſedens in curru legebat Iſaiam Prophetam, quod eſt contra multos, qui euntes ad loca ſancta non legunt, vel referunt ſacra documenta, ſed multiplicant vana verba.

Quamvis Judæi gravi odio, & furore perſequerentur Paulum; tamen in templo noluerunt occidere eum, ſed traxerunt eum extra templum, ut foris occiderent eum. Act. 21.

CAPUT XXI.

De adoratione, & cultu Dei.

FActum eſt, ut offerret Caim de fructibus terræ munera Domino, Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum, & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus: ad Caim autem, & ad munera ejus non reſpexit. Gen. 10.

Enos filius Seth, cœpit invocare nomen Domini. Gen. 4. Ædificavit Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocauſtum, odoratus eſt Dominus odorem ſuavitatis. Gen. 8.

Apparuit Dominus Abraham in terra Canaan, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc, qui ædificavit ibi altare Domino, qui apparuit ei. Gen. 12.

Cum elevaſſet occulos Abraham apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum, quos cum vidiſſet, adoravit in terra: & dixit: Domine, ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſervum tuum, &c. Gen. 18.

Paratus fuit Abraham offerre unicum filium ſuum Iſaac Domino holocauſtum, ſed Domino aliter providente arietem loco illius obtulit. Gen. 22.

Dominus apparuit Iſaac in Berſabee, dicens: Noli timere, quia ego tecum ſum, &c. Itaque ædificavit ibi altare, &c. Gen. 26.

Locutus eſt Dominus ad Jacob dicens: Surge, & aſcende Bethel, & habita ibi; facque altare Domino, qui apparuit tibi, quando fugiebas Eſau fratrem tuum, &c. Geneſ. 35.

Audierunt filii Iſrael, quod viſitaſſet eos Dominus, & quod reſpexiſſet afflictionem, & proni adoraverunt. Exod. 4.

Poſtquam locutus eſt Dominus ad Moyſen de religione Phaſe, & percuſſione primogenitorum Ægypti, ſequitur: Incurvatus populus adoravit. Exod. 12.

Jethro dixit Moyſi: Præſto populo in iis, quæ ad Deum pertinent, ut referas, quæ dicuntur ad eum, oſtendaſque populo cærimonias & ritum colendi. Exod. 18.

Moyſi dixit Dominus: Aſcende in montem tu, & Aaron, Nadab & Abiu, & ſeptuaginta ſenes Iſrael, & adorabitis procul, & poſt pauca: Obtulerunt holocauſta, immolaveruntque victimas pacificas Domino vitulos. Exod. 24.

Præcipit ſibi fieri Dominus tabernaculum cum variis utenſilibus, & miniſtros, ac miniſteria ordinari ad cultum ipſius. Exod. 25. Et deinceps in multis capitulis.

Primum præceptum decalogi eſt: Non habebis Deos alienos, non facies tibi ſculptile, &c. Non adorabis ea, neque coles. Exod. 20. & Deuter. 6. Dominum Deum tuum timebis, & ipſi ſoli ſervies, &c.

Angelus Domini ad patrem Samſonis, ait: Si vis holocauſtum facere, offer illud Domino. Judic. 13.

Helcana pater Samuelis aſcendebat de civitate ſua ſtatutis diebus, ut adoraret, & ſacrificaret Domino Deo exercituum in Silo. 1. Reg. 1.

Erat peccatum filiorum Heli, grande nimis coram Domino: quia retrahebant homines de ſacrificio Domini. 1. Reg. 2.

Cum Samuel offerret holocauſtum Domino pro populo, Philiſtæi injerunt prælium contra Iſrael. Intonuit auem Dominus fragore magno ſuper Philiſthæos, & exterruit eos, & cæſi ſunt a filiis Iſrael. 1. Reg. 7.

Rex David ſolicite cultum Dei in cantoribus, & ſacerdotibus ſtuduit ampliare, ſicut apparet. 1. Paralip. 15. 16. 23. 24. & Ezech. 47. In omni opere, &c.

Abiit Salomon, ut immolaret Domino in Gabaon, mille hoſtias in holocauſtum obtulit ibi. Apparuit au-

autem ei Dominus per ſomnium, &c. 3. Reg. 3.

Salomon ædificato templo ſtetit ante altare Domini in conſpectu Eccleſiæ Iſrael, & expandens manus ſuas in cœlum; utrumque genuflexit, & adoravit. 3. Reg. 8.

Reverſi filii de Iſrael de captivitate Babylonis, legerunt in volumine legis Dei ſui, quater in die, & quater in nocte confitebantur, & adorabant Dominum Deum ſuum. Nehem. 9.

Cum irent omnes filii Iſrael ad vitulos aureos, Tobias fugiebat conſortia eorum, & pergebat in Hieruſalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Iſrael. Tob. 1.

Cum audiviſſet Job nuntiorum verba dicentium ſibi perditionem rerum ſuarum, ſurrexit, & corruens in terram adoravit, & dixit: Nudus egreſſus ſum ex utero matris meæ, &c. Job. 1.

Quamvis eſſet prohibitum, quod nullus aliquid peteret ab aliquo Deo, vel homine, uſque ad triginta dies, niſi a ſolo Dario: tamen Daniel tribus temporibus in die flectebat genua ſua in cœnaculo ſuo, & adorabat, confitebaturque coram Domino Deo ſuo. Daniel 6.

Magi intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum, &c. Matth. 2. Ecce miræ humilitatis devotio; quid ergo debent facere Chriſtiani Domino jam regnanti, ſi ſic fecerunt Gentiles Domino vagienti?

Cum deſcendiſſet Jeſus de monte, ecce leproſus veniens genuflexo adoravit, dicens: Domine, ſi vis potes me mundare. Matth. 8. Mar. 1.

Cæcus natus a Domino Jeſu illuminatus procidens adoravit eum. Joan. 9.

Videntes Dominum diſcipuli poſt reſurrectionem ſuam adoraverunt: Quidam autem dubitaverunt. Matt. 28.

Sacerdotes, & populi de civitate Lyſtræ reputantes Deos Paulum, & Barnabam, volebant ſacrificare eis, quod illi prohibuerunt omnino. Act. 14.

Poſtquam audiſſet, & vidiſſet beatus Joannes mirabiles Dei revelationes, cecidit, ut adoraret ante pedes Angeli, qui ei hoc oſtendebat, & dixit ei: Vide, ne feceris, Deum adora, &c. Apoc. 22.

A

Caput XXII.

De idololatria.

Videns populus, quod moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, congregatus adverſus Aaron dixit: Fac nobis Deos, qui nos præcedant. Exod 32.

Fornicatus eſt populus filiorum Iſrael cum filiabus Moab, quæ vocaverunt eos ad ſacrificia ſua, at illi comederunt, & adoraverunt Deos eorum. Num. 25.

B

Mortuo Joſue filio Nave, filii Iſrael fecerunt malum in conſpectu Domini, & ſerviebant Baalim, & Aſtaroth, & dimiſerunt Dominum Deum patrum ſuorum. Judic. 2.

Fornicatus eſt omnis Iſrael in Ephod, quod fecerat Gedeon. Judic. 8.

Item de Salomone dicitur: Depravatum eſt cor ejus per mulieres, ita ut ſequeretur Deos alienos, nec erat perfectum cor ejus, & 3. Reg. 11.

Excogitato conſilio Jeroboam fecit duos vitulos aureos, & dixit: Ecce dii tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Ægypti. 3. Reg.

C

Non ſuffecit Achab regi Iſrael, ut ambularet in peccatis Jeroboam, ſed inſuper ſervivit Baal, & adoravit eum. 3. Reg. 16.

Ædificaverunt viri de Juda aras, & ſtatuas, & lucos ſuper omnem collem excelſum, & ſubter omnem arborem frondoſam. 3. Reg. 14.

Achaz rex Juda ambulavit in via regum Iſrael inſuper, & filium ſuum conſecravit transferens per ignem. 4. Reg. 16.

Translatis filiis Iſrael in Aſſyrios collocatæ ſunt diverſæ gentes in civitatibus Samariæ, & unaquæque fecit Deum ſuum, & cum Dominum colerent diis quoque ſuis ſerviebant juxta conſuetudinem Gentilium. 4. Reg. 17.

Confuſus, & vituperatus Sennache-

Digitized by Google

cherib rex Aſſyriorum reverſus eſt in Ninivem ab impugnatione Ezechiæ regis Judæ cumque adoraret in templo Neſroch filii ejus percuſſerunt eum gladio, & fugerunt. 4. Reg. 19.

Manaſſes rex Juda erexit omnes aras Baal, & adorabat omnem militiam cœli, & coluit eam, &c. 4. Reg. 21.

Holofernes indignatus contra Achior, qui commendaverat, potentiam Dei Hebræorum, dixit, quod oſtenderet ei, quod non eſſet Deus, niſi Nabuchodonoſor. Jud. 5.

Nabuchodonoſor fecit ſtatuam auream, & præcepit, ut omnes populi tribus, & linguæ cadentes adorarent eam. Dan. 3.

Darius rex Perſarum propoſuit edictum, quod nullus infra triginta dies peteret aliquid a quocumque Deo, vel homine, niſi ab ipſo rege Dario. Dan. 6.

Erat idolum in Babylone, quod rex quotidie adorabat, quod cum Daniel ſubvertiſſet, Babylonii adoraverunt draconem. Dan. 14. Antiochus juſſit ædificare aras & templa & idola, & immolari carnes ſuillas, & relinquere ſuos incircumciſos. 1. Machab. 1.

Sacerdotes, & populus de civitate Lyſtræ reputantes Deos Paulum, & Barnabam voluerunt ſacrificare eis, quod illi prohibuerunt omnino. Act. 14.

Cum Paulus maneret Athenis incitabatur ſpiritus ejus in ipſo, videns idololatriæ deditam civitatem. Act. 17.

CAPUT XXIII.

De blaſphemia contra Deum.

Filius mulieris Iſraelitidis præcepto Domini lapidatus fuit in deſerto pro eo, quod nomen Domini blaſphemavit. Lev. 24.

Dixit Heli filiis ſuis: Si peccaverit vir in virum placari poteſt ei Dominus. Si autem in Dominum peccaverit, quis orabit pro eo? 1. Reg. 2.

Nathan Propheta multum exaggerabat peccatum David, ex eo quod blaſphemare fecerat inimicos nomen Domini. 2. Reg. 12.

Vir Dei dixit ad regem Iſrael, quia dixerunt Syri; Deus montium eſt, & non eſt Deus vallium, dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua. 3. Reg. 20.

Videtur quod majus peccatum neſciverit excogitare nequiſſima Jezabel, quam blaſphemiam, quam fecit illi imponi. 3. Reg. 21.

Multum diſplicuerunt Deo blaſphemiæ, quas dixerunt ſervi Sennacherib regis Aſſyriorum, unde percuſſit Dominus centum octoginta millia de exercitu ſuo. 4. Reg. 19.

Non expedit ſimplices homines circa blaſphemiam infidelium diſputare: propter hoc prohibuit Ezechias, ne populus Rapſaci blaſphemo aliquid reſponderet. 4. Regum. 18. Iſa. 36.

Holofernes indignatus, eo quod Achior potentiam Dei cœli commendaverat, dixit ad eum: Quoniam prophetaſti, quod Gens Iſrael defendatur a Deo ſuo, ut oſtendam tibi, quia non eſt Deus, niſi Nabuchodonoſor, cum percuſſerimus eos omnes, quaſi hominem unum, &c. Judith. 6.

Cum argueret Hieremias populum pro eo, quod ſacrificabant omnes diis alienis, reſponderunt: Sermones Domini non audiemus: ſed ſacrificabimus reginæ cœli, ſicut fecimus nos & patres noſtri, & bene nobis erat, malumque non vidimus. Hierem. 40.

Nabuchodonoſor rex Babylonis dixit ſociis Danielis, qui ſtatuam ejus auream noluerunt adorare: Quis eſt Deus, qui eripiat vos de manu mea. Dan. 3.

Dixerunt quidam iniqui ex Iſrael in diebus Antiochi: Ex quo receſſimus a Gentibus invenerunt nos multa mala. 1. Mach. 1.

Obſidente Juda Machabæo quoddam præſidium, quidam Gentiles intus exiſtentes verba blaſphema, & nefanda jactabant, quo ſcito poſtea concremati fuerunt. 2. Mach. 10.

Dicentibus Judæis Nicanori: Eſt Deus potens in cœlo, qui juſſit agi

Digitized by Google

ſeptimam diem, ille infelix ait: Et ego potens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma & negotia regum impleri. 2. Mach. 15.

Cum ejeciſſet dæmonium Dominus cæcum & mutum, ſtupentibus turbis Phariſæi blaſphemabant dicentes: Hic non eiicit dæmones, niſi in Belzebub principe dæmoniorum. Matt. 12. & Luc. 11.

Pendente Domino in cruce, prætereuntes blaſphemabant eum moventes capita ſua, &c. Matt. 27.

Contradicebant Judæi iis, quæ a Paulo dicebantur blaſphemantes. Act. 13. & 18.

Caput XXVI.

De præceptis Dei, & obſervatione ipſorum.

PRæceptum leve ad implendum, & breve ad retinendum dedit Deus primo parenti, dicens: Ex omni ligno paradiſi comede, &c. Gen. 2. Quod tamen male cuſtodivit, & gravem pœnam incurrit. Gen. 3.

Mandata Dei licet interdum videantur eſſe de re parva, non parva diligentia ſunt ſervanda, quia puniuntur graviter transgreſſores. Gen. 2. De ligno ſcientiæ boni, & mali, ne comedas. In quacumque enim die comederis ex eo, morte morieris. Fecit Noe omnia quæ mandaverat ei Dominus. Gen. 7.

Recepturi filii Iſrael mandata a Deo, juſſi ſunt ſanctificari. Exod. 19. Vade ad populum, & ſanctifica eos, hodie, & cras, &c.

Præcepit Dominus, ut filii Iſrael ponerent vittas hiacynthinas per angulos palliorum quatuor, ut continuam haberent memoriam cœleſtium mandatorum. Num. 15.

Balaam ariolus dixit Balach regi Moab: Nonne dixi tibi, quod quidquid imperaret mihi Dominus, hoc facerem? Num. 23. Ecce quantam reverentiam habebat malus homo ad imperium Dei.

Specialem monitionem fecit Dominus Joſue de meditatione, & obſervatione legis, quando conſtituit eum ſuper populum. Joſue. 1. Non

A recedat volumen legis hujus, &c.

Non præterivit Joſue de univerſis mandatis Domini, nec unum quidem verbum, &c. Joſue 11.

Saul tam ſignanter electus, propter tranſgreſſionem divini præcepti irrevocabiliter eſt projectus. 1. Reg. 15.

Rex David inſtruens Salomonem poſt ſe regnaturum dicebat: Tunc perficere poteris, ſi cuſtodieris mandata, quæ præcipit Dominus Moyſi. 1. Paral. 22.

Ordinante Jojada pontifice eduxerunt filium regis, & impoſuerunt ei diadema, dederuntque in manu ejus tenendam legem, & conſtituerunt eum regem. 2. Paral. 23.

B Cyrus rex Perſarum gentilis Monarcha totius mundi, non verecundabatur dicere: Præcepit mihi Deus cœli, ut ædificarem ei domum in Hieruſalem. 1. Eſdr. 1.

Conquerendo dicit Dominus. Hier. 35. Prævalere ſermones Jonadab filii Rechab, quos præcepit filiis ſuis, ut non biberent vinum, qui obedierunt præcepto patris ſui: ego autem locutus ſum ad vos, & non audiſtis me, &c.

Melius judicavit Suſanna incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Dei, exponens periculo vitam, & famam. Dan. 13.

Cum trucidarentur ſub Antiocho legis obſervatores multi de populo C noluerunt infringere legem ſanctam, & trucidati ſunt. 1. Mach. 1.

Duæ mulieres delatæ ſunt natos circumcidiſſe, quas infantibus ad ubera ſuſpenſis cum publice per civitatem circumduxiſſent, per muros præcipitaverunt. 2. Mach. 6.

Eleazarus vir ætate provectus diros corporis dolores ſuſtinuit, & tandem occiſus fuit, quia carnes porcinas contra legem noluit manducare, nec etiam ſimulare ſe ullatenus manducaſſe. 2. Mach. 6.

Propter legem Dei ſeptem fratres cum matre ſua, gravia tormenta paſſi ſub Antiocho. 2. Mach. 7.

Parentes Joannis Baptiſtæ erant incedentes in omnibus mandatis, & juſtificationibus Domini, ſine querela. Luc. 1.

Ado-

Digitized by Google

Adoleſcenti a Salvatore quærenti, A quid boni faceret, ut vitam æternam haberet, reſponſum eſt ab ipſo Domino: Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. Matt. 19.

Ad obſervandum præcepta Dei nos inducunt aliæ creaturæ, quæ obediunt ei, de bonis Angelis non eſt dubium, quin ſint miniſtri ejus, facientes voluntatem, & verbum ejus. 1. Par. 21. Imperavit Dominus Angelo, qui percutiebat. Item de malis Angelis. Luc. 8. Præcipiebat ſpiritui immundo, ut exiret ab homine, ſequitur, Et exierunt dæmonia. Item præcepit Soli & non oritur Job 9. Item præcepit corvis, ut paſcant Eliam, & ſic fecerunt. 3. Reg. 17.

Et generaliter dicit Pſal. 148. Præ- B ceptum poſuit, & non præteribit, ignis, grando, nix, glacies, &c.

CAPUT XXV.

De obedientia.

HOminem volens Deus ſub obedientia vivere, etiam in ſtatu innocentiæ, ſtatim ut conditus eſt ipſum præceptis aſtrinxit. Gen. 2. Et eum contra obedientiam venientem ſevere punivit. Gen. 3.

Prompte obedivit Noe Domino in omnibus, quæ ei facienda præcepit tempore inſtantis diluvii. Gen. 7.

Præceptum de circumciſione, quam- C vis eſſet grave & inſolitum, non diſtulit Abraham implere, uſque in craſtinum. Gen. 17.

Idem Abraham præceptum de immolatione filii ſine mora exequi voluit. Gen. 22. Abraham de nocte conſurgens, &c. Et vide quam mirabilis fuit illa obedientia.

Prompte obedivit Joſeph patri ad fratres eum mittenti, quamvis eos primus accuſaſſet, & ideo merito timere deberet. Gen. 37.

Moyſes obedivit Domino imponenti ducatum populi. Sed attende cum quanta difficultate, quinquies enim ſe excuſavit. Exod. 3. & 4. Magnam obedientiam promiſerunt filii Iſrael, dicentes: Omnia quæ locutus eſt Dominus faciemus, & erimus obedientes. Exod. 24. Sed poſtea operibus facere contrarium.

Filii Iſrael per deſertum ambulantes ad imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. Num. 4. & 9.

Idem filii Iſrael ad terram promiſſionis juxta mandatum Domini aſcendere conati ſunt, & male ceſſit eis. Num. 14.

Euntes ad bellum contra mandatum Moyſi filii Iſrael, multi victi fuerunt a paucis. Num. 14. Quando autem ex obedientia pugnaverunt, pauci vicerunt multos. Num. 31.

Quia tranſgreſſus eſt Achan mandatum Joſue, populus fuit prælio ſuperatus, & ipſe poſtea a populo lapidatus. Joſue 7.

Saul offerens holocauſtum contra mandatum Samuelis, reprobatus eſt. Similiter, quia pepercit Agag regi Amalec, & gregibus ovium, & ceteris rebus pretioſis; & tunc dixit ei Samuel. Melior eſt obedientia, quam victimæ. 1. Reg. 15.

David licet per Samuelem unctus eſſet in regem, tamen obediebat patri mittenti eum, ut portaret victualia fratribus, quibus fuerat prælectus. 1. Reg. 17.

Prædixit Dominus Salomoni, quod ſi faceret omnia, quæ præceperat ei poneret thronum regni ejus, ſuper Iſrael in ſempiternum. Si autem averteretur, & non cuſtodiret mandata ejus, auferret Iſrael de ſuperficie terræ. 3. Reg. 9. 2. Paral. 7. Et ita impletum eſt 4. Reg. ultimo.

Vir Dei, qui prædixit Jeroboam deſtructionem altaris ſui a leone occiſus fuit, quia ſcilicet contra præceptum Domini, in domo alterius Prophetæ comedit. 3. Reg. 13.

Obedientia commendatur interdum, & in iis, quæ videntur ſine ratione mandari: unde percuſſus eſt a leone ille, qui noluit percutere quemdam de filiis prophetarum. 3 Regum 20.

Cum ad mandatum Eliſei, Naaman indignatus abiret, dixerunt ei ſervi ſui: Pater & ſi rem grandem dixiſſet tibi Propheta facere debueras, &c. 4. Reg. 5.

Tobias junior auditis exhortationi-

ni-

Digitized by Google

nibus patris reſpondit, & dixit: O. mnia quæcumque præcepiſti mihi pater, faciam. Tob. 5.

Quidquid præcipiebat Mardochæus, obſervabat Regina Eſther, & ita cuncta faciebat, ut eo tempore ſolita erat, quo eam parvulam nutriebat. Eſther 2.

Commendantur a Domino Rechabitæ, qui noluerunt vinum bibere, pro eo quod præceperat eis pater eorum, dicens: Non bibetis vinum, uſque in ſempiternum, & domos non ædificabitis, &c. Hier. 35.

Et nota difficultatem in illa obedientia.

Jonas inſipienter refugiebat obedire Domino præcipienti, ut iret ad præcipiendum in Ninive, ſed fugiendo devenit, quo Dominus juſſerat. Joan. 1. & 3.

Mathathias dixit nuntio regis Antiochi. Etſi omnes obediunt regi Antiocho, ego & filii mei, & fratres mei obediemus legi Patrum noſtrorum. 1. Mach. 2.

Dixit unus illorum ſeptem fratrum; Parati ſumus magis mori, quam patrias Dei leges prævaricari. 1. Machab. 7.

Deſcendit puer Jeſus cum Maria, & Joſeph in Hieruſalem, & erat ſubditus illis. Luc. 2.

Cito & perfecte obedierunt illi Apoſtoli, qui a Domino vocati continuo relictis retibus ſecuti ſunt eum, Matt. 4. Similiter de Matthæo dicitur Luc. 5. Relictis omnibus ſurgens ſecutus eſt eum.

De obedientibus verbo, & non facto, ſeu facto plus quam verbo, proponit Dominus exemplum duorum filiorum, quorum unus dixit ſe iturum in vineam patris, & operaturum, & non ivit, alius negavit, & ivit. Matth. 21.

Etiam malis prælatis obediendum eſſe, præcepit Dominus. Matth. 23. Super cathedram Moyſi, &c.

Omnia quæcumque dixerint vobis, ſervate & facite.

Salvator noſter legi voluit obedire in circumciſione, in oblatione facta in templo. Luc. 2. Et in eſu Agni Paſchalis. Matt. 26.

Exemplum obedientiæ proponit nobis Apoſtolus in Salvatore noſtro, dicens: Factus obediens uſque ad mortem Philip. 2. Ubi, & inſinuat obedientiæ fructum ſubdens, propter quod Deus exaltavit illum, &c.

A Comminati ſunt principes ſacerdotum, Petro, & Joanni, ne ultra loquerentur in nomine Jeſu, qui reſpondentes eis: Si juſtum eſt vos potius audire, quam Deum, judicate, non enim poſſumus, quæ vidimus, & audivimus non loqui. Act. 4.

Deinde cum arguerentur Apoſtoli a principibus Sacerdotum, quia non ſervaverant eorum mandata, reſponderunt Petrus, & Apoſtoli: Obedire Domino oportet magis, quam hominibus. Act. 5.

B Saulus ad terram proſtratus audiens verba Jeſu Nazareni prompte reſpondit ei; Domine quid me vis facere? Act. 9. Cornelius dixit beato Petro: Omnes nos in conſpectu tuo ſumus, audire parati omnia quæcumque præcepta ſunt tibi a Domino. Act. 10.

Paulus electo ſibi Sila in ſocium, perambulabat Syriam, & Ciliciam confirmans Eccleſias, & præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum, & ſeniorum. Act. 15.

CAPUT XXVI.

De Scriptura Sacra.

C MAgnam reverentiam habere debemus ad Scripturam, quam ipſe Deus voluit ſcribere, vel tradere ſpecialiter, & docere. Exod. 32. Reverſus eſt Moyſes de monte portans duas tabulas ſcriptas opere Dei. Ipſe etiam Dominus noſter Jeſus Chriſtus dicit ſe miſſum fuiſſe ad evangelizandum, & miſit Diſcipulos ad hoc ipſum. Matth. 10. Mar. 1. & in Luc. 4. & 16. Joan. 4. Sic igitur poteſt dici, quod lex vetus fuit data Moyſi mediantibus Angelis, ut ait Apoſtolus, Galat. 3. Et beatus Stephanus hoc ipſum teſtatur. Act. 7. Accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum. Reliqua vero pars veteris Teſtamenti data fuit inſpiratione Spiritus ſancti. 2. Pet. 1. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpi-

Digitized by Google

ſpiratione Spiritus ſancti. 2. Pet. 1. A Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Novum autem Teſtamentum continet verba, & facta Domini noſtri Jeſu Chriſti, in Evangeliis, verba Apoſtolorum in epiſtolis, & in Apocalypſi. Item facta ipſorum in libro Actorum Apoſtolorum. Chriſtus ergo verus Deus, & homo partem Evangeliorum protulit per ſeipſum; alia vero dixerunt Apoſtoli, & Evangeliſtæ inſtructi per ipſum, & Spiritum ſanctum. Act. 2. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens, & in Prophetis vacabit. B Eccleſ. 39. quaſi dicat; ſapientiam quidem ſapienter debet ſapiens exquirere, ſed ſpecialiter debet ſcripturis Prophetarum intendere.

Jonathas ſummus Sacerdos, & ſeniores Judæorum, licet eſſent bellicis rebus intenti, ſcripſerunt Spartiatis: Nos habentes ſolatio libros ſanctos, qui ſunt in manibus noſtris, &c. 1. Machab. 12.

Salvator noſter tentatus a diabolo per ſcripturam reſpondit, & ipſum tentatorem triplici auctoritate confudit. Mar. 3. Luc. 3.

Item ſcripturam eſſe completam in Adventu ſuo dixit. Luc. 4. Hodie impleta eſt Scriptura hæc in auribus veſtris. C

Item per Scripturam defendit diſcipulos contra Phariſæos. Matth. 12. Non legiſtis quid fecerit David, quando eſuriit, &c. Magnam auctoritatem tribuit Dominus veteri Teſtamento, quando dixit Matth. 2. Donec tranſierit cœlum, & terra, jota unum, aut unus apex, &c.

Item Joan. 10. non poteſt ſolvi Scriptura: non minoris autem, ſed majoris auctoritatis eſt novum, de quo Luc. 21. Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.

Principes ſacerdotum, & Scribas, & Phariſæos injuſte arguentes Dominum Jeſum, ipſe multotiens per Scripturas vicit. Matth. 11. & 21.

Arguit Dominus Saducæos de ignorantia Scripturarum. Matth. 22. Erratis neſcientes Scripturas, neque intelligentes virtutem Dei.

Petrus in prima prædicatione ſua poſt miſſionem Spiritus ſancti, auctoritatem Joelis exponens tria millia hominum convertit ad Chriſtum. Act. 2.

Valde commendandus eſt Eunuchus ille, qui veniens de Æthiopia Hieroſolymam, legebat in curru exiſtens Iſaiam Prophetam. Philippus autem præcepto Domini occaſionem aſſumpſit prædicandi Evangelium Chriſti, ex auctoritate, quam eum legentem invenit, & credentem illico baptizavit. Act. 8.

Veniens Paulus Berœam intrabat ſynagogam Judæorum; quidam autem ſuſceperunt verbum cum omni aviditate quotidie ſcrutantes Scripturas, ſi hæc ita ſe haberent, & crediderunt multi ex eis, & Gentilium mulierum honeſtarum, & viri non pauci. Act. 17.

Apollo Judæus vir eloquens potens in Scripturis, contulit multum iis qui crediderunt, vehementer enim Judæos revincebat publice, oſtendens per Scripturas eſſe Chriſtum, Jeſum. Act. 18.

Caput XXVII.

De exhortatione bona, & prædicatione verbi Dei.

CAim admonitus exteriori voce Dei, a concepta iniquitate non deſtitit. Gen. 4. Hinc patet, quod exhortatio ſine interiori parum eſt efficax.

Juſtus Loth pie admonebat Sodomitas dicens: Nolite quæſo fratres mei, nolite malum facere: cui illi contumaciter reſponderunt: Recede illuc, &c. Gen. 9. Hinc patet quod perverſi difficile corriguntur. Bene ceſſit Jacob, quia acquievit conſiliis matris ſuæ. Gen. 27.

Audiens Ruben iniqua fratrum verba contra Joſeph dixit. Non interficiamus eum, nec effundamus ſanguinem

nem

nem ejus, &c. Judas etiam conſuluit, quod non occideretur, ſed venderetur, & ſic ſaltem minus malum committeretur. Gen. 37.

Soror Moyſi bene ſuaſit filiæ Pharaonis, ut mulier Hebræa pro nutriendo parvulo vocaretur. Exod. 2.

Ad utilitatem populi, & alleviationem Moyſi, bene conſuluit Jethro, ut minores judices conſtitueret in populo. Exod. 18.

Bona exhortatione Abigail averſus eſt David a propoſito fundendi ſanguinem Nabal. 1. Reg. 25. Bonum conſilium dedit Abner Aſaeli ſe inſequenti dicens: Noli me ſequi, ne compellar confodere te in terram, quod quia ille audire contempſit ab eodem occiſus eſt. 2. Reg. 2.

Conſilium bonum dederunt Roboam filio Salomonis ſeniores, ille vero in malum ſuum acquievit conſilio juniorum. 3. 12.

Cum Naaman Syrus ad verbum Eliſæi abiret indignatus, ſervi ſui ſuaſerunt ei, ut Prophetæ facile mandatum impleret, quorum monitis utiliter acquievit. 4. Reg. 5.

Quamdiu vixit Jojada Pontifex, qui bene inſtruebat Joas Regem Juda, tamdiu fuit ille bonus, quo mortuo factus eſt Joas peſſimus. 4. Reg. 12. 2. Paralip. 25.

Perrexerunt curſores cum epiſtolis ex regis Ezechiæ imperio, & principum ejus in univerſum Iſrael, & Juda, prædicantes filiis Iſrael: Revertimini ad Dominum Deum Abraham, Iſaac, & Iſrael, & revertetur ad reliquias, quæ effugerunt manus regis Aſſyriorum. 2 Paralip. 30

Ædificantibus Judæis de Babylone reverſis templum in Hieruſalem exhortabantur eos, & adjuvabant Aggæus, & Zacharias Prophetæ. 2. Eſdr. 5.

Deſiderans Nehemias ædificare muros Hieruſalem, dixit optimatibus, & magiſtratibus: Surgamus, & ædificemus: & confortatæ ſunt manus eorum in bonum. Nehem. 2.

Ad exhortationem Nehemiæ ii qui uſuras accipiebant a populo, & acceptas reddere, & ultra non accipere conſenſerunt. Nehem. 5.

Tobias in captivitate poſitus per-
A gebat ad omnes, qui erant in captivitate, & monita ſalutis dabat eis. Tob. 1. Idem bene prædicavit filio ſuo. Tob. 4. & 14.

Bene ceſſit Tobiæ, quia Raphael quem hominem putabat, conſiliis acquievit, ſpecialiter in exenteratione piſcis, & petendo uxorem, & in modo ſe habendi cum ea. Tob. 6.

Parentes Sarræ uxoris Tobiæ junioris monuerunt eam honorare ſocrum, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere. Tob. 9.

Judith bonam exhortationem dedit populo arguens, quod indiſcrete ordinatum erat, & docens quid faciendum eſſet. Judith 8.

B Efficaciter perſuaſit Mardochæus Eſther, ut etiam cum periculo ſuo ingrederetur ad regem precatura pro ſalute gentis ſuæ. Eſther 4.

Poſt oſtenſam Iſaiæ mirabilem viſionem dixit ipſe Proeheta: Væ mihi, quia tacui, &c. & poſtea cum labia ſua per calculum de altari ſumptum vidiſſet, fuiſſe mundata, dixit Domino quærenti, quem mitteret ad populum: Ecce mitte me, &c. Iſa. 6.

Dixit Dominus. Iſa. 15. Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Jacob peccata eorum.

C Hieremias primo ſe excuſavit a prædicationis officio, poſtea divinæ voluntati acquievit. Hiere. 1.

Abdemelech Æthiops dixit Sedeciæ regi Juda: Domine mi rex, malefecerunt viri iſti omnia quæcumque perpetraverunt contra Hieremiam Prophetam, mittentes eum in lacum: & præcepit rex ei: Leva Hieremiam de lacu antequam moriatur. Hiere. 38.

Factum eſt verbum Domini ad Jonam dicens: Surge & vade in Ninive, & prædica in ea prædicationem quam ego loquar ad te, &c. Jon. 1. & 3.

Bonum conſilium dedit Daniel Nabuchodonoſor regi Babylonis dicens: Conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime Dan. 4.

Digitized by Google

A Moriens Mathathias filios ſuos efficaciter exhortatus eſt ad agendum viriliter pro lege Dei. 1. Mach. 2.

Judas Machabæus pugnaturus exhortabatur, & animabat populum ſuum ſermonibus bonis. 1. Mach. 3. & 4. & 2. Mach. 8. & ſpecialiter 15. Ubi dicitur quod ſingulos armavit non clypei, & haſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis, & exhortationibus.

Cum primus illorum ſeptem fratrum in ſartagine torreretur, ceteri una cum matre invicem ſe hortabantur mori fortiter, dicentes: Dominus aſpiciet veritatem, &c. ſpecialiter ipſa mater mirabilis efficaciter exhortabatur filios. 2. Mach. 7.

Joannes Baptiſta multa exhortans evangelizabat populo. Luc. 3. De quibus nonnulla exprimuntur eodem capitulo, & Matth. 3. & Mar. 1. Cujus exhortatio, ita efficax erat, quod non ſolum multi baptizabantur confitentes peccata ſua, ſed ipſe Herodes Tetrarcha audito eo faciebat multa, & libenter eum audiebat. Mar. 6.

Miſit Dominus diſcipulos dicens: Euntes prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum cœlorum, &c. Matth. 10. Item Mar. 16. Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ, &c.

Petrus Apoſtolus in die Pentecoſtes, tam efficaciter prædicavit, quod baptizati ſunt circiter tria millia hominum. Act. 2.

Item alia vice ſimiliter ad prædicationem ipſius crediderunt tot, quod factus eſt numerus virorum quinque millia. Act. 4.

In domo Cornelii prædicante Petro cecidit Spiritus ſanctus ſuper eos, qui audiebant verbum, & juſſit eos baptizari. Act. 10.

Miniſtrantibus, & jejunantibus Prophetis, & Doctoribus, qui erant Antiochiæ dixit Spiritus ſanctus. Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, &c. Sequitur: Ipſi quidem miſſi a Spiritu ſancto prædicabant verbum Dei in Synagogis Judæorum. Act. 13.

Principes Synagogæ, qui erant Antiochiæ, dixerunt Paulo, & Barnabæ: Viri fratres, ſi quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus, & manu ſilentium indicens, &c. Act. 13.

Reverſi ſunt Paulus, & Barnabas Lyſtram & Iconium, & Antiochiam confirmantes animas cum ſanctis, exhortanteſque ut permanerent in fide. Act. 4.

Factum eſt Iconii, ut Paulus, & Barnabas introirent in Synagogam Judæorum, & loquerentur, ita ut crederent Judæorum, & Græcorum copioſa multitudo. Act. 14.

Viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt, ubi Macedo quidam erat ſtans, & B deprecans, & dicens: Tranſiens in Macedoniam adjuva nos, ubi ſubditur: Ut autem viſum vidit ſtatim quæſivimus proficiſci in Macedoniam certi facti, quod vocaſſet nos Deus Evangelizare eis. Act. 16.

Multi Corinthiorum audientes Paulum prædicantem credebant, & baptizabantur. Dixit autem Dominus nocte per viſionem Paulo: Noli timere, ſed loquere, & ne taceas, propter quod ego ſum tecum: & nemo apponetur tibi, ut noceat te, Act. 18.

Appollo Judæus Alexandrinus genere erat edoctus viam Domini: & fervens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter ea, quæ ſunt Jeſu. Act. 18.

Apud Epheſum Paulus intrans Sy- C nagogam Judæorum, cum fiducia loquebatur per tres menſes, diſputans, & ſuadens de regno Dei. Act. 19.

Quadam die cum in craſtinum profecturus protraxiſſet ſermonem uſque ad mediam noctem, quidam adoleſcens oppreſſus ſomno cecidit de feneſtra, & ſublatus eſt mortuus. Ad quem cum deſcendiſſet Paulus, & ſuſcitaſſet eum, rurſus aſcendit & allocutus eſt eos uſque ad lucem, & ſic profectus eſt. Act. 20.

Cum Paulus vinctus coram Agrippa rege, & Feſto præſide redderet rationem, Agrippa dixit ei: In modico ſuades mihi Chriſtianum fieri. Act. 26.

Digitized by Google

Caput XXXIII.

De conſiliis & perſuaſionibus malis.

HEva de ligno vitæ dedit viro ſuo, qui comedit. Gen. 3. Præſumendum eſt quod ipſa perſuaſerat viro, ut comederet.

Domina, cui ſerviebat Joſeph, male ipſum ſollicitabat ad peccatum. Gen. 39.

Moram faciente Moyſe cum Domino in monte, dixit populus ad Aaron: Fac nobis Deos, qui nos præcedant; quibus ſuggeſtionibus populus male acquievit. Exod. 32.

Balaam docuit Balac, quomodo per per mulieres poſſet filios Iſrael ad peccatum trahere, & ſic contra ſe Dominum provocare. Num. 23.

Filii Amon male perſuaſerunt regi ſuo, ut dehoneſtaret nuntios David. 1. Reg. 10.

Jonadab nepos David malum conſilium dedit Amnon, ut defloraret ſororem ſuam, de quo poſtea multa mala evenerunt. 2. Reg. 13. Deteſtandum & turpe conſilium dedit Achitophel Abſalom; & tamen erat conſilium, quod ille dabat in diebus illis, ſicut ſi quis conſuleret Deum. 2. Reg. 16.

Averterunt mulieres cor Salomonis & ita depravatum eſt per eas, ut ſequeretur Deos alienos, & coleret eos. 3 Reg. 11.

Ochozias rex Juda ingreſſus eſt per viam domus Achab, quæ ſcilicet erat peſſima; mater enim ejus Athalia impulit eum, ut impie ageret. 2. Paralip. 22.

Ædificantibus templum Judæis poſt reditum Babyloniæ hoſtes eorum ſcripſerunt Artaxerxi, & ipſe perſuaſus ab eis prohibuit opus fieri. 1. Eſdr. 4.

Amici Aman audientes eum conquerentem de Mardochæo, qui ei genua non flectebat, responderunt: Jube parari excelſam trabem & mane dic regi, ut appendatur Mardochæus ſuper eam. Eſther 5. Stultum conſilium uxor Job dedit ei, ſed ille tamquam prudens, & ſanctus homo tali conſilio non acquievit. Job. 2.

Sapientes conſiliarii Pharaonis dederunt conſilium inſipiens. Iſa. 19.

A Quia Hieremias prophetabat, captivandam eſſe civitatem Hieruſalem a Chaldæis, dixerunt principes populi Sedeciæ regi Juda: Rogamus, ut occidatur homo iſte, qui ſtulte acquieſcens, reſpondit eis: Ecce ipſe in manibus veſtris eſt, non enim fas eſt regem vobis quidquam negare. Hier. 38.

Ad malam ſuggeſtionem principum, & ſatraparum Darius rex Perſarum conſtituit decretum, ut quicumque peteret aliquid a quocumque domino, vel homine, niſi ab ipſo rege, mitteretur in lacum leonum. Dan. 6. In diebus Antiochi exierunt ex Iſrael filii iniqui, & ſuaſerunt
B multis dicentes: Eamus, & diſponamus teſtamentum cum Gentibus, &c. 1. Mach. 1.

Tantum ſuaſit Menelaus Andronico, quod ille occidit Oniam ſummum ſacerdotem. 2. Mach. 4.

Cum adverſum Menelaum judicium agitaretur coram Antiocho. Ptolomæus pecunia corruptus per Menelaum perſuaſit regi, & eum a ſententia deduxit, qui Menelaum abſolvit, & juſtos ejus accuſatores morte damnavit. 2. Mach. 4.

Iniquum conſilium dedit Herodias dicens filiæ ſuæ: Nihil aliud petas, niſi caput Joannis Baptiſtæ. Matth. 14. & Mar. 6.

Proconſul Paulus deſiderabat au-
C dire verbum Dei, quod Paulus, & Barnabas prædicabant, reſiſtebat autem illis Elymas Magus quærens avertere Proconſulem a fide. Act. 13.

Cum Paulus, & Barnabas eſſent in civitate Lyſtriæ, in tanto honore, quod illis tamquam diis homines ſacrificare voluerunt: ſupervenerunt quidam Judæi, & perſuaſis turbis lapidanteſque Paulum traxerunt extra civitatem, exiſtimantes eum eſſe mortuum. Act. 14.

Occaſione cujuſdam puellæ a qua Paulus Spiritum pythonem ejecit, domini illius dolentes de amiſſo quæſtu, tot, & tanta dixerunt magiſtratibus, quod fecerunt Paulum, & Silam virgis cædi, & in carcerem mitti. Act. 16.

CA-

Digitized by Google

Caput XXIX.

De audiendo Verbum Dei.

AAron locutus fuit omnia Verba, quæ dixerat Dominus ad Moyſen, & credidit omnis populus. Audieruntque quod viſitaſſet Dominus populum Iſrael, & proni adoraverunt. Exod. 4.

Dixit Moyſes coram Domino; Ecce filii Iſrael non me audiunt, & quomodo audiet Pharao. Exod. 5.

Contentus populus dixit Moyſi, una voce: Omnia verba Domini, quæ locutus eſt, faciemus, & paulo poſt aſſumens Moyſes volumen fœderis legis audiente populo qui dixerunt: Omnia, quæ locutus eſt Dominus, faciemus. Exod. 24.

Eglon rex Moab, ſedebat in æſtivo cœnaculo, dixitque ad eum Hahod: Verbum Dei habeo ad te, qui ſtatim ſurrexit de throno. Prius enim dixerat, Verbum ſecretum habeo ad te o rex. Ille autem non ſe movit, ſed ſtatim cum addidit verbum Dei ille de throno ſurrexit, quaſi reverentiam exhibens verbo Dei. Judith. 3.

Bene docuit Samuelem Heli, ut diceret Domino loquenti ſibi: Loquere Domine, quia audit ſervus tuus. 1. Reg. 2.

Achab rex Iſrael nolebat audire Michæam prophetam Domini, quia non prophetabat ei bonum, ſed malum. Vocatus tamen Michæas dixit ei: Audi ſermonem Domini, &c. 3. Reg. 22.

Eſdras attulit librum legis, & legit in eo aperte de mane uſque ad mediam diem, & aures omnes populi erant erectæ ad librum. Et paulo poſt, flebat omnis populus cum audiret verba legis. 2. Eſdr. 8.

Reſpondens Job Domino dixit: Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere. Job 42.

Factum eſt verbum Domini ad Hieremiam; Noli ſubtrahere verbum, ſi forte audiant & convertatur unuſquiſque a via ſua mala; & pœniteat

A me mali quod cogito facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum. Hier. 26.

Dixit Dominus Ezechieli: Vade ad domum Iſrael & loqueris verba mea ad eos, ſequitur: Domus autem Iſrael noluit audite te; quia nolunt audire me. Ezech. 3.

Verbum Jonæ pervenit ad regem Ninive, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abjecit veſtimentum ſuum a ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Jon. 3.

Herodes Tetrarcha metuebat Joannem Baptiſtam, & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Matth. 6.

Maria ſoror Marthæ ſedens ſecus
B pedes Domini audiebat verbum illius. Luc. 10. Et audivit tandem Dominum dicentem: Maria optimam partem elegit, &c.

Jn fine ſermonis in monte dixit Dominus: Omnis qui audit verba mea, & facit ea aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſupra petram. Matth. 7.

Cum turbæ irruerent in Dominum Jeſum, ut audirent verbum Dei, ſedens de navicula docebat turbas, & in fine ſermonis cum dixiſſet Simoni: Duc in altum, &c. Petrus cum ſociis, ſubductis ad terram navibus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum. Luc. 5.

Extollenti vocem mulieri, & di-
C centi Domino Jeſu: Beatus venter qui te portavit, & ubera, &c. Dixit Dominus: Quinimmo beati qui audiunt verbum Dei. Luc. 19.

Inſtante Dominica paſſione legitur: Erat docens quotidie in templo, & poſt pauca: Omnis populus ſuſpenſus audiens illum. Luc. 19.

Duo diſcipuli Domini euntes in caſtellum nomine Emmaus, loquentes ad invicem de iis, quæ tempore Dominicæ paſſionis acciderant, meruerunt habere ſocietatem illius, de quo loquebantur. Luc. 24.

Facto ſermone ad plebem a Petro in die Pentecoſtes poſt adventum Spiritus ſancti, dicitur. Act. 2.

Iis auditis compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apoſtolos; Quid faciemus, viri fra-

fratres, & baptizati ſunt circiter tria millia hominum.

Poſt ſanationem claudi, & ſermonem Petri. Act. 3. Sequitur: Multi qui audierant verbum, crediderunt, & factus eſt numerus virorum quinque millia. Act. 4.

Invocantes duodecim Apoſtoli muntitudinem diſcipulorum dixerunt: Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. Act. 6. Nota tamen quod illæ menſæ erant pauperum viduarum: per quod datur intelligi, quod opus prædicationis verbi Dei præfertur operi miſericordiæ corporalis.

Non poterant reſiſtere Judæi Spiritui qui loquebatur per beatum Stephanum. Act. 6.

Philippus deſcendens in civitatem Samariæ prædicabat illis Jeſum. Intendebant autem turbæ illis, quæ a Philippo dicebantur audientes unanimiter, &c. Act. 8.

Aperiens Philippus os ſuum evangelizavit eunucho Jeſum, & venientes ad quamdam aquam confeſſus eſt eunuchus ſe credere, & ille baptizavit eum. Act. 8.

De Saulo quem Dominus Jeſus excæcaverat corporaliter, & illuminavit ſpiritualiter, dixerat ipſe in viſu Ananiæ: Vade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Iſrael. Act. 9. Ipſe namque Paulus gentilibus Græcis, regibus Romanis, & filiis Iſrael, ſive Judæis prædicavit.

Noluit Dominus Cornelium inſtruere per Angelum, ſed mandavit ei, accerſeret Simonem Petrum, & ille doceret eum, quid eum facere oporteret. Act. 10.

Loquente Petro cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant verbum.

Audientes gentes, quod Judæi erant repellentes verbum Dei, & quod Paulus & Barnabas volebant prædicare eis gaviſæ ſunt, & crediderunt quotquot præordinati ad vitam æternam. Act. 8.

Factum eſt Iconii, ut Paulus & Barnabas ingrederentur ſynagogas, & loquerentur, ita ut crederet Ju-
A dæorum, & Græcorum copioſa multitudo. Act. 13.

Quædam mulier nomine Lydia purpuraria audivit Paulum loquentem, cujus Dominus aperuit cor, & baptizata eſt cum domo ſua. Act. 16.

Cum audiſſent Athenienſes Paulum loquentem de reſurrectione mortuorum, quidam irridebant: quidam vero dixerunt: Audiemus te de hoc iterum, & ſic Paulus exiit de medio eorum: quidam vero adhærentes ei crediderunt, inter quos Dionyſius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis. Act. 17.

Manſit Paulus Epheſi per biennium quotidie diſputans in ſchola tyranni cujuſdam, ita ut omnes qui
B habitabant in Aſia, audirent verbum Domini. Act. 19.

Veniens Paulus *Berœam* intrabat ſynagogam Judæorum, & quidam ſuſceperunt verbum cum omni aviditate, quotidie ſcrutantes Scripturas ſi hæc ita ſe haberent, & multi crediderunt ex eis. Act. 18. Poſtquam Rex Agrippa audierat Paulum, dixit ei, in modico ſuades mihi Chriſtianum fieri. Act. 26.

CAPUT XXX.

De apparitionibus factis Patribus antiquis.

ANte peccatum locutus eſt Dominus ad Adam. Gen. 2. Poſt
C peccatum ad Adam & Hevam, & ad ſerpentem. Cain etiam monuit ante fratricidium, & poſt dure arguit eum. Gen. 4.

Noe præcepit Dominus, ut faceret arcam. Gen. 6. Deinde ut ingrederetur in eam. Gen. 7. Et poſt exſiccationem iterum præcepit, ut egrederetur de arca. Gen. 8. Deinde benedixit Dominus Noe & filiis ejus, & dixit ad eos: Creſcite, & multiplicamini, &c. Gen. 9.

Dixit Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, & de cognatione tua. Gen. 12. Et eodem capitulo apparuit Dominus Abraham, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc, & poſtquam diviſus eſt Loth ab eo. Gen. 13. Poſtea 15. cap. Factus eſt ſermo Domini ad Abraham

per

Digitized by Google

per viſionem, &c. Deinde. 17. Apparuit ei Dominus, & dedit ei præceptum circumciſionis. Item. 18. cap. Apparuerunt ei tres viri, & unum adoravit: & tunc audivit certum tempus naſcituri filii.

Devenerunt duo Angeli Sodomam ſedente Loth in foribus civitatis, qui cum vidiſſet eos ſurrexit, & ivit obviam eis, &c. Gen. 19.

Venit Deus ad Abimelech per ſomnium, & ait illi: En morieris propter mulierem quam tuliſti, habet enim virum, &c. Gen. 20.

Cum dure accepiſſet Abraham verba Saræ conquerentis de ancilla, & filio ejus dixit ei Deus: Non tibi videatur aſperum ſuper puero, &c. Gen. 21.

Tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum: Tolle filium tuum, &c. Et poſt: Cum extendiſſet manum, ut immolaret filium, ecce Angelus Domini, &c. Gen. 22.

Apparuit etiam Dominus Iſaac, Gen. 25. Et Jacob multotiens eunti ad Laban. Gen. 28. Et redeunti. Gen. 31. ubi etiam dixit Laban in ſomnis: Cave ne quidquam aſpere loquaris contra Jacob. Et poſt locutus eſt Dominus Jacob pluries.

Quoties autem apparuerit Moyſi, & locutus fuerit ei, nimis eſſet longum dicere. Exod. 3. Et deinceps.

Legitur quoque Dominus locutus fuiſſe Balaam dormienti. Num. 22. Et ibidem ſedenti ſuper aſinam quæ vidit Angelum Domini, quem dominus ejus Balaam non videbat.

Pluries etiam locutus eſt Dominus ad Joſue, ſicut apparet Joſue. 1. 4. 5. 6. 8. & 20.

Poſt mortem Joſue conſuluerunt filii Iſrael Dominum dicentes: Quis aſcendet ante nos, dixitque Dominus, Judas aſcendet. Judic. 1. Item 2. Aſcendit Angelus Domini ad locum flentium, & ait: Eduxi vos de Ægypto, &c.

Venit Angelus Domini, apparuit Gedeon, & ait: Dominus tecum, &c. Jud. 6.

Apparuit Angelus Domini uxori Manue, &c. Jud. 13. Et apparuit alia vice Manue, & ejus uxori pariter eodem capitulo.

A Filii Iſrael congregati, ut pugnarent contra filios Benjamin conſuluerunt Dominum, quibus ait Dominus quod Judas eſſet dux exercitus, &c. Jud. 20. Licet autem bis fuerint debellari, tamen dixit eis Dominus quod pugnarent.

Vocavit Dominus Samuelem quater: tandem ait Samuel juxta conſilium quod dederat ei Heli. Loquere Domine, quia audit ſervus tuus. 1. Reg. 3. Et ſequitur in fine capituli: Addidit Dominus, ut appareret in Silo.

Quando David ſolebat committere prælium frequenter conſulebat Dominum, qui ſemper legitur, ei reſpondiſſe, ut patet. 1. & 2. Reg. in
B multis locis.

Apparuit Dominus Salomoni dicens: Poſtula quod vis, &c. 3. Reg. 3.

Iterum cum perfeciſſet Salomon ædificium domus Domini, & regum apparuit ei Dominus, & dixit ad eum, exaudivi orationem tuam, &c. 3. Reg. 9. tertio loquutus eſt ei increpans eum dure propter ſcelera ab eo commiſſa. 3. Reg. 11.

Eliæ fugienti a facie Jezabel apparuit Angelus Domini, qui ei panem & aquam obtulit. Deinde Dominus in ſibilo auræ tenuis. 3. Reg. 19.

Eliſeo ab exercitu Syrorum circumdato apparuerunt multi Angeli defendentes eum, quos etiam puer ejus vidit ad ſimilitudinem equo-
C rum, & curruum igneorum. 4. Regum 6.

Longo tempore duravit apparitio Raphaelis Angeli, quem Dominus miſit ad curandam Saram, & Tobiam. Tob. 5. & deinceps.

Multas mirabiles viderunt viſiones diverſi prophetæ. Iſa. 6. Hier. 1. De virga vigilante, & olla ſuccenſa. Item 24. de duobus calathis ficubus plenis, præcipue vero Ezechiel, Daniel, Amos, Zacharias, pleni ſunt imaginibus viſibilibus, quas exprimere longum eſſet.

Volente Heliodoro ſpoliare templum, & depoſita aſportare, apparuit quidam equus terribilem habens ſeſſorem, &c. 2. Mach. 3.

Cum vehemens pugna eſſet inter Timotheum, & Judam Machabæum,

apparuerunt de cœlo quinque viri equis, & frænis aureis decori, ducatum Judæis præſtantes. E quibus duo Machabæum medium habentes armis ſuis circumſeptum incolumem conſervabant. 2. Mach. 10.

Euntibus ad prælium Judæis contra exercitum magnum Lyſiæ, Machabæo duce apparuit eques præcedens eos in veſte candida, armis aureis haſtam vibrans. 2. Mach. 11.

Cum ſacerdotio fungeretur Zacharias pater Joan. Baptiſtæ, apparuit illi Angelus Domini ſtans a dextris altaris incenſi. Luc. 1.

Miſſus eſt Gabriel Angelus a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth ad Virginem deſponſatam, &c. Luc. 1.

Angelus Domini legitur ter apparuiſſe Joſeph. Primo cum eſſet adhuc Dominus in matris utero. Matth. 1. Secundo cum natus ex utero. Tertio cum adhuc eſſet in Ægypto. Matth. 2.

Super Dominum in baptiſmo Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie viſus eſt, paterna vox audita eſt: Hic eſt filius meus dilectus. Matth. 3. & Luc. 3.

Item in transfiguratione apparuerunt Moyſes, & Elias cum Domino loquentes, & vox de cælo facta eſt, &c. Matt. 16. Luc. 9.

Reſurgente Domino noſtro Jeſu Chriſto multa corpora ſanctorum qui dormierant, ſurrexerunt, & exeuntes de monumentis venerunt in civitatem ſanctam & apparuerunt multis. Matth. 27.

Surgens Jeſus mane prima ſabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, poſt hoc duobus diſcipulis euntibus in villam, noviſſimo recumbentibus undecim apparuit, & exprobravit incredulitatem illorum. Mar. 16.

Poſt paſſionem Dominus Jeſus Chriſtus præbuit ſeipſum vivum diſcipulis ſuis in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei, & cetera. Cumque intuerentur in cælum euntem illum, eſſe duo viri aſtiterunt juxta illos in veſtibus albis, &c. Act. 1

A Cum complerentur dies Pentecoſtes erant omnes diſcipuli pariter, & apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tamquam ignis, &c. Act. 2.

Stephanus plenus Spiritu ſancto intendens in cælum vidit gloriam *Dei*, & ait: Ecce video cælos apertos, & filium hominis ſtantem a dextris Dei. Act. 7.

Cum appropinquaret Saulus Damaſco, ut caperet Chriſtianos, ſubito circumfulſit eum lux de cælo, & audivit Dominum Jeſum Nazarenum dicentem ſibi: Saule, Saule, quid me perſequeris? & conſequenter apparuit Dominus Ananiæ. Act. 9.

Cornelius Centurio vir religioſus,
B & timens Deum vidit manifeſte, quaſi hora nona diei Angelum Domini dicentem ſibi: *Corneli* mitte viros in Iopen, & accerſe Simonem Petrum; hic dicet tibi quid te oporteat facere Act. 10.

Orante Petro, & eſuriente cecidit ſuper eum mentis exceſſus, & vidit cælum apertum, & deſcendens vas quoddam velut linteum in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia & volatilia cæli, &c. Act. 9.

Angelus Domini aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo carceris, in quo erat Petrus dormiens vinctus catenis *duabus, percuſſoque latere Petri*, &c. Act. 12.

Cum Paulus, & Silas tranſirent Myſiam deſcenderunt Troadem, &
C viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt, vir Macedo quidam erat ſtans & deprecans eum, & dicens: Tranſiens in Macedoniam adjuva nos. Act. 16.

Multi Corinthiorum audientes Paulum credebant, & baptizabantur. Dixit autem nocte per viſionem Dominus Paulo: Noli timere, ſed loquere, & ne taceas propter quod ego tecum ſum, & nemo apponetur tibi ut noceat te. Act. 18.

Quadam nocte Dominus aſſiſtens Paulo ait ei: Conſtans eſto Paule, ſicut enim teſtificatus es de me in Hieruſalem, & ſic Romæ te oportet teſtificari. Act. 23.

Conſolari volens Paulus ſocios tempore tempeſtatis, ſuaſit eis bo-

no

Digitized by Google

ſto animo eſſe dicens: Aſtitit mihi hac nocte Angelus Domini, cui deſervio dicens: Ne timeas Paule, Cæſari te oportet aſſiſtere, & ecce donavit Deus tibi omnes qui in navi ſunt tecum. Act. 27.

Beatus Joannes Apoſtolus & Evangeliſta exilio relegatus in Pathmos inſula vidit Chriſtum in medio ſeptem candelabrorum. Apoc. 1. Et mirabilibus revelationibus totus liber plenus eſt.

CAPUT XXXI.

De Angelis bonis.

ANgeli apparuerunt Abrahæ, & erga eum ſe familiariter habuerunt. Gen. 18.

Apud Loth hoſpitati fuerunt Angeli, & quaſi piam ei violentiam facientes, ipſum de periculo extraxerunt. Gen. 19.

Angelus Domini vocavit Abraham, & prohibuit ei ne filium immolaret, & magna ei propter obedientiam promiſit. Gen. 22.

Fugiens Jacob Eſau fratrem ſuum, vidit Angelos deſcendentes, & aſcendentes per ſcalam. Gen. 28.

Redeunte Jacob a ſervitio Laban ad Iſaac patrem ſuum Angeli obviaverunt ad eum ſcilicet protegendum, & conſolandum. Gen. 31.

Angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſrael, quando recedebat populus de Ægypto, ſtetit inter caſtra Ægyptiorum, & caſtra Iſrael. Exod. 14.

Nota illud Exod. 23. Ecce mitto Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat te in via, & introducat in locum quem paravi, &c. Stetit Angelus Domini in via contra Balaam qui ſedebat aſinæ, &c. Num. 22. Angelus Domini increpavit filios Iſrael, qui iunxerant amicitias cum habitatoribus terræ Chanaam memorans beneficia eis collata. Judic. 2.

Apparens Gedeon Angelus Domini confortavit eum, & animavit ad liberationem populi. Judic. 6.

Uxori Manue ſterili apparuit Angelus conceptionem filii prædicens, A & abſtinentiam indicens. Jud. 13.

Numerato populo adverſus mandatum Domini, immiſit Dominus peſtilentiam in Iſrael. Cumque extendiſſet manum ſuam Angelus Domini ſuper Hieruſalem, ut diſperderet eam, vidit David Angelum cædentem populum, & ait: Ego ſum qui peccavi. 2 Reg. 24.

Fugientem Eliam Jezabel tyrannizantem reginam Angelus Domini confortavit, & ſobrio eum cibo refecit. 3. Reg. 9.

Angelus Domini revelavit Eliæ, quid reſponderet nuntiis Ochoziæ. 4. Reg. 1.

Plures Angeli boni erant cum Eliſeo ad eum defendendum, quam cum B adverſariis eſſent mali homines ad nocendum. 4. Reg. 6.

Venit Angelus Domini, & percuſſit in una nocte centum octoginta quinque millia hominum de exercitu regis Aſſyriorum. 4. Regum. 19.

Raphael Angelus, qui fuit dux Tobiæ ipſum a devoratione piſcis eripuit, uxorem ejus a dæmonio liberavit, patri cæco viſum reſtituit, & per eum tam parentes, quam ſocii fuerunt multiplici conſolatione repleti. Tob. 5. Et deinceps.

Vivit Dominus, ait Judith, quoniam cuſtodivit me Angelus ejus, & hinc euntem, commorantemque ibi, & inde huc revertentem, &c. C Jud. 13.

Volavit ad Iſaiam unus de Seraphin, & mundavit eum calculo quem forcipe tulerat de altari. Iſa. 6.

Angelus Domini deſcendit cum Azaria, & ſociis ejus in fornacem, &c. Dan. 3.

Daniel in lacu leonum exiſtens, dixit Dario regi ad ipſum venienti: Deus meus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonum. Dan. 6. Poſtmodum Angelus Habacuc prophetam de Judæa tranſtulit in Chaldæam ut ferret prandium Danieli. Dan. 14.

Revelata ſunt Danieli multa myſteria, & magna per miniſterium Angelorum. Dan. 9. 10. 11. 12.

Judas Machabæus, & qui cum eo erant, rogabant Dominum, ut bonum

num Angelum mitteret ad ſalutem Iſrael: ſequitur: Apparuit præcedens eos eques in veſte candida, &c. 2. Mach. 11.

Ad annuntiandum conceptionem beati Joannis Baptiſtæ, apparuit Angelus Domini Gabriel Zachariæ. Luc. 1.

Item ad annuntiandum conceptionem Salvatoris, miſſus eſt a Deo idem Angelus in civitatem Galilææ &c. Luc. 1.

Rurſus etiam nato Domino Angelus Domini ſtetit juxta paſtores, ſequitur: Facta eſt cum Angelo multitudo cæleſtis exercitus laudantium Deum, &c. Luc. v.

Angelus Domini legitur ter apparuiſſe Joſeph, & ei locutus eſſe, primo ante Nativitatem. Matth. 1. Noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Secundo poſt adorationem Magorum. Matth. 2. Surge; & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum. Tertio poſt mortem Herodis. Matth. 2. Accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Iſrael

Poſt receſſum tentatoris legitur. Matth. 3. Ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei: Item poſt cœnam in oratione. Luc. 22. Apparuit illi Angelus de cælo confortans eum. Item in ejus Reſurrectione. Matth. 28. Mar. 16. Luc. 23. Joan. 20. Angelus Domini deſcendit de cælo, &c. Item in ejus Aſcenſione. Act. 2. Ecce duo viri aſtiterunt, &c.

Princeps ſacerdotum, & omnes qui cum illo erant, injecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica. Angelus autem Domini per noctem aperiens januas carceris, & educens eos dixit: Ite, & loquimini in templo plebi. Act. 5.

Angelus Domini dixit ad Philippum: Surge, & vade contra meridianum, & tunc ivit ille, & invenit eunuchum, & convertit eum ad fidem. Act. 8.

Cornelius Centurio vir religioſus, & timens Deum cum omni domo ſua vidit manifeſte, quaſi hora nona diei, Angelum Dei dicentem ſibi, Corneli, &c. Act. 10.

Dormiente Petro in Herodis carcere, Angelus Domini de nocte aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo; percuſſoque latere ejus excitavit eum, &c. Act. 12.

Herodes rex veſtitus veſte regali, ſedebat pro tribunali: populus autem acclamabat voces Dei, & non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, & conſumptus a vermibus expiravit. Act. 12.

Graviſſimæ tempeſtatis tempore Paulus volens ſocios confortare dixit: Aſtitit mihi hac nocte Angelus Dei dicens: Ne timeas Paule, &c. Act. 27.

Significavit Deus, quæ oportet fieri cito, loquens per Angelum ſuum ſervo ſuo Joanni, &c. Apoc. 1. Totuſque liber ille plenus eſt Angelicis revelationibus.

Caput XXXII.

De ſpiritibus malis.

Spiritus mali dicuntur eſſe Dei, quia ſunt in poteſtate Dei, & per eum tantum poſſunt, quidquid poſſunt. 1. Reg. 17. Spiritus Dei malus exagitat te, dictum eſt Sauli.

Dæmon occidit ſeptem viros Saræ filiæ Raguelis, ſed fuit ejectus per boni Angeli Raphaelis adventum. Tob. 3. & 8.

Super animalia Job, & domum ubi filii ipſius comedebant, & ſuper corpus ipſius Job ſatan potuit tantum, quantum divina providentia permittebat. Job 1. & 2. Spiritus malus fecit hominem ſævum, & crudelem. Matt. 8.

Item facit hominem immundum. Nam illi duo dæmoniaci ſævi nimis habitabant in monumentis, & dæmones petierunt intrare porcos, non agnos. Matth. 8. Luc. 8.

Item unus illorum, famoſior ſcilicet veſtimento non induebatur, neque in domo habitabat, & vinciebatur catenis, & compedibus cuſtoditus: & ruptis vinculis agebatur a dæmonio in deſerto.

Item dæmonium facit hominem cæcum, & mutum. Matth. 12. & & Luc. 11.

Item

Item cum eum apprehenderit, alliA dit eum, & ſpumat, & ſtridet dentibus & areſcit, & frequenter eum in ignem, & aquam mittit, ut eum perdat. Matth. 9. Luc. 9.

Laudes malignorum Spirituum; licet veras Dominus recuſabat. Matt. 1. Obmuteſce, & exi ab eo. Luc. 4. Item Luc. 4. Increpans non ſinebat ea loqui, &c.

Poteſtatem dæmoniorum parvam eſſe ex hoc patet, quia nec in porcos potuerunt intrare, niſi petita a Chriſto licentia, & obtenta. Matth. 8. Luc. 8.

Prohibuit Dominus, ne gauderent diſcipuli, ſi Spiritus maligni ſubiiciebantur eis. Luc. 10.

Puella quædam habens Spiritus pythonem clamabat multis diebus poſt Paulum, & ſocios ejus; dolens autem Paulus converſus ad Spiritum ait: Præcipio tibi in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti exire ab ea, & exivit eadem hora, non enim curabat Paulus doctrinam veritatis confirmari per Spiritum falſitatis. Act. 16.

Quidam Judæi tentaverunt invocare ſuper eos, qui habebant Spiritus malos, nomen Domini Jeſu dicentes: Adjuro vos per Jeſum, quem Paulus prædicat: reſpondens autem Spiritus nequam dixit: Jeſum novi, & Paulum ſcio: vos autem qui eſtis? Et exiliens homo, in quo erat dæmonium peſſimum, dominatus eſt eorum, & invaluit contra illos, ita ut nudi, & vulnerati recederent de domo illa. Act. 19.

Caput XXXIII.

De immortalitate rationalis animæ.

PEr hoc quod dicitur Gen. 25. de Abraham, Congregatus eſt ad populum ſuum; innuitur quod in alio ſæculo haberet populum, ſcilicet homines qui bene vixerant, ſicut ipſe. Simile habetur de Iſaac: Appoſitus eſt populo ſuo, Gen. 35. Et de Jacob. Gen. 50.

Cum crederet Jacob mortuum eſſe Joſeph, Deſcendam, inquit, ad filium meum lugens in infernum. Gen. 37. Unde credebat eum ibi eſſe ſecundum Spiritum.

Fratres Joſeph volentes dicere, quod unus fratrum ſuorum mortuus eſſet, dicebant. Gen. 42. Duodecim fratres ſumus filii unius viri, ſumus, inquiunt, non fuimus quaſi eſſet adhuc ille, qui mortuus putabatur: minimus cum patre noſtro eſt, alius non eſt ſuper, ſed ſubtus.

Apparens Dominus Moyſi in rubo dixit: Ego ſum Deus abraham Deus Iſaac, & Deus Jacob. Exod. 3. Per B hoc probat Salvator noſter Matth. 22. reſurrectionem mortuorum. Non eſt, inquit, Deus mortuorum, ſed viventium.

De Core, & complicibus ejus dicitur. Num. 16. Deſcenderunt vivi in infernum operti humo, & perjerunt de medio multitudinis. Per hoc patet quod in inferno vivebant ſecundum animas.

Si Saul crediſſet, Samuelem penitus quantum ad animam extinctum fuiſſe, non petiviſſet ſibi ipſum ſuſcitari. 1. Reg. 28.

Mirantibus ſervis David, quod ipſe pro mortuo parvulo non ploraret, dixit. 2. Reg. 12. Ego vadam ad eum, ille vero non revertetur ad C me.

Cum ſuſpenſus, & tribus lanceis confoſſus Abſalon interiiſſet, David lacrymabiliter planxit eum. 2. Reg. 18. Et, ut ait Auguſtinus tertio de doctrina Chriſtiana. Non orbitatem filii doluit, ſed quia noverat, in quas pœnas, tam impie adultera, & parricidalis anima raperetur, namque alio prius filio, qui innocens erat pro quo ægrotante affligebatur, mortuo lætatus eſt. 2. Reg. 12.

Oravit Elias pro ſuſcitatione filii hoſpitæ ſuæ dicens: Domine Deus meus, revertatur quæſo anima pueri hujus in viſcera ejus. 3. Reg. 17.

Frequenter legitur in libris Regum: Dormivit cum patribus ſuis quod quidem nullatenus de brutis animalibus poteſt dici. Unde proba-

Digitized by Google

tur eos vivere poſt mortem, & poſtea reſurrecturos eſſe, ſicut in dormiente apparet.

Ex verbis quæ dixit Tobias, increpans ſtultitiam propinquorum, patet manifeſte, quod anima vivat poſt ſeparationem a corpore. Filii, inquit, ſanctorum ſumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt iis, qui fidem ſuam numquam mutant ab eo. Tob. 2. Idem in oratione poſtea dixit: Domine ſecundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe, in pace recipi ſpiritum meum. Tob. 3.

Addidit Dominus omnia quæ fuerant Job duplicia, Job 42. tamen non dedit niſi ſeptem filios, & tres filias, ſicut prius: ut ii, qui jam extincti fuerant, vivere demonſtrentur, ſecundum Gregorium moral. ult.

Valde expreſſe dicit Salomon in fine Eccleſiaſtici: Revertatur pulvis in terram ſuam, unde erat, & Spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.

Ex verbis illis, quæ dicunt damnati in inferno, oſtenduntur tam boni, quam mali vivere in futuro ſæculo. Sap. 5. Talia dixerunt in inferno ii, qui peccaverunt, &c.

De Nabuchodonoſor rege Babylonis dicitur ſecundum litteralem ſenſum illud Iſa. 14. Ex quo dormiſti, in monte ſcilicet, non aſcendit qui ſuccidat nos: ſequitur; Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua; & plura ponuntur ibi poſtea, per quæ patet illum non penitus interiiſſe, ſed ad infernum in anima deſcendiſſe. Dum ſuaderetur Eleazaro, ut ſimularet ſe de carnibus ſacrificii comediſſe, dixit: Et ſi in præſenti tempore a ſuppliciis hominum eripiar: ſed manum omnipotentis neque vivens, neque defunctus effugiam. 2. Mach. 6.

Unus illorum ſeptem fratrum dixit: E cœlo iſta poſſideo, ſed propter Dei leges hæc ipſa deſpicio, quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero. Similiter ex verbis matris, & aliorum planum eſt, quod quantum ad animam non ſe perire credebant. 2. Mach. 7.

Razias complexus inteſtina ſua projecit ſe ſuper turbas invocans dominatorem vitæ, & ſpiritus ut hæc illi iterum redderet. 2. Mach. 14.

A

Monens & muniens diſcipulos quos mittebat Salvator ait. Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, & poſt: Timete eum qui poſtquam occiderit, &c.

Nota quod in eo, quod narrat Dominus. Luc. 16. De divite & Lazaro, non præmittitur parabola, vel ſimilitudo aliqua: unde videtur fuiſſe hiſtoria manifeſta, & ſic apparet eſſe ſive malorum, ſive bonorum animas immortales, & recipere poſt ſeparationem a corpore prout in corpore meruerunt.

B

Exemplo villici iniquitatis, qui fecit amicos de bonis domini ſui, idem oſtendit Dominus, dicens: Lucæ 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis; recipiant vos in æterna tabernacula, quod nihil eſſet dictu, ſi anima poſt ſeparationem a corpore, ſeu poſt mortem corporis nullum haberet receptaculum.

Devotam & rectam fidem habebat de anima beatus Stephanus, qui cum lapidaretur dicebat; Domine Jeſu accipe ſpiritum meum. Act. 7.

Ex verbis Doctoris egregii. 2. Cor. 5. Animam vivere poſt ſeparationem a corpore *manifeſte apparet*. *Scimus* inquit, quoniam ſi terreſtris domus noſtra diſſolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam, ſed æternam in cælis.

C

Idem Philip. 1. Deſiderium habens diſſolvi, & cum Chriſto eſſe. Idem Rom. 7. Infelix homo ego, quis me liberabit de corpore mortis hujus. Et certe talia non diceret, niſi de vita alia certus eſſet.

Caput XXXIV.

De fide quam debet homo habere ad Deum.

Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam. Gen. 15. Nota quod credidit Deo pro-

Digitized by Google

premittenti rem valde difficilem. Transito Mari rubro, & exercitu Pharaonis ſubmerſo timuit populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moyſi ſervo ejus. Exod. 14.

A

Uſque ad aquas contradictionis fideliter credidit Moyſes cunctis verbis Domini, ſed ibi aliqualiter hæſitavit. Num. 20.

Dicit Jonathas armigero ſuo: Non eſt difficile ſalvare, vel in multis, vel in paucis. 1. Reg. 14. Magnæ fidei verbum fuit.

Pugnaturus David contra Goliath Gethæum dixit 1. Regum. 17. Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini, &c.

Magnæ fidei verbum dixit Aſa. 2. Paral. 14. Domine non eſt apud te ulla diſtantia utrum in paucis auxilieris, aut in pluribus, &c.

B

Dixit Joſaphat rex Juda exercitui ſuo ad pugnam congregato: Credite in Domino Deo noſtro, & ſecuri eritis, credite Prophetis ejus, & cuncta evenient proſpera. 2. Paralip. 20.

Eſdras venturus in Hieruſalem per magnam viam, & periculoſam noluit petere conductum a rege, ſed ad jeiunium, & orationem confugit. 1. Eſdr. 8.

Videns Nehemias tot imminere pericula, & labores ædificantibus dixit: Deus noſter pugnabit pro nobis, & nos ipſi faciamus opus. Nehem. 4.

Maximæ fidei verbum dixerunt ſocii Danielis regi Nabuchodonoſor: Deus noſter quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis, de manu tua nos liberare, quod ſi noluerit, notum ſit tibi rex, quod Deos tuos non colimus. Dan. 3.

C

Dixit Judas Machabæus ſociis timentibus: Facile eſt concludi multos in manus paucorum, & non eſt differentia in conſpectu Dei liberare aut in multis, aut in paucis, quia non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt. 1. Mach. 3.

Ex abundanti fide mentis procedebant verba illorum ſeptem fratrum, & matris ipſorum. 2. Mach. 7.

Zachariæ patri beati Joannis Baptiſtæ dixit Angelus. Ecce eris tacens, & non poteris loqui uſque in diem, quo hæc fient, pro eo quod non crediaiſti verbis meis. Luc. 1.

Eliſabeth repleta Spiritu ſancto beatam Virginem a fide ſpecialiter commendavit. Luc. 1. Beata quæ credidiſti.

Mira fides in illis tribus Magis fuiſſe probatur, qui in Betlehem ab Oriente venerunt, & invenientes puerum cum paupercula matre ſua ipſum humiliter, & adoraverunt, & myſticas ei munerum ſpecies obtulerunt. Matth. 2.

Merito commendatur a Domino fides centurionis, qui dixit: Domine non ſum dignus ut intres ſub &c. Sequitur. Non inveni tantam fidem in Iſrael. Matt. 8.

Multum poteſt valere cuilibet fides propria, ſi tantum paralytico valuit aliena, de quo. Matt. 9. & Luc. 5.

Videns Jeſus fidem illorum, dixit: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, & ſtatim integraliter ſanavit eum.

Mulier fluxum ſanguinis patiens dicebat intra ſe: Si tetigero tantum veſtimentum ejus, ſalva ero & ſequitur: Confide filia, fides tua te ſalvam fecit. Matth. 9.

Non fecit Dominus Jeſus virtutes multas in patria ſua propter incredulitatem illorum. Matth. 13.

Quando Petrus ambulans ſuper aquas cœpit mergi, arguit eum Dominus de defectu fidei dicens: Modicæ fidei, quare dubitaſti. Matth. 14.

Commendatur a Domino mulier Chananæa, cum dixit: O mulier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut tu vis. Matth. 15.

Magnæ fidei verbum dixit Petrus Domino interroganti, quid homines dicerent de eo. Tu es, inquit, Chriſtus Filius Dei vivi. Matth. 16.

Mira fuit fides Mariæ Magdalenæ. Luc. 7. Idcirco juſte a Domino audire meruit: Fides tua te ſalvam fecit. Luc. 7.

Credens jam pater pueri lunatici humiliter ſibi fidem augeri petebat, & cum lacrymis ajebat: Credo, Domine, adiuva incredulitatem meam. Matth. 9.

Thomæ Dominus dixit: Infer digi-

gi-

Digitized by Google

gitum tuum huc, &c. Et noli eſſe incredulus, ſed fidelis, quia vidiſti me, credidiſti. Beati, &c. Joan. 20.

Die Pentecoſtes in prima prædicatione Petri poſt receptionem Spiritus ſancti, circiter tria millia hominum crediderunt. Act. 2.

Cum ſanatus eſſet claudus, Petrus allocutus eſt mirantem, & ſtupentem populum: Multi autem qui audierunt verbum crediderunt, & factus eſt numerus virorum quinque millia. Act. 14. Elegerunt Apoſtoli Stephanum virum plenum fide, & Spiritu ſancto, &c. Act. 6.

Cum Samaritani multi credidiſſent Philippo Evangelizanti de regno Dei, in nomine Jeſu Chriſti baptizabantur. Tunc etiam Simon Magus credidit. Act. 8.

Eunuchus ait Philippo: Ecce aqua quis me prohibet baptizari, dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet, & reſpondens Eunuchus, ait: Credo Dei filium eſſe Jeſum Chriſtum: & tunc Philippus baptizavit eum, Act. 8.

Saulus, & Cornelius modo vario, ſed utroque ædificatorio, & conſolatorio ad fidem Chriſti fuerunt adducti. Act. 9. & 10.

Quidam Cypri, & Cyrenæi cum introiſſent Antiochiam, loquebantur ad Græcos, annuntiantes Dominum Jeſum, multuſque numerus credentium converſus eſt ad Dominum. Act. 11.

Proconſul Paulus videns quod ad verbum Pauli Apoſtoli excæcatus fuit Elymas magus, qui reſiſtebat ei, credidit admirans ſuper doctrina Domini. Act. 13.

Paulo, & Barnaba dicentibus Judæis: Vobis oportebat primum loqui, &c. Ecce convertimur ad Gentes: audientes gaviſi ſunt, & glorificabant verbum Domini & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Act. 13.

Quidam vir de civitate Lyſtris, qui numquam ambulaverat, audivit Paulum loquentem. Paulus autem videns, quia fidem haberet ut ſalvus fieret dixit ei: Surge ſuper pedes tuos rectus. Et exilivit, & ambulabat. Act. 14.

A Factum eſt autem Iconii, ut Paulus & Barnabas ſimul introirent in Synagogam Judæorum, & loquerentur, ita ut crederet Judæorum, & Græcorum copioſa multitudo. Act. 12. Tranſeuntibus Paulo, & *Barnaba* per diverſas civitates Eccleſiæ confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie. Act. 16.

Cuſtos carceris in quo detinebatur Paulus, & Silas videns terræmotum fieri, & carcerem aperiri: tremefactus procidit ad pedes eorum *dicens*: Domini, quid me oportet facere, ut ſalvus fiam? At *illi* dixerunt: Crede in Dominum Jeſum, & ſalvus eris. Act. 16.

B Cum Paulus diſputaſſet Athenis contra idololatriam, quidam viri adhærentes ei crediderunt, in quibus & Dionyſius Areopagita, & *multi* alii. Act. 17.

Caput XXXV.

De fidelitate homini ſervanda.

Servus Abrahæ Eliezer fideliter egit nuntium a domino ſuo ſibi commiſſum, quando ivit pro Rebecca ad domum Bathuelis. Gen. 24.

Fideliter ſervivit Jacob, avunculo ſuo Laban, quando gregem ipſius paſcendo *die noctuque igne urebatur*, & *gelu*, &c. Gen. 31.

C Joſeph erga dominum ſuum fideliter ſe habuit, qui uxorem ejus tangere noluit. Gen. 39. Item erga Pharaonem in conſilio, quod ei dedit, & in miniſterio quod ei exibuit. Gen. 41.

Rahab meretrix fideliter egit cum exploratoribus quos miſerat Joſue. 2. Et ipſe Joſue egit poſtea fideliter cum eadem. Joſue. 6.

Quamvis Gabaonitæ fefelliſſent Joſue, & filios Iſrael, tamen juramenta & pacta eis ſervaverunt, & eos poſtea contra hoſtes fideliter adiuverunt. Joſue. 9. & 10.

Fideliter indicavit David Jonathas iram patris ſui, & ipſum quantum potuit excuſavit, & poſtea confortavit. 1. Reg. 20.

Occiſo patre Abiathar occaſione David dixit ei ipſe David: Ego ſum reus

reus omnium animarum patris tui. Mane mecum, ne timeas: ſi quis quæſierit animam meam, quæret & animam tuam, mecumque ſervaberis. 1. Reg. 22.

Noluit David percutere Dominum ſuum, licet malum & perſequentem eum. Cum tamen ſi voluiſſet, bis eum occidere potuiſſet. 1. Reg. 24. & 26.

Magnum fidelitatis ſignum fuit, licet indiſcrete egerit armiger Saul, quando videns dominum ſuum eſſe mortuum, noluit ultra vivere, ſed irruit ſuper gladium ſuum, & mortuus eſt cum eo, quid ergo debemus facere pro Domino crucifixo. 1. Reg. 31.

Viri Jabes Galaad fideliter ſe habuerunt ad Saul Dominum ſuum licet malum, reverenter ſepelientes eum. Reg. 31.

Urias Hethæus nolebat eſſe in deliciis, quamdiu Joab dominus ſuus laborabat in exercitu. 2 Reg. 11.

Inſtante captione civitatis Rabbath, quamdiu obſederat Joab miſit ad David, ut veniret, & illam caperet, ut domino ſuo, non ſibi honor victoriæ deferretur. 2. Reg. 12.

Cum fugeret David a facie Abſolom, dixit illi Ethai: Vivit Dominus, & vivit dominus meus rex: quoniam in quocumque loco fueris domine mi rex, ſive in morte, ſive in vita, ibi erit ſervus tuus. 2. Reg. 15.

Noluerunt viri David, quod ipſe exiret cum eis ad prælium dicentes: Tu unus pro decem millibus putaris in quo apparuit, quod fideliter diligebant eum. 2. Reg. 18. Item 21. Juraverunt dicentes: Jam non egredieris nobiſcum ad prælium, ne extinguas lucernam Iſrael.

Separatus eſt omnis Iſrael a David, ſecutuſque eſt Seba filium Bochri, viri autem Juda adhæſerunt regi ſuo, tamquam fideles, ſcilicet & conſtantes. 2. Reg. 20.

Tres viri robuſtiſſimi fideliter defenderant David pugnatem contra Philiſtiim, & attulerunt ei de aqua ciſternæ Bethlehem, quam cum deſiderio magno petierat. 1. Paralip. 11.

Valde fideliter egit Jojada Pontifex cum Joas filio Joram regis Juda. 4. Reg. 11. licet male recognoverit poſtea. 2. Paralip. 24.

Onias ſummus Pontifex, & alii ſacerdotes laboraverunt fideliter viduarum, ac pupillorum depoſita cuſtodire. 2. Machab. 3.

Commendat Dominus fidelitatem ſervorum, qui multiplicaverunt talenta ſibi tradita. Matt. 25. Luc. 19.

Cum multa fidelitate, & diſcretione procurabat Paulus fieri collectas pro neceſſitatibus pauperum de Judæa. 1. Cor. 16. 2. Cor. 9.

Fideles & affectuoſas litteras miſit Paulus Philemoni, pro Oneſimo ſervo ejus fugitivo.

Diſcretum, & fidele conſilium dederunt Paulo, quidam de Aſiæ principibus rogantes eum, ne ſe daret in theatrum. Act. 19.

Caput XXXVI.

De contemplatione, & mentis illuſtratione.

Poſtquam exivit Abraham de Ur Chaldæorum crebro apparuit ei Dominus, & eum diverſis revelationibus viſitavit. Gen. 12. 13. 15. 18.

Apparuit Dominus Abrahæ in convalle Mambre ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo poſteriore diei, &c. Totum poteſt exponi de contemplativo. Geneſ. 18.

Habitabat Iſaac in terra auſtrali, & egreſſus fuerat ad meditandum in agro, relicta enim familia in domo, meditationi vacare volebat. Gen. 24.

Factus eſt Eſau vir gnarus venandi, & homo agricola, Jacob autem vir ſimplex habitabat in tabernaculis, Gen. 25.

Egreſſus Jacob de Berſabee, pergebat Haran. Cumque veniſſet ad quendam locum, & vellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitum, tulit de lapidibus qui jacebant & supponens capiti ſuo, dormivit in eodem loco, viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, &c. Gen. 28.

Cum mane ſurrexiſſet Jacob tranſivit vadum Jaboc. Traductiſque omnibus quæ ad ſe pertinebant, manſit ſolus, & ecce vir luctabatur cum eo, &c. Gen. 32.

Moy-

Moyſes autem paſcebat oves Jethro ſoceri ſui ſacerdotis Madian, cumque minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei Horeb. Apparuitque ei Dominus in flamma ignis, &c. Exod. 3.

Videns Jethro Moyſen occupatum judicando populum expectantem a mane uſque ad veſperam, dixit ei: Stulto labore conſumeris & tu, & populus iſte qui tecum eſt. Eſto tu populo in his, &c. Exod. 18.

Deſcendit Dominus ſuper montem Sinai in ipſo montis vertice, & vocavit Moyſen in cacumen ejus, &c. ibi revelavit ei Deus præcepta, judicia, & cærimonias, quæ populum docere debebat. Exod. 19

Loquebatur Dominus ad Moyſen, facie ad faciem: ſicut ſolet loqui amicus ad amicum ſuum. Exod. 32. Et ſequenti capitulo: Fuit Moyſes cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes, panem non comedit, & aquam non bibit.

Dixit Dominus ad Moyſen: Aſcende in montem iſtum Abarim, & contemplare inde Terram, quam daturus ſum filiis Iſrael. Num. 27.

Samuel dormiebat in templo Domini, & vocavit Dominus Samuelem, &c. 1. Reg. 3.

Cum ſediſſet Rex David in domo ſua, & Dominus dediſſet ei requiem undique ab univerſis inimicis ſuis, dixit ad Nathan Prophetam: Vides quod ego habitem in domo cedrina, &c. 2. Reg. 7.

Eliæ fugienti a facie Jezabel, oſtenſum eſt quod Dominus non erat in ſpiritu grandi, nec in commotione, nec in igne, ſed in ſibilo auræ tenuis. 4. Reg. 9.

Per ſimilitudines rerum corporalium debet anima ferri in Deum, in quo incomparabiliter melius invenitur, quidquid delectabile in creatura videtur. Unde cum caneret Pſaltes coram Eliſeo, facta eſt ſuper eum manus Domini. 4. Reg. 3.

Quando Eliſeus attente voluit orare pro mortuo filio Sunamitidis, non fecit hoc coram aliis, ſed clauſit oſtium, &c. 4. Reg. 4.

Sara filia Raguelis audito gravi improperio ab una de ancillis ſuis,

A perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ, & tribus diebus & tribus noctibus non manducavit, neque bibit, ſed in oratione perſiſtens cum lacrymis deprecabatur Dominum. Thr. 3.

Videns Judith populum ſuum in arcto poſitum ingreſſa eſt oratorium ſuum, & induens ſe cilicio poſuit cinerem ſuper caput ſuum, & proſternens ſe clamavit ad Dominum. Jud. 9.

Heſter regina confugit ad Dominum pavens periculum quod imminebat, cumque depoſuiſſet veſtes regias, fletibus & luctui indumenta apta ſuſcepit, & deprecabatur Dominum, dicens: Domine mi qui rex noſter es ſolus, adjuva me ſolitariam. Heſt. 14.

B Poſt turbationes, & tribulationes quas ſuſtinebat David, dicebat: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, volabo, & requieſcam, & ſubdit modum acquirendi hujuſmodi pennas & requiem: Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine, &c. Pſal. 54.

Cum eſſet Ezechiel in medio captivorum facta eſt ſuper eum manus Domini, & vidit, quod ventus turbinis veniebat ab Aquilone, &c. Ezech. 1.

Audiens Daniel crudelem ſententiam contra ſapientes *Babylonis datam, ingreſſus eſt in domum ſuam*, & de nocte per viſionem myſterium revelatum eſt ei. Danielis 2.

C Dixit Angelus Gabriel ad Danielem miro fervore orantem: Egreſſus ſum, ut docerem te, & intelligeres, quia vir deſideriorum es, &c. Dan. 9.

Super cuſtodiam meam ſtabo, ait Habacuc, & figam gradum meum ſuper munitione, & contemplabor, ut videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me. Habac. 2.

Dimiſſa turba aſcendit Dominus in montem ſolus orare, veſpere autem facto ſolus erat ibi. In quo exemplum dedit turbas fugiendi, & ſolitudinem quærendi. Matth. 14.

Ingreſſus eſt Zacharias templum Domini, ut incenſum poneret, & omnis multitudo populi erat orans foris, & tunc apparuit ei Angelus Domini. Luc. 1.

Mar-

Digitized by Google

Martha circa miniſterium ſolicita & turbata erat. Maria autem ſedens ſecus pedes Domini audiebat verbum illius. Et eſt notabile valde, quod tam pio & devoto miniſterio Marthæ præfertur quies, & audientia divini verbi Mariæ. Luc. 10.

Videns Jeſus Mariam plorantem, & Judæos qui venerant cum ea plorantes infremuit ſpiritu, & lacrymatus eſt, quod nequaquam fecerat, quando locuta fuerat ei Martha. Jo. 11.

Miro & ineffabili modo fuerunt diſcipuli Domini docti, & illuſtrati in adventu Spiritus ſancti. Act. 2.

Poſtquam lux de cœlo Saulum circumfulſit, & ipſe cadens in terram excæcatus fuit, deinde per triduum B jejunans, & orans excellentes revelationes habuit a Chriſto. Act. 9.

Cum hoſpitaretur Petrus in domo Simonis Coriarii aſcendit in ſuperiora domus, ut oraret ad hoc ſcilicet, ut poſſet ibi vacare quietius a turba inferius exiſtente remotus, & tunc revelavit ei Dominus in mentis exceſſu, quod gentiles non erant repellendi a prædicatione Evangelii. Act. 10.

Raptus fuit Paulus uſque ad tertium cœlum, & audivit arca verba, quæ non licet homini loqui; altiſſima vero ejus ſapientia apparet in epiſtolis ſuis, præcipue autem Rom. 1. 9. 10. & 11. Item Epheſ. 1. & 2. Item Col. 1. 2. Item Heb. 1. C

Beato Joanni ſequeſtrato a tumultu & conſolatione mundi, quando ſcilicet in inſula Pathmos exultavit, revelavit Dominus ſecreta cœleſtia. Apoc. 1. 2. deinceps per totum.

Caput XXXVII.

De ſpe & longanimitate.

Multis annis expectavit Abraham antequam haberet filium de Sara, quia jam centenarius erat quando natus eſt Iſaac. Gen. 21. Item a promiſſione primo facta Abrahæ uſque ad ingreſſum ſeminis ſui in terram promiſſionis fluxerunt anni pluſquam quadringenti quadraginta.

Permiſit Dominus filios Iſrael flagellari in Ægypto longo tempore & affligi, & præterea per deſertum tentari, quadraginta annis antequam venirent ad terram patribus repromiſſam, ſicut apparet in libro Exod. & Num. quaſi per totum.

Filii Iſrael contra tribum Benjamin præliantes multi contra paucos bis debellati fuerunt, & tandem prævaluerunt. Jud. 20.

Dixit David Philiſtæo. 1. Reg. 17. Tu venis ad me cum gladio & haſta, & clypeo. Ego autem venio ad te in nomine Domini, &c. Sperabat enim per Deum victoriam obtinere.

Parentibus Tobiæ irridentibus eum, & dicentibus: Ubi eſt ſpes tua pro qua eleemoſynas, & ſepulturas faciebas. Tobias increpabat eos dicens: nolite ita loqui, quoniam filii Sanctorum ſumus, & vitam illam expectamus quam daturus eſt Deus, iis qui fidem ſuam numquam mutant ab eo. Tob. 2.

Afflictus corpore, filiis orbatus, deriſus ab amicis; omnibus rebus ſpoliatus, dicebat tamen S. Job: Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Job. 3.

Cum eſſet Suſanna duorum Preſbyterorum iniquo condemnata teſtimonio, dicitur tamen de ea quod erat cor ejus fiduciam habens in Domino. Dan. 13.

Unus illorum ſeptem fratrum poſtulatus a tyranno linguam, cito] protulit, & manus conſtanter extendit, & cum fiducia ait: E cœlo iſta poſſideo, ſed propter Dei leges hæc ipſa deſpicio, quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero. 2. Mach. 7.

Machabæus Judas miſit Hieroſolymam duodecim mille drachmas argenti, offerri eas ibi pro peccatis mortuorum juſte & religioſe de reſurrectione cogitans, niſi enim eos qui ceciderant. &c. Mach. 12.

Homo erat in Jeruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte juſtus & timoratus expectabat conſolationem Iſrael. Luc. 2.

Aſcenſurus in cœlum Salvator præcepit diſcipulis ſuis ne diſcederent ab Jeroſolymis, ſed expectarent promiſſionem patris. Act. 1.

Videns Paulus, quod una pars erat

Sadu.

Digitized by Google

Saducæorum, alia Phariſæorum exclamavit in concilio: Viri fratres. Ego Phariſæus ſum filius Phariſæorum de ſpe & reſurrectione mortuorum, ego judicor. Act. 23. A

Monet Apoſtolus Timotheum, ut præcipiat divitibus non ſublime ſapere, nec ſperare in incerto divitiarum, ſed in Deo vivo, &c. Tim. 6.

Ad longanimitatem & expectandum nos invitat, vel informat beatus Jacobus dicens: Exemplum accipite exitus mali, laboris, & patientiæ, Prophetas, &c. Jac. 5.

Caput XXXVIII.

De timore Dei.

Usque ad beatitudinem confirmatam non poteſt eſſe ſecuritas. B Nam & Angeli in cœlo empyreo, & primi parentes in terreſtri Paradiſo peccaverunt. Gen. 3. De Angelis autem 2. Petri 2. dicitur: Angelis peccantibus non pepercit.

Loth inter peccatores peſſimos bonus fuit, & exiens inde cum filiabus ſuis in monte peccavit. Gen. 12.

Defectus timoris divini eſt cauſa peccati, ideo dixit Abraham ad Abimelech: Cogitavi mecum, dicens, forſitan non eſt timor in loco iſto, & interficient me, &c. Gen. 20.

Timuere obſtetrices Dominum, & ædificavit illis domum. Exod. 1.

Voluit Dominus multum timorem filiis Iſrael incutere, & ideo cum tonitruis & igne, & ſignis terribilibus C legem dedit. Exod. 20.

Non debet homo confidere in probitate parentum, Abraham enim plures habuit malos filios, unum bonum. Samuel habuit duos, ambo fuerunt mali. 1. Reg. 8. David etiam multos malos. Salomon habuit unum malum & ſtultum, & de multis aliis inveniuntur exempla.

Poſt tranſitum maris rubri, & ſubmerſionem exercitus Pharaonis dicitur. Exod. 14. Timuit populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moyſi ſervo ejus.

Abdias diſpenſator domus Achab timebat Dominum Deum Iſrael valde; nam cum interficeret Jezabel Prophetas Domini, tulit ille centum Prophetas, & abſcondit eos, & pavit. 3. Reg. 18.

Homines quos miſit Rex Aſſyriorum ad habitandum Samariam, non timebant Dominum, & immiſit eis Dominus leones, qui interficiebant eos. 4. Reg. 17.

Conſtituit Joſaphat judicis in cunctis civitatibus Juda præcipiens eis inter cætera: Sit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite; non eſt enim apud Dominum Deum iniquitas, &c. 2. Paral. 19.

Tobias ſenior filium ſuum ab infantia timere Deum docuit. Tob. 1. Idem ad convivium ſuum Deum timentes faciebat vocari. Tob. 2. Sequitur ibidem Tobias plus timens Deum quam Regem rapiebat corpora occiſorum, & ſepeliebat ea.

Tobias junior, & amici ſui cum timore Domini convivium nuptiarum exercebant. Tob. 9.

Confitendo in oratione Domino dicebat Sarra filia Raguel: Virum cum timore tuo, non cum libidine mea conſenſi recipere. Tob. 3.

Erat Judith vidua in omnibus famoſiſſima, quoniam timebat Deum valde, nec erat qui loqueretur de ea verbum malum. Judith. 8.

Inter alia de quibus commendatur Job eſt timor Dei, Job. 1. & 2. unde & ipſe dixit ſemper quaſi tumentes ſuper me fluctus, timui Deum. Job 31.

De muliere forti dicitur ſpecialiter. Prov. 31. mulier timens Deum ipſa laudabitur.

Cum plagis perimeretur Eleazarus ait: Domine tu ſcis; quia cum a morte poſſem liberari, duros corporis ſuſtineo dolores, ſecundum animam vero propter timorem tuum libenter hoc patior. 2. Mac. 6.

Commota tempeſtate magna nautæ, cum quibus erat Jonas, miſerunt ipſum in mare, & ſtetit mare a fervore ſuo, & timuerunt viri timore magno Dominum, & immolaverunt hoſtias, & voverunt vota. Jon. 1.

Si timendus eſt aliquis Dominus, quia multa bona donare poteſt, multo magis timendus eſt Deus, qui ſumma bona donare poteſt. Tob. 3. Noli timere fili mi, &c. Item quia poteſt mala inferre, & propter hoc.

Matth.

Digitized by Google

Matth. 10. Timete eum, qui poteſt animam & corpus mittere in gehennam.

Si graviter punitus eſt ſervus ille, qui talentum ſibi traditum non multiplicavit, ſed ligatum in ſudario integrum reportavit, quid fiet de illo, qui omnia diſſipavit luxurioſe vivendo, & quantum in ipſo fuit Dominum impugnando? Matt. 25. de talentis habetur.

Valde graviter punientur illi qui opera iniquitatis, & nequitiæ perpetraverunt, ex quo ita confundentur qui opera miſericordiæ non fecerunt. Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum, &c.

Simeon erat homo juſtus & timoratus expectans conſolationem Iſrael. Luc. 2.

Viri timorati curaverunt Stephanum a Judæis lapidatum, & fecerunt planctum magnum ſuper eum. Act. 8.

Poſt converſionem Pauli ſcriptum eſt. Act. 9. Eccleſia ædificabatur ambulans in timore Domini, & conſolatione ſancti Spiritus replebatur.

Occaſione Cornelii Deum timentis, dixit Petrus. Act. 10. In omni gente qui timet Deum, & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi.

Caput XXXIX.

De timore quo mali timent bonos.

Dixit Abimelech ad Abraham, Deus tecum eſt in univerſis quæ agis. Jura ergo per Deum, ne noceas mihi, &c. Gen. 21.

Ægyptii perſequentes filios Iſrael, qui ibant per medium maris dixerunt, fugiamus Iſraelem; Deus enim pugnat pro eis. Exod. 14.

Videns Saul, quod Deus eſſet cum David, cœpit eum timere. 1. Reg. 14.

Princeps quinquagenarius, qui tertio venit ad Eliam reverenter locutus eſt ei, quod quia non fecerunt duo alii, fuerunt deſuper veniente igne conſumpti. 4. Reg. 1.

Factum eſt cum completus eſſet murus Jeruſalem, ut timerent univerſæ gentes in circuitu eorum. Nehem. 6.

A Cecidit timor Judæ, ac fratrum ejus, & fortitudo ſuper omnes gentes in circuitu eorum, & pervenit ad Regem nomen ejus. 1. Mac. 3.

Audierunt adverſarii; quia paratus eſt Jonathas cum ſuis in bello, & timuerunt, & formidaverunt in corde ſuo. 1. Mac. 12.

Poſtquam Lyſias debellatus fuit a Juda Machabæo voluit pacem facere cum eo, & promiſit ſe conſenſurum omnibus quæ juſta erant, quaſi ad voluntatem Judæ. 1. Mac. 11.

Herodes metuebat Joannem ſciens eum virum juſtum, & cuſtodiebat eum. Marc. 6.

B Poſt terribilem mortem Ananiæ, & Saphiræ erant omnes diſcipuli in porticu Salomonis, ceterorum autem nemo audebat ſe conjungere illis, ſed magnificabat eos populus. Act. 5.

Cum Paulus, & Silas eſſent in carcere, poſiti, & pedes eorum ligno ſtricti, ſubito terræmotus factus eſt magnus, cuſtos autem carceris tremefactus procidit Paulo, & Silæ ad pedes, & ait: Domini, quid me oportet faceret, ut ſalvus fiam. Act. 16.

Caput XL.

De dilectione Dei.

Daturus legem Moyſi Dominus dixit ei: Ego ſum Dominus Deus tuus, &c. faciens miſericordiam in C millia his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. Exod. 20.

Principium omnium mandatorum legis eſt dilectio Dei; nam dixit Moyſes poſt decem mandata populo repetita: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni fortitudine tua. Deut. 6.

Timorem Dei & amorem volens ſpecialiter imprimere populo Moyſes. Deut. 10. ait: Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus tuus petit a te, niſi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & diligas eum, &c.

Longævus Joſue, & perſenilis ætatis vocavit Iſraelem, & monens eos de multis dixit inter cetera: Hoc tamen diligentiſſime præcavete, ut dili-

diligatis Dominum Deum veſtrum. Joſ. 24.

De rege David dicitur Eccleſiaſtici 47. de omni corde ſuo laudavit Deum, & dilexit Dominum, qui fecit illum, unde ipſemet dicebat. Pſal. 17. Diligam te Domine fortitudo mea, &c.

Salomon dilexit Dominum, ambulans in præceptis David patris ſui. 3. Reg. 3.

Teſtatur Dominus de illa ſancta peccatrice, dimiſſa ſunt ei peccata multa; quoniam dilexit multum. Luc. 7.

Commiſſurus B. Petro Dominus gregem ovium ſuarum, quæſivit utrum eum diligeret, & ille confidens de bona conſcientia reſpondebat: Domine tu ſcis, quia amo te. Nota tamen, quod non dixit, diligo te plus iis, licet ſic quæſitum fuiſſet, in hoc ſibi a ſuperbo & temerario verbo cavens. Jo. 21.

Miro modo diligebat Chriſtum Paulus, qui tam ſecure dicebat: Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti. Rom. 8. & poſt: Certus ſum quia neque mors, &c.

Apoſtolus Paulus talem tulit ſententiam, ſi quis non amat Dominum Jeſum Chriſtum, anathema ſit Maran Atha. 1. Cor. 16.

Quia amor eſt virtus unitiva magnum amorem ad Chriſtum Paulus habebat, qui ei crucifixus erat. Gal. 2.

Et poteſt nominari de Paulo, quod Chriſtus erat ſua ſapientia. 1. Cor. 2. Non judicavi me ſcire aliud inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Item ſua ſubſtantia. Philip. 3. Omnia detrimenta feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam. Item ſua juſtitia. 1. Cor. 1. Loquens de Chriſto. Factus eſt, inquit, nobis ſapientia & juſtitia, & ſanctificatio & redemptio.

Item poteſt dici, quod Chriſtus in eo loquebatur. 2. Corin. 13. An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Chriſtus?

Item Chriſtus in eo operabatur. Rom. 15. Non audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Chriſtus. 2. Cor. 2. Ego quod donavi, ſi quid donavi, propter vos in perſona Chriſti.

A Item Chriſtus in eo vivebat. Gal. 2. Vivo autem jam non ego: vivit vero in me Chriſtus. Philip. 3. Mihi vivere Chriſtus eſt.

Item Chriſtus in eo triumphabat. 2. Cor. 2. Deo gratias qui ſemper triumphat nos in Chriſto Jeſu.

Item poteſt dici quod ipſe erat Chriſti ſervus. Rom. 1. Paulus ſervus Jeſu Chriſti.

Item Chriſti Apoſtolus. 2. Cor. 1. Paulus Apoſtolus Jeſu Chriſti, per voluntatem Dei, &c.

Item Chriſti legatus & vicarius. 1. Cor. 5. Pro Chriſto legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos, obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo.

B Item ipſe erat Dei adiutor. 2. Cor. 2. Dei ſumus adiutores.

Item pugil, vel certator. 1. Timoth. 4. Bonum certamen certavi. 1. Cor. 9. Sic pugno non quaſi aerem verberans. 1. Cor. 15. Si ad beſtias pugnavi. Epheſ. 1. &c.

Item curſor Domini. 1. Cor. 9. Sic curro non quaſi in incertum. 1. Tim. 4. Curſum conſummavi.

Item ſpecialis imitator. 1. Cor. 11. Imitatores mei eſtote ſicut, & ego Chriſti.

Pulchram & ſalubrem concluſionem facit beatus Joannes dicens: *Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos.* 1. Joan. 4.

C

CAPUT XLI.

De dilectione proximi.

REprehenſus eſt Cain a Domino graviter, & punitus, quia contra fratrem ſuum inique egit, & ſe non eſſe ejus cuſtodem dixit. Geneſis 5. Numquid cuſtos, &c.

Nota quam ſolicite, & diligenter orabat Dominum Abraham, ut parceret Sodomitis, quod erat magnæ dilectionis ſignum. Gen. 18.

Tantam dilectionem erga proximos ſibi ſubditos Moyſes habebat, quod ipſe orans Dominum, dicebat. Exod. 32. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, &c.

Optabat Moyſes omnes de populo pro-

Digitized by Google

prophetare, licet honor ejus inde minui videretur. Num. 11.

Noluit Moyſes majus dominium, quod ei promittebat Dominus, in tantum proximos ſuos quibus præerat, diligebat. Num. 14.

Fili Iſrael poſt occiſionem filiorum Benjamin magno ululatu cœperunt flere, dicentes: Quare Domine factum eſt hoc malum, &c. Jud. 21. Quod non feciſſent, niſi eos intime dilexiſſent.

Anima Jonathæ colligata eſt animæ David, & dilexit eum, quaſi animam ſuam. 1. Reg. 18.

Oſtendit David ſe diligere inimicum in planctu Saul. 2. Reg. 1. Amicum in planctu Jonathæ ſimpliciter proximum, in planctu Abner. 2. Reg. 3. Filium licet malum, & ſibi adverſarium in planctu Abſalom. 2. Regum. 18.

Magnam dilectionem oſtendit ſe habere Nehemias ad filios transmigrationis in bonis, quæ eis fecit: Nehemiæ, quaſi per totum.

Quia Tobias multis multa charitatis opera exhibebat, multi diligebant eum: unde cum juſſus eſſet occidi a rege, latuit, & inventus non fuit. Tob. 1.

Tantam dilectionem vult Dominus ad proximos nos habere, ut dixerit Petro, non eſſe dimittendum ſepties peccatis fratris; ſed uſque ſeptuagies ſepties. Matth. 18.

Dilectionem ad proximum habuiſſe laudatur Samaritanus ille, qui appropians ſemivivo miſericordia motus eſt, & ejus vulnera alligavit, infundens oleum, & vinum, &c. Luc. 10.

Magnam dilectionem ad proximos habuiſſe monſtratur B. Stephanus, qui pro lapidatoribus ſuis devotius, quam pro ſe oraſſe videtur. Act. 7. Nam pro illis genua poſuit, & voce magna calamavit, pro ſe vero ſimpliciter dixit: Domine Jeſu; accipe ſpiritum meum.

Inæſtimabiliter Paulus proximos diligebat. Erat enim erga eos, ut mater parturiens. Nam dicebat. Galat. 3. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Chriſtus. Item tamquam pater corripiens. 1. Cor. 4. Sive decem millia pædagorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres. Nam in Chriſto Jeſu per Evangelium, ego vos genui. Et paulo poſt; In virga veniam ad vos, &c. Item 1. Theſſal. 2. Tamquam pater filios ſuos deprecantes vos, & conſolantes teſtificati ſumus, &c.

Tamquam nutrix fovens, & blandiens, 1. Theſſ. 2. Facti ſumus tamquam nutrix fovens filios ſuos. Item 1. Corin. 3. Tamquam parvulis in Chriſto lac potum vobis dedi.

Item tamquam magiſter, & doctor erudiens. 2. Tim. 1. Poſitus ſum prædicator, & Apoſtolus & magiſter Gentium, & 1. Timoth. 2. Doctor Gentium in fide, & veritate.

Item tamquam frater & ſocius collaborans, & coadiuvans. Philip. 4. Fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi, &c. Rogo te Germane compar, &c. Adiuva illas, quæ mecum laborant. Item Philip. 1. Habeo vos in confirmatione Evangelii ſocios gaudii mei omnes vos eſſe, & 2. Corin. 1. Non dominamur fidei veſtræ, ſed adiutores ſumus gaudii veſtri.

Item tamquam legatus reconcilians. 2. Corinth. 5. Pro Chriſto legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos, obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo.

Item Apoſtolus bona annuntians. Act. 20. Vos ſcitis qualiter nihil vobis utilium ſubtraxi, quo minus annuntiarem vobis, & docerem vos publice, & per domos, &c. Actorum 17. Quod ignorantes colitis, ego annuntio vobis.

Item architectus ædificans. 1. Cor. 3. ut ſapiens architectus fundamentum poſui. 2. Cor. 10. De poteſtate veſtra quam dedit vobis Deus in ædificationem.

Per aliam nihilominus viam poteſt dici, quod Paulus oſtendit ſe eſſe proximorum dilectorem ferventiſſimum, per hoc videlicet, quod ipſe multa pro eis dabat; multa pro eis faciebat, & multa pro eis ſuſtinebat. Dabat ſiquidem ipſis ea quæ habebat, & quæ non habebat, ab habentibus pro indigentibus procurabat. Quod enim ſua daret ad utilitatem proximorum ipſe teſtatur. Act. 20. Ad quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt: mini-

niſtraverunt manus iſtæ, &c. Sequitur: Quoniam beatius eſt dare magis quam accipere.

Quamvis autem ſupererogantis eſſet cum ab ipſis accipere poſſet: tamen hoc faciebat, ut illis quibus prædicabat, parceret. 2. Cor. 12. Paratus ſum venire ad vos, & non ero vobis gravis. Non enim quæro, quæ veſtra ſunt ſed vos.

Secundo, ut Pſeudo-apoſtolis gloriandi occaſionem auferret. 2. Cor. 11. In omnibus ſine onere me vobis ſervavi, & ſervabo, &c. quod facio, & faciam, ut amputem occaſionem eorum qui volunt occaſionem, ut in quo gloriamur, tales inveniantur, ſicut & nos.

Tertio, ut exinde majorem mercedem haberet 1. Corint. 9. Non uſi ſumus hac poteſtate, ut acciperemus, ſcilicet ſumptus a vobis. Sequitur: Quæ eſt ergo merces mea, ut Evangelium prædicans ſine ſumptu ponam Evangelium?

Rurſus etiam ipſe procurabat ab Eccleſiis de Achaia ad donandum pauperibus de Judæa, ob quam cauſam collectas fieri faciebat, & fideles ad hoc efficaciter inducebat. 1. Cor. 16. De collectis autem, &c. Item 2. Cor. 9. Qui parce ſeminat, parce & metet.

Item dabat proximis verba Dei, quibus copioſiſſime abundabat. Imo etiam ſeipſum eorum utilitatibus dedicabat. 1. Theſſ. 2. Volebamus tradere vobis, non ſolum Evangelium, ſed etiam animas noſtras, quoniam chariſſimi nobis facti eſtis. Item 2. Corinth. 12. Ego ipſe libentiſſime impendam, & ſuperimpendar pro animabus veſtris.

Mira inſuper de corpore ſuo fecit pro proximis ad fidem, & ſalutem convertendis prædicando ſcilicet, diſputando, diſcurrendo a Damaſco in Arabiam, in Hieruſalem, in Antiochiam. Deinde ivit juſſu Spiritus ſancti cum Barnaba, de Antiochia in Cyprum. Inde navigantes in Pamphyliam, & poſt euntes in Piſidiam, Iconium, Lycaoniam conſtituerunt Presbyteros per univerſas Eccleſias, & tandem poſt factum multiplicem fructum, Antiochiam redierunt: de A his habetur plenius. Actor. 13. 14.

Poſtmodum vero Paulus volens viſitare fratres, quibus prædicaverat verbum Dei, aſſumpto Sila in ſocium profectus eſt in Syriam, & Ciliciam. Inde tranſeuntes Phrygiam, & Galatiæ regionem, venerunt Myſiam, & poſtea vocatus in Macedoniam navigavit: & tunc Philippus Theſſalonicæ, & in multis aliis civitatibus regiminis illius multum fructum faciens conſequenter pervenit Athenas: ubi cum Philoſophis curioſis ſalubriter diſputavit.

Ex quo tranſtulit ſe Corinthum, & ibi multum populum Domino acquiſivit. Inde profectus eſt Epheſum, & ingreſſus ſynagogas diſputabat cum B Judæis: unde egreſſus deſcendit Cæſaream, & de Cæſarea venit Antiochiam, & facto ibi aliquanto tempore, profectus eſt Galatiæ regionem, & Phrygiam, confirmans omnes diſcipulos.

Poſtea peragratis ſuperioribus partibus, iterum venit Epheſum, & ibidem biennio commoratus diſputans, & ſuadens de regno Dei, fecit, ut omnes, qui habitabant in Aſia, audirent verbum Domini, tam gentiles, quam Judæi.

Inde reverſus per Macedoniam, & Troadem, & Miletum, per plures alias civitates, & inſulas, tranſiens applicuit Tyro, & de Tyro per Ptolomaidam, & Cæſaream iter faciens. C Deinde Hieruſalem cum multa fatigatione pervenit, ubi comprehenſus a Judæis, tractus, & verberatus, & coram diverſis judicibus nequiter accuſatus, a manifeſto gravamine compulſus eſt Cæſarem appellaſſe.

Traditus autem Centurioni poſt naufragium, & innumera pericula ad urbem Romanam catenis vinctus acceſſit, ibique prædicationi, & doctrinæ inſiſtens ire etiam in Hiſpaniam proponebat. Ecce quomodo amabat illos, pro quibus, tot & talia faciebat. 2. Cor. 12. Omnia chariſſimi propter ædificationem veſtram.

Apparent etiam ſigna dilectionis, cum quis vult ſuſtinere, vel pati gravia pro amicis. Eccleſiaſtici 22. Amicum ſalutare non confundar, & ſi mihi mala evenerint per illum, ſu-

ſtine.

ſtinebo. Ex jam dictis vero Paulum mira ſuſtinuiſſe liquet, pro utilitatibus proximorum. 2. Timoth. 2. Omnia ſuſtineo propter electos, ut & ipſi ſalutem conſequantur.

Magnam dilectionem ad proximos habuiſſe Joannem Evangeliſtam, patet ex verbis ſuis. Ex abundantia enim cordis os ejus loquebatur, quando dilectionem, vel charitatem toties repetebat, ſicut apparet præcipue in prima Canonica, primo capitulo.

CAPUT XLII.

De invidia.

INvidia diaboli mors intravit in orbem terrarum, quia ſcilicet vidit diabolus hominem in ſtatu felici eſſe, & ad illum poſſe aſcendere, unde ipſe corruerat, ideo tentavit hominem, & vicit. Gen. 3.

Invidia motus Cain fratrem ſuum Abel occidit, quando ſcilicet, vidit ejus munera acceptari a Deo, & non ſua. Gen. 4.

De Iſaac dicitur: Benedixit illi Deus, & locupletatus eſt homo, &c. Ob hoc invidentes ei Philiſtiim, &c. Gen. 26. Per quod patet, quod proſperitas hominis cauſat invidiam in aliis, occaſionaliter tamen.

Rachel ſterilis ſorori fœcundæ invidit. Gen. 30. Ecce quomodo invidia, nec propinquis parcit.

Fratres Joſeph invidebant ei videntes, quod a patre plus cunctis fratribus amaretur, & audientes ſomnia quæ narrabat. Et nota, ad quantum facinus ex illa invidia proruperunt. Gen. 37.

Cum duo viri prophetarent in caſtris, Joſue quaſi invidens, dixit: Domine mi Moyſes prohibe eos. At ille: Quid inquit, æmularis pro me? Num. 11.

Maria & Aaron locuti ſunt contra Moyſen, dicentes: Num per ſolum Moyſen locutus eſt Dominus? &c. Numerorum duodecimo. Ex quo patet, quod invidus non parcit beneficis & propinquis. Moyſes enim frater eorum erat, & per eum grandem recipiebant honorem.

Percuſſo Philiſthæo cantabant mulieres: Saul percuſſit mille, & David decem millia. Iratus eſt autem Saul nimis, & diſplicuit illi ſermo ille. 1. Reg. 18.

Videns, Achitophel quod non factum fuerat ſecundum conſilium ſuum, ſed magis, ſecundum conſilium Chuſai, abiens in domum ſuam ſuſpendio interiit. 2. Regum 17.

Ædificantibus templum filiis Juda, poſt reditum de Babylone, Gentes quæ erant in circuitu, doluerunt, & eos multipliciter impedierunt. 1. Eſdræ. 4. Audierunt Sanaballat, & Tobias quod veniſſet homo, qui quæreret proſperitatem filiorum Iſrael, & contriſtatus eſt afflictione magna. Nehem. 2.

B Daniel ſuperabat omnes principes, & ſatrapas: unde principes, & ſatrapæ quærebant omnes occaſiones, ut invenirent Daniel. ex latere regis. Dan. 6.

Alcimus videns charitatem Judæ, & Nicanoris adinvicem, venit ad Demetrium, & dicebat, Nicanorem rebus alienis aſſentire, Judamque regni inſidiatorem ſucceſſorem ſibi deſtinaſſe. Mach. 14.

Videntes principes ſacerdotum, & ſcribæ, mirabilia quæ Dominus faciebat, & pueros clamantes: Hoſanna filio David, indignati ſunt, &c. Math. 21. & Lucæ 19.

Frater filii prodigi audiens feſtum, quod faciebat pater adoleſcentiori filio

C reverteṅti, indignatus eſt, & nolebat introire Lucæ. 15.

A beato Joanne Baptiſta longe fuit invidia relegata, ad quem cum venirent diſcipuli, & dicerent quod Chriſtus baptizabat, & omnes ibant poſt eum; reſpondit: Amicus ſponſi, qui ſtat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Hoc ergo gaudium meum impletum eſt, &c. Joan. 3.

Quidam Judæi qui viderant Lazarum a Domino ſuſcitari, abierunt ad Phariſæos, & dixerunt quæ fecit Jeſus. Collegerunt ergo Pontifices, & Phariſæi conſilium, &c. Joan. 11.

Ad tam immane ſcelus principes ſacerdotum ex invidia proruperunt, quod legitur Matt. 27. Sciebat Pilatus, quod propter invidiam tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes, ſcilicet

V 2 ipſum

Digitized by Google

ipſum Dei filium Dominum Jeſum A Chriſtum.

Petro & Joanne loquentibus ad populum, ſupervenerunt ſacerdotes, & magiſtratus templi Sadducæique dolentes, quod docerent populum. Act. 4.

Principes ſacerdotum, & omnes qui cum illo erant videntes ſigna, quæ per Petrum fiebant, repleti ſunt zelo, & injecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica, &c. Act. 5.

Audientes verba Stephani Judæi diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum dolentes, quod non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui loquebatur. Act. 6. 7.

Convenit pene univerſa civitas audire verbum Dei, quod Paulus & B Barnabas prædicabant; videntes autem Judæi repleti ſunt zelo, &c. Act. 13.

Ex Theſſalonicæ Judæis, & Gentilibus crediderunt multi viri, & mulieres nobiles non paucæ: zelantes autem Judæi concitaverunt civitatem. Act. 17.

Caput XLIII.

De correctione fraterna.

Corripere proximum, & reprehendere eſt opus miſericordiæ, unde poſtquam juraverat Abraham Abimelech, quod faceret ei miſericordiam, continuo ſequitur: Increpavit Abimelech, &c. Gen. 16.

Charitative & manſuete compeſcuit Abraham jurgium, quod erat inter paſtores nepotis ſui Loth. Gen. 13. Dulciter & benigne increpabat Loth Sodomitis, licet illi non acquieverint ei. Gen. 19.

Rubem & Judas temperaverunt furorem fratrum ſuorum, ne occiderent Joſeph. Gen. 27.

Moyſes injuriantem Hebræum charitative corripuit, ſed ille pro malo habuit, & ad injurioſa verba prorupit. Exod. 2. Numquid occidere me tu vis, &c.

Videns Jethro populum expectantem judicari per Moyſem dixit ei: Stulto labore conſumeris, &c. Et nota quomodo tantus homo gentilis hominis monitionibus acquievit. Exod. 18.

Phinees filius Eleazari, & ceteri nuntii fratres ſuos, qui ædificaverant altare in ſcandalum filiorum Iſrael diſcrete arguerunt, & ſatisfactionem libentiſſime ſuſceperunt, Joſ. 22.

Miſerunt nuntios filii Iſrael ad filios Benjamin, qui dixerunt. Cur tantum nefas in vobis repertum eſt? tradite homines, qui hoc flagitium perpetraverunt, &c. Judic. 20.

Increpando Jonathas patrem ſuum Saul pro iniqua perſecutione David, ejus malitiam in principio aliqualiter temperavit. 1. Reg. 19.

Volens Abigail arguere virum ſuum ſuper duritia, quam oſtenderat nuntiis David, noluit ei aliquid dicere ſtatim poſt prandium, ſed expectavit tempus opportunum, ſcilicet uſque in craſtinum, cum vinum prius bibitum digeſſiſſet. 1. Reg. 25.

Abner bene arguebat Aſael, quia nimis urgebat perſequendo eum, ſed ille audire contempſit, & propter hoc occiſus fuit. 2. Reg. 2.

Nota quam diſcrete arguit Nathan Propheta David, cum peccaſſet, adulterium, & homicidium committendo. 2. Reg. 12. non enim cum furore dixit, peſſime feciſti, ſed aſſumpta ſimilitudine congrua illaqueavit eum verbis oris ſui.

Cum magno zelo arguit Elias populum errantem dicens, ſi Dominus eſt Deus ſequimini eum, &c. 3. Regum C 17.

Reprehendens Achab regem Iſrael, vir quidam de filiis Prophetarum propoſuit ei ſimilitudinem per quam cognovit rex peccatuum ſuum. 3. Reg. 20.

Cum magna libertate dixit Eliſæus ad Joram regem Iſrael, exercitu circumſtante, ſi non erubeſcerem vultum Joſaphat, non attendiſſem te, vel reſpexiſſem. 4. Reg. 4.

Sacerdotes reſtiterunt Oziæ Regi Juda volenti adolere incenſum, & dixerunt non eſt tui officii, ut adoleas incenſum, &c. 2. Paral. 26.

Cum magno ardore corripuit Eſdras filios tranſmigrationis, qui duxerant uxores alienigenas contra legem. 1. Eſdr. 9. & 4.

Audiens Nehemias clamorem populi pro-

Digitized by Google

propter gravamina, quæ patiebantur a divitibus, increpavit optimates & magiſtratus, &c. Nehem. 5. Idem fecit pro eo, quod multi portando onera, diem ſabbati profanabant. Nehem. 13.

Irridebant Tobiam parentes ejus, at ipſe increpabat eos dicens: Nolite ita loqui, quoniam filii ſanctorum ſumus & vitam illam expectamus, &c. To. 2.

Audiens Judith propoſitum civium ſuorum, quod poſt quinque dies volebant tradere Aſſyriis civitatem, reprehendit eos ſermonibus fidelibus, & diſcretis. Jud. 8.

Daniel valde diſcrete arguit regem Balthaſar exemplo patris ſui, & nota: patienter Rex illum audivit, licet dixiſſet contra eum, & poſtea ipſum magnifice honoravit. Dan. 5.

B

Cum miro furore dicebat Joannes Baptiſta Phariſæis, & Saducæis. Progenies viperarum, quis demonſtravit vobis fugere a ventura ira? Matth. 3. Luc. 3.

Dicebat Joannes Herodi adulteranti cum Herodiade uxore fratris ſui, non licet tibi habere illam. Matth. 14. Marc. 6.

Indiſcrete, licet pie voluit Petrus Dominum increpare, cum diceret, quod oportebat eum pati a principibus Sacerdotum, ſed Dominus dure reſpondit ei: Vade poſt me ſatana, &c. Matth. 16.

Veram & certam dedit Dominus regulam Petro de correctione fraterna. Matth. 18. Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum, &c.

C

Unus de illis latronibus, qui pendebat in cruce, blaſphemabat Dominum Jeſum, reſpondens alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, &c. Luc. 23.

Pulchre arguebat, & convincebat Phariſæos ille cæcus natus a Domino illuminatus, dicens: Mirabile eſt quod vos neſcitis, unde ſit homo ille, & aperuit oculos meos: a ſæculo non eſt auditum, quia aperuit quis oculos cæci nati, &c. Jo. 9.

Videns Petrus quoſdam Judæos admirantes, & diſcipulos deridentes, diſcrete, & confidenter illos arguit, & inſtruxit, & ad fidem convertit. Act. 2. Simile accidit Actor. 3. poſt

A

poſt ſanationem claudi culpam eorum ille oſtendit, & aliqualiter excuſans eos multa dulcia verba dixit, ita quod converſi fuerunt quinque millia hominum.

Duriſſime increpavit Petrus Ananiam & Saphiram pro eo, quod fraudaverunt de pretio agri, quem vendiderant, & partem ad pedes Apoſtolorum poſuerant, Actor. 5.

Stephanus in concilio Judæorum exiſtens, confidenter increpabat eos dicens inter cetera: Dura cervice, & incircumciſi corde, & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis. Quem Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? &c. Act. 7.

Paulus intuens Elimam magum, qui nitebatur avertere proconſulem a fide, dixit ei: O plene omni dolo, & omni fallacia fili diaboli, & inimice omnis juſtitiæ, non deſinis ſubvertere vias Domini rectas, &c. Act. 13.

Simonem Magum pro dono Dei pecuniam offerentem Petrus terribiliter increpavit, dicens: Pecunia tua tecum ſit in perditione. &c. Act. 8.

Quid diſcretius modo, quo Paulus Apoſtolus arguit Romanos ex Gentilibus, & Judæis converſos, qui ſuperba contentione volebant ſe alterutrum ſuperponere. Oſtendit autem utroſque peccaſſe, & glorioſa Dei miſericordia indigere; nam & Gentiles legis naturalis, & Judæi legis Moſaicæ fuerant tranſgreſſores. Rom. 3. Cauſati ſumus Judæos, & Græcos, id eſt, Gentiles, & circumciſos omnes ſub peccato eſſe, &c.

Corinthios arguit Apoſtolus de hoc præcipue, quod Chriſtus in eis dividi videbatur, dicente uno: Ego ſum Pauli, alio autem, Ego ſum Apollo, alio vero, Ego ſum Cephæ, &c. Item quia diſſimulabant inter ſe fornicatorem eſſe, qui tenebat novercam ſuam. 1. Cor. 5. Item quia apud infideles Judices de ſæcularibus negotiis litigabant. 1. Cor. 6. Item reprehendit eos de irreverentia circa Euchariſtiæ ſumptionem. 1. Corinth. 11. item de errore circa mortuorum reſurrectionem. 1. Cor. 15. Item in ſecunda epiſtola ad Corin. increpat eos Paulus de hoc præcipue, quod illi multa gravia a Pſeudo-Apoſtolis ſuſtine-

Digitized by Google

nebant, & ipſum non habebant in tanta reverentia, ut debebant. Cor. 9. Suſtineatis, inquit, ſi quis vos in ſervitutem redigit, ſi quis devorat, ſi quis accipit, &c. Item 12. Ego debui a vobis commendari, nihil enim minus feci ab iis, qui ſunt ſupra modum Apoſtoli.

Galatas acriter, & fortiter, & ferventer arguit ſupra hoc, quod poſt acceptam veritatem Evangelii volebant ad circumciſionem, & obſervantias legales reverti. Gal. 3. O inſenſati Galatæ, qui vos faſcinavit, &c.

Audierat Apoſtolus quoſdam de Theſſalonicenſibus ambulare inquiete nihil operantes, ſed curioſe agentes, idcirco corripi tales mandavit. 1. Theſſal. 3.

Caput XLIV.

De compaſſione habenda ad proximum.

Audiens Abraham captum eſſe Loth nepotem ſuum celeriter, & valenter ſuccurrit ei. Geneſ. 14. Ruben, & Judas reſiſtebant ceteris fratribus volentibus occidere Joſeph, & quamvis eum non reduxerint ad patrem, tamen minus male actum eſt ei. Gen. 37. Gedeon compatiens ſecum fatigatis petivit panem pro eis. Judic. 8.

Licet filii Beniamin filios Iſrael graviſſime offendiſſent, tamen propter illorum excidium omnes elevata voce ululatu magno fleverunt. Jud. 21.

Lugebat Samuel Saul, licet eum a Deo ſciret projectum. 1. Reg. 15.

Compatiens David laſſis ſociis, qui ad bellum ire non potuere conſtituit, quod æqua eſſet pars deſcendentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas. 1. Regum 30.

Doluit David de occiſione Abſalon, licet ille multum offendiſſet eum, ſed ſciebat eum David in anima eſſe damnatum. 2. Reg. 18.

David in tantum doluit de percuſſione populi, quod petiit ab Angelo percuti loco illius. 2. Reg. 24.

Elias benigne accepit verba mulieris viduæ ſatis dura, & pro filio ejus mortuo, dolori illius com-

A patiens efficaciter oravit. 3. Reg. 17.

Cum Jezabel occideret Prophetas Domini Abdias abſcondit centum ex iis, & pavit eos diebus multis. 3. Reg. 18.

Pie compaſſus fuit Eliſæus viduæ debitis obligatæ, & augmentavit ei modicum olei, quod habebat. 4. Regum 4.

Non ſolum pro præſentibus malis compatiendum eſt proximis, ſed etiam pro futuris, unde Eliſeus videns Aſael, qui mala facturus erat filiis Iſrael cœpit flere. 4. Reg. 8.

Cum cœpiſſent filii Iſrael de viris Juda ducenta millia mulierum, & puerorum pepercerunt eis, & veſtitos, atque refectos ad propria remiſerunt. 1. Paral. 28.

B Audiens Nehemias miſerabilem ſtatum civitatis Jeruſalem flevit diebus multis, & tandem conſilium adhibuit, & auxilium opportunum. Nehem. 1. & 2.

Cum regnaret Sennacherib, & filios Iſrael exoſos haberet, Tobias pergebat quotidie per omnem congregationem ſuam, & conſolabatur eos, eſurientes alebat, nudiſque veſtimenta præbebat, & mortuis atque occiſis ſepulturam ſolicitus exhibebat. Tob. 1. Item 2. habetur de eodem.

Magnam compaſſionem habebat S. S. Job ad proximos, qui dicebat: Auris audiens beatificabat me, eo quod liberaſſem pauperem vociferantem, C & pupillum, cui non erat adjutor. Benedictio perituri veniebat ſuper me, & cor viduæ conſolatus ſum, &c. Job. 29.

Regina Heſter nunciata crudeli ſententia contra populum ſuum lata non aliter aſſumpſit negotium, quam ſi fuiſſet una de populo, licet eſſet de ſe ſecura tamquam ſponſa regis dilecta. Heſth. 7.

Audientes tres amici Job omne malum, quod accidiſſet ei, venerunt ut conſolarent eum. Job. 2. Sed tamen non intelligentes cauſam ſuæ afflictionis fuerunt ei poſtea oneroſi.

Non ſolum juſtis in afflictione poſitis compatiendum eſt, ſed etiam peccatoribus & injuſtis, unde dicebat Iſaias propter deſtructionem Babylonis: Repleti ſunt lumbi mei dolore,

an-

Digitized by Google

anguſtia poſſedit me ſicut anguſtia parturientis, &c. Iſa. 21.

Videns in ſpiritu idem Iſaias calamitatem ſuperventuram populo ſuo dicebat: Recedite a me, amare flebo, nolite incumbere, ut conſolemini me ſuper vaſtitate filiæ populi mei. Iſa. 22.

Dolens Abdemelech Æthiops, quod Jeremias Propheta miſſus erat in lacum in quo non erat aqua, ſed lutum, procuravit apud Regem, ſcilicet ut extraheret illum. Jerem. 38.

Cum ſcripſiſſet Baruch verba comminationis ex ore Jeremiæ: Dixiſti væ miſero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo. Jerem. 45. & tamen dicebat populus, quod Baruch incitabat Jeremiam adverſus eos, ut traderet eos in manibus Chaldæorum. Jer. 43.

Cum revelaſſet Dominus Ezechieli peccata, quæ populus Iſrael faciebat, & pœnas quas paſſurus erat, fuit amaricatus, triſtis & gemebundus. Ezechielis tertio & nono.

Rex Darius ſciens Daniel poſitum in lacu leonum præ dolore dormivit incœnatus, cibique non ſunt allati coram illo, inſuper & ſomnus receſſit ab eo. Danielis 6.

Magnum dolorem habuit Onias ſummus Sacerdos, quando vidit templum debere per Heliodorum ſpoliari, & depoſita viduarum ac pupillorum auferri. 2. Machab. 3.

Antiochus rex dictus Nobibilis, licet ſimpliciter eſſet malus, tamen audiens Oniam ſummum Sacerdotem inique fuiſſe occiſum, flexus ad miſericordiam lacrymas fudit. 2. Mach. 4.

Accedentes diſcipuli ad Dominum, rogabant eum pro muliere Chananæa dicentes: Dimitte eam, quia clamat poſt nos. Matth. 15.

Contra nolentes compati proximis, & ex corde dimittere, inducit Dominus parabolam de ſervo nequam cui decem millia talenta fuerunt remiſſa, & ipſe noluit dimittere conſervo ſuo centum denarios. Matth. 18. Ad hoc quod homo libenter compatiatur proximo ſuo & miſereatur ipſius multum facit, quod ſpecialiter fiet diſceptatio de operibus miſericordiæ in judicio. Matthæi 25.

A Cum vidiſſet Dominus Jeſus flentem viduam, cujus filius defunctus efferebatur, miſericordia motus ſuper eam dixit: Noli flere, & tunc mortuum ejus filium ſuſcitavit. Lucæ 7.

Miſertus eſt Dominus turbæ indigenti, quæ pedeſtris ſecuta eum fuerat in deſerto. Matt. 25. Marc. 8.

Samaritanus ille appropians ſauciato, miſericordia motus alligavit vulnera ejus infundens oleum & vinum, & curam illius egit, & per alium fecit haberi. Lucæ 10.

Videns Dominus civitatem Jeruſalem, & conſiderans mala, quæ factura erat poſtmodum & paſſura flevit ſuper illam, dicens: Si cognoviſſes & tu, &c. Lucæ 18.

B Ut vidit Jeſus Mariam plorantem, & Judæos qui venerant cum ea plorantes infremuit ſpiritu, & turbavit ſeipſum, & lacrymatus eſt. Jo. 11.

Etiam pendens in cruce Salvator habuit curam matris; quam ſciebat in anima crucifigi. Jo. 19. Mulier ecce filius tuus, dixit ipſe oſtenſo Joanne.

Cum veniſſet Petrus in Joppen, vidit viduas flentes pro morte Tabithæ, quæ faciebat eis tunicas & veſtes, & ponens genua ſua oravit, & cum vocaſſet Sanctos ac viduas, aſſignavit eam illis vivam. Act. 9

Paulus dum eſſet Athenis, incitabatur ſpiritus ejus in ipſo, eo quod videbat idololatriæ deditam civitatem. Act. 17.

C Barbari non modicam humanitatem præſtabant Paulo, & ſociis ejus. Accenſa enim pyra reficiebant omnes, propter imbrem, qui imminebat, & frigus. Ipſi vero bene indigebant, quia de navi confracta evaſerant tempore hyemali, & quoſdam oportuerat natare: alii vero ſuper tabulas fuerant apportati. Act. 27. & 28.

Cum tanta ſpiritus anxietate compatiebatur Paulus fratribus, & cognatis ſuis pereuntibus, quod ipſe dicebat. Rom. 9. Triſtitia eſt mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto, pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem. Item Galat. 4. Filioli mei quos iterum parturio, &c.

Digitized by Google

Caput XLV.

De hoſpitalitate exhibenda libenter.

NOta de Abraham quam celeriter, quam lætanter Angelos hoſpitio ſuſcepit, & ipſis ea quæ videbantur neceſſaria peregrinis, parari fecit. Gen. 18.

Item de Loth, attende quomodo quos putabat homines eſſe tranſeuntes honoravit, obnixe rogavit, & eis neceſſaria benigne conferens contra incurſantes defendit, ut potuit. Gen. 19.

Prompta ad hoſpitalitatem videbatur Rebecca, quæ dixit ſervo Abraham: Palearum, & fœni plurimum eſt apud nos, & locus ſpatioſus ad manendum. Et paulo poſt dixit eidem Laban: Præparavi domum, & locum camelis. Gen. 24.

Sine magna prece Jethro recepit peregrinum Moyſen hoſpitandum. Exo. 2. Poſtmodum autem filia ejus, & nepotes ſui fuerunt per eum magnifice honorati.

Teſtatur Moyſes, dicens Deuter. 10. Dominus Deus noſter amat peregrinum, & dat ei victum atque veſtitum, & vos ergo amate peregrinos, quia & ipſi fuiſtis advenæ, &c.

In Gabaa Benjamin non invenit Levites, qui eum hoſpitio reciperet, niſi quendam ſenem de opere venientem. Judic. 19.

Elias ſuſcitavit filium mulieris, apud quam ſuſtentabatur. 3. Reg. 17.

Mulieri Sunamitidi filium non habenti, apud quam Eliſeus tranſeundo manebat, idem Eliſeus filium impetravit, & mortuum ſuſcitavit. 4. Reg. 4.

Bonus hoſpitalarius erat beatus Job, qui dicebat: Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit. Job. 31.

Ambulans per mundum Dominus Jeſus Chriſtus non habebat, ubi caput reclinaret, Martham vero ſpecialem hoſpitam legitur habuiſſe. Luc. 10. Joan. 12.

Quando miſit Salvator diſcipulos ad prædicandum, in illis ſeipſum aſſerit recipi, & audiri. Matth. 10. Qui re-

A cipit vos, me recipit. Luc. 10. Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit.

Gaudens accepit Dominum Zachæus in domo ſua, & Dominus Jeſus magis gaudentem effecit, quando dixit: Hodie ſalus huic domui facta eſt, &c. Luc. 19.

Exemplo duorum diſcipulorum, qui Dominum in ſpecie peregrini coegerunt ad manendum ſecum, apparet quod peregrini, non ſolum vocandi ſunt ad hoſpitium, ſed etiam compellendi. Luc. 24.

Apoſtoli hoſpitabantur, ut plurimum in domibus artificum, & hominum mediocrium; unde legitur de Petro. Act. 10. Hic hoſpitatur apud

B Simonem quendam coriarium, cujus domus eſt juxta mare. Idem de Paulo. Act. 18. Manebat apud Aquilam, & Priſcillam, quia erat ejuſdem artis, & operabatur.

Obnixe & inſtanter deprecata eſt Lydia purpuraria Paulum, & ſocios ejus, ut manerent apud eam in domo ſua. Act. 16. Et coegit nos; habetur infra. Cum evaſiſſet Paulus, & ſociis ejus de fracta navi, Publius princeps inſulæ illius ipſos ſuſcipiens benigne ehxibuit. Paulus autem patrem ejus febribus laborantem, & dyſenteria, oratione, & manuum impoſitione ſanavit. Act. 28.

Urbana fiducia utebatur Paulus ſcribens Philemoni, cum dixit: Simul

C & para mihi hoſpitium, nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis.

Inter cætera ad quæ ſpecialiter Paulus inducit Hebræos eſt hoſpitalitas. Hebr. 13. Hoſpitalitatem nolite obliviſci. Per hanc enim placuerunt & & quidam Angelis hoſpitio ſuſceptis.

Commendat Cajum beatus Joannes in tertia epiſtola ſua, dicens: Chariſſime fideliter facis, quidquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, &c.

CA-

Caput XLVI.

De amicitia.

VOcatis multis amicorum turbis ad convivium, Laban fecit nuptias, & dedit filiam ſuam Liam nepoti ſuo Jacob. Gen. 29.

Loquebatur Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum. Exodi trigeſimo tertio.

Ruth adhæſit ſocrui ſuæ Nohemi, & dixit ei: Quocumque perrexeris pergam, & ubi morata fueris, & ego pariter morabor, &c. Ruth. 1.

Anima Jonathæ colligata eſt animæ David, & dilexit eum Jonathas, quaſi animam ſuam: nam expoliavit ſe Jonathas tunica, quia erat indutus, & dedit eam David. 1. Reg. 18.

Signum fuit fidelis amicitiæ, licet indiſcretæ, quod amiger Saul videns Dominum ſuum eſſe mortuum irruit ſuper gladium ſuum, & mortuus eſt cum eo. 1. Reg. 31.

Miſit Abner nuntios ad David, dicentes: Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te univerſum Iſrael, &c. 2. Reg. 3.

Chuſai Arachites amicus David venit ad Abſalom, & diſſipavit conſilium Achitophel. 2. Reg. 17.

Propheta Jehu dixit Joſaphat regi Juda, qui iverat ad prælium cum Achab Rege Iſrael: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia jungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris, &c. 2. Paral. 19.

Aman ſuperbus convocavit ad ſe amicos, & expoſuit illis magnitudinem divitiarum ſuarum, & filiorum turbam, & quanta eum gloria ſuper omnes principes rex elevaſſet. Eſther 5.

Audientes tres amici Job omne malum, quod accidiſſet ei. Venerunt ſinguli de loco ſuo, ut viſitarent eum, & conſolarentur. Job 2. De ipſis tamen ipſe dixit poſtea: Subvertere nitimini amicum veſtrum.

Alcimus proditor impius concitavit Regem Demetrium adverſus Judam Machabæum, pro eo quod dixit ei: Perdidit Judas, & fratres ejus om-

A nes amicos tuos. 1. Machab. 7.

Rex Alexander epiſtolam miſit Jonathæ, dicens: Audivimus de te quod vir potens ſis viribus, & aptus es, ut ſis amicus noſter. 1. Mach. 10.

Accepit Jonathas aurum & argentum, & alia xenia multa, & dedit Demetrio, & invenit gratiam in conſpectu ejus, & fecit eum principem amicorum. 1. Machabæorum 11.

Vidit Jonathas, quia tempus eum juvat, & miſit viros Romam ſtatuere, & renovare cum Romanis amicitiam. 1. Machab. 12.

Poſtquam Alexander percuſſit Demetrium, miſit ad Prolemæum regem Ægypti legatos, ut ſtatuerent amicitiam ad invicem, & daret ei B filiam ſuam uxorem. 1. Machab. 12.

Propter veterem amicitiam, quam habebant ad Eleazarum, quidam aſtantes attulerunt carnes, quibus veſci licite poterat, ut ſimularet ſe de ſacrificii carnibus manducaſſe, & ſic poſſet mortem evadere. 1. Machab. 6.

Lyſias videns & intelligens invictos eſſe Hebræos Dei omnipotentis auxilio innitentes miſit ad eos, promiſitque ſe regem compulſurum amicum fieri: 2. Machab. 11.

Laudavit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet acquirendo amicos de bonis Domini ſui. Concludens per hoc, quod facere debemus amicos, qui poſſint nos recipere, quando nos in morte deficere C oportebit. Luc. 16.

Ponit Dominus exemplum de illo, qui media nocte vadit ad amicum, ut petat aliquid ab eo. Luc. 11.

In paſſione Domini, Herodes & Pilatus facti ſunt amici. Luc. 23.

Commota civitate Epheſo, & confuſa, quidam de Aſiæ principibus, qui erant amici Pauli, miſerunt ad eum rogantes: Ne ſe daret in theatrum. Act. 9.

Caput XLVII.

De inimicitia, & odio.

POſt peccatum primorum parentum ſtatim poſuit Dominus inimicitias inter ſerpentem, & mulierem, &

& inter utriuſque ſemen. Gen. 3.

Rixati ſunt paſtores Geraræ adverſus paſtores Iſaac pro puteo quem foderant, idcirco appellavit Iſaac puteum, inimicitias. Gen. 26.

Oderat ſemper Eſau Jacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater, dixitque in corde ſuo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum. Gen. 27.

Dixit Jacob Simeoni, & Levi: Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis, & Pherezæis habitatoribus terræ hujus. Gen. 34.

Videntes fratres Joſeph quod a patre plus cunctis fratribus amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui. Gen. 37.

Oderant filios Iſrael Ægyptii, & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum. Exod. 1.

Dixit Dominus ad Moyſen; Hoſtes vos ſentiant Madianitæ, & percutite eos: quia & ipſi hoſtiliter egerunt contra vos, & decepere inſidiis per idolum Phogor. Num. 25.

Adoniſedec Rex Hieruſalem, & quatuor alii Reges obſederunt Gabaon, ut expugnarent eam, pro eo quod transfugerant Gabaonitæ ad Joſue, & ad filios Iſrael, & inierant fœdus cum eis. Joſue 10.

Perrexerunt majores natu de Galaad ad Jephte, dicentes: Eſto princeps noſter. Quibus ille reſpondit: Nonne vos eſtis, qui odiſtis me, & ejeciſtis de domo patris mei, & nunc veniſtis ad me neceſſitate compulſi? Judicum 11.

Fundebat apud Samſon lacrymas uxor ejus, & querebatur, dicens: Odiſti me, & non diligis, idcirco problema, non vis indicare mihi. Judic. 14.

Videns Saul quod populus alte de David ſentiebat, & etiam quod in omnibus prudenter, & ſtrenue ſe habebat, factus eſt inimicus ejus cunctis diebus. 1. Reg. 18.

Duo latrones qui occiderant Isboſeth, dixerunt David: Ecce caput filii Saul inimici tui. Sed male ſtipendiati. 2. Reg. 4.

Thou rex Emath audiens, quod David expugnaſſet Adarezer hoſtem

A ſuum, miſit ad eum filium ſuum, & gratias egit. 2. Reg. 8.

Poſtquam Amon filius David oppreſſerat Thamar ſororem Abſalom, exoſam eam habuit magno odio nimis: ita ut majus eſſet odium, quo oderat eam, amore, quo dilexerat eam ante. 2. Reg. 13.

Tres adverſarios ſuſcitavit Dominus Salomoni, poſtquam a Deo per peccatum receſſit, ſcilicet Idumæum, Razon filium Eliada, & Jeroboam ſervum ſuum. 3. Reg. 11.

Eliam Prophetam perſecuta eſt impia Jezabel uxor Achab, propter Prophetas Baal, quos ille fecerat occidi. 2. Reg. 18. & 19.

Cum Elias argueret Achab, ait
B ad Eliam Achab; Nonne inveniſti me inimicum tibi, dixit: Inveni, &c. 3. Reg. 21. Dixit Achab ad Joſaphat regem Juda: Remanſit de Prophetis Domini Michæas filius Jemla, ſed ego odi eum, quia non prophetabat mihi bonum, ſed malum. 3. Reg, 22.

Audierunt hoſtes Judæ, & Benjamin in quo filii captivitatis ædificaverant Templum Domino Deo Iſrael, & voluerunt ædificare cum eis, &c. 1. Eſdr. 4.

Raguel, & Anna uxor ejus, benedixerunt Dominum, quia fecerat cum eis miſericordiam ſuam, & excluſerat ab eis inimicum perſequentem eos. Tob. 8.

C Amputato capite Holofernis, dixit Judith tacentibus univerſis: Laudate Dominum Deum noſtrum, qui non deſeruit ſperantes in ſe: & interfecit in manu mea hoſtem populi ſui hac nocte. Et proferens de pera caput Holofernis, oſtendit illis. Judith. 13.

Conquerens Eſther de Aman ſuperbiſſimo, dixit Aſſuero: Hoſtis & inimicus noſter peſſimus iſte eſt Aman, &c. Eſther 7.

De Juda Machabæo dicitur. 1 Machabæor. 3. Repulſi ſunt inimici præ timore ejus, & operarii iniquitatis conturbati ſunt, directa eſt ſalus in manu ejus.

Ptolomæus Rex Ægypti voluit dolo opprimere regnum Alexandri, & manifeſtæ factæ ſunt inimicitiæ ejus. 1. Mach. 11.

Co-

Digitized by Google

Cognovit Simon quod Tryphon cum dolo loqueretur, petens duos filios Jonathæ, & centum talenta argenti. Juſſit tamen dare argentum, & pueros ne imicitiam magnam ſumeret ad populum Iſrael dicentem: Quia non miſit argentum, & pueros, propterea periit. 1. Mach. 13.

Herodes & Pilatus in paſſione Domini facti fuerunt amici, qui prius erant inimici. Luc. 23.

Caput XLVIII.

De pace, & concordia.

Alia animalia in principio fecit Deus duplicia, ſcilicet maſculum, & fœminam, hominem autem fecit unum. Gen. 1. Et ex illo ſunt omnes, & ſinguli procreati, ut ſcilicet unitatem pacis, & concordiæ commendaret in homine.

Divitiæ, & copia rerum temporalium ſunt ut plurimum materia, & occaſio jurgiorum, ſicut apparet de paſtoribus Abraham, & Loth. Gen. 13. Item de Iſaac, & paſtoribus Geraræ. Gen. 26.

Gratanter faciunt homines pacem, & ineunt fœdus cum potentibus, & magnis hominibus. Hinc eſt quod Abimelech venit ad Iſaac, quando vidit eum proſperari. Gen. 26.

Cedendum eſt furori interdum malorum, ſicut fecit Jacob recedens a fratre ſuo Eſau, donec requieſceret furor ejus. Gen. 27.

Videntes fratres Joſeph, quod a patre plus ceteris fratribus amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui. Gen. 37.

Audientes Gabaonitæ ea quæ fecerat Joſue Jericho, & Hai venerunt ad eum, & ſecundum ipſius beneplacitum pacem fecerunt. Joſue 9.

Phinees, & ceteri legati ad filios Ruben miſſi audientes excuſationem illorum placati ſunt, & verba eorum libentiſſime ſuſceperunt Joſue 22.

Quamvis Abſalom contra patrem nimis nequiter egiſſet: tamen David magis volebat pacem, quam ejus mortem: nam dixit: Eſtne pax puero Abſalom. 2 Reg. 18.

Cum eſſet David ſanctus, & placens Deo, noluit tamen Dominus, ut ædificaret ei domum, ſed filius ejus pacificus, iſto fuit privilegio honoratus. 3. Reg. 5.

Multum laudandus eſt Deus, quando dat populo ſtatum pacificum, & quietum, ſicut fuit tempore Salomonis. 3. Reg. 5. Dixit Salomon; Requiem dedit mihi Dominus per circuitum, & non eſt ſatan, neque occurſus malus. Sequitur: Benedictus Dominus, &c.

Boni homines habent pacem adinvicem, ſed mali pugnant contra bonos, & contra malos alios, unde inter Jeroboam & Roboam fuit bellum cunctis diebus. 3. Reg. 14.

Oſtenſum fuit Eliæ Dominum non eſſe in grandi vento, neque in commotione, neque in igne, ſed in ſibilo auræ tenuis, hoc eſt in pace & quiete. 3. Reg. 19.

Benedixit populus omnibus viris, qui ſe ſponte obtulerunt ut habitarent in Hieruſalem. Nehem. 11.

Miſit Jonathas nuntios ad Bachidem componere pacem cum eo, & tamen ipſe Bachides fuerat Dux exercitus, in quo occubuit Judas Machabæus frater Jonathæ. 1. Mach. 9.

Rex Demetrius miſit ad Jonatham epiſtolam verbis pacificis, ut magnificaret eum, dixit enim: Anticipemus pacem facere cum eo, priuſquam fiat cum Alexandro adverſum nos: recordabitur enim omnium malorum, quæ fecimus in eum. 1. Mac. 10.

Cauſa pacis quæ fuit tempore Oniæ ſummi ſacerdotis pulchre deſcribitur. 1. Mach. 12. Videlicet idoneitas prælati prudentis, & pii, & bonitas ſubditorum.

Poſtquam debellatus fuit Lyſias a Juda Machabæo libenter fecit pacem cum eo. Intelligens enim invictos eſſe Hebræos Dei omnipotentis auxilio nitentes miſit ad eos, promiſitque eis conſenſurum ſe omnibus, quæ juſta ſunt, & regem compulſurum amicum fieri. 2. Mac. 11. Tantam pacem & concordiam vult Dominus erga proximos nos habere, ut dixerit Petro peccanti fratri non eſſe remittendum

dum ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſe- A
pties. Matth. 18.

Pacem annuntiaverunt Angeli in nativitate Domini. Luc. 2. Item ipſe Dominus diſcipulos inter ſe pacem habere præcepit. Marci 9. Item pacem juſſit per diſcipulos nuntiari. Lucæ 10. Item pacem eis reliquit. Joan. 14. Item poſt reſurrectionem pacem eis obtulit. Luc. 24. Joan. 20.

Qui deſiderat ſervare pacem & quietem mentis abſtinere debet a diſcurſibus etiam interdum valde licitis & honeſtis, unde Jo. 11. Martha ut audivit, quia Chriſtus venit, occurrit illi: Maria autem domi ſedebat, nec inde ſe movit, donec vocata fuit ab ipſo Domino per ſororem, licet fortaſſis non ignoraverit ipſa Maria B
adventum Domini, quando Martha primo ſcivit.

Quantum ſit pacis bonum perpendi poteſt per diſcretum æſtimatorem rerum beatum Paulum, quod illud tam ſolicite in omnibus epiſtolis ſuis illis quibus ſcribebat, optabat, excepta illa ad Hebræos, in qua nec nomen ſuum ex certa cauſa, nec aliquam ſalutationem præmittit. Nota tamen, quod cum dicitur: Pax vobis, præponit gratiam dicens: Gratias vobis, & pax, per quod manifeſte datur intelligi, quod ſine gratia Dei pax vera numquam poteſt haberi. Iſa. 48. non eſt pax impiis dicit Dominus Deus.

C

Caput XLIX.

De unitate & communi conſenſu.

Ex uno homine Deus humanum genus inſtituit ad commendandum hominibus, quam ei grata ſit etiam in pluribus unitas, ut dicit Auguſtinus 12. de civitate Dei. Et ſubdit poſtea: Factus eſt homo unus, ſed non relictus eſt ſolus. Nihil enim eſt, quam hoc genus tam diſcordioſum vitio, tam ſociale natura. Neque commodius contra vitium diſcordiæ vel cavendum, cum non exiſteret, vel ſanandum cum extitiſſet natura loqueretur humana, quam recordationem illius parentis, quem propterea Deus creare voluit unum, de quo multitudo propagaretur, ut hac admonitione etiam in multis concors unitas ſervaretur.

Aug. l. 12. de civ. Dei c. 21. & 5. Ibid. c. 26. circa fin.

Populum filiorum Iſrael in deſerto, multum fuit unanimis, & voluntarius ad recipiendam legem. Exod. 19. & etiam auditis a Moyſe verbis legis. Exod. 24. reſpondit populus cunctus una voce: Omnia verba Domini, quæ locutus eſt, faciemus.

Ad faciendum opus tabernaculi, & ſacras miniſtrorum veſtes obtulit omnis multitudo filiorum Iſrael omnia neceſſaria mente promptiſſima, atque devota. Exod. 35.

Congregati ſunt pariter omnes filii Iſrael, quaſi vir unus in Maſpha ad judicandum flagitium in Gabaa Benjamin erga uxorem Levitæ commiſſum. Jud. 20.

Invaſit timor Domini populum, & egreſſi ſunt quaſi vir unus ad ſuccurrendum, ſcilicet fratribus ſuis in Jabes Galaad obſeſſis. 1 Reg. 11.

Venerunt univerſæ tribus Iſrael ad David in Hebron, & unxerunt eum in regem ſuper Iſrael. 2. Reg. 5.

Convenit ad regem Salomonem univerſus Iſrael, & tunc fuere arca Domini, & vaſa ſanctuarii delata in templum ſolemniter dedicatum. 2. Reg. 8.

Congregatus eſt populus, quaſi vir unus in Hieruſalem ad ædificandum ſcilicet templum, quod fuerat a rege Babylonis deſtructum. 1. Eſdr. 2.

Congregatus eſt omnis populus, quaſi vir unus ad plateam, & dixerunt Eſdræ, ut afferret librum legis Moyſi, &c. Nehem. 8.

Cum expoſuiſſet Achior univerſa quæ dixerat Holoferni, omnis populus communi lamentatione, & fletu unanimes preces ſuas Domino effuderunt. Jud. 6.

Poſt mortem Judæ congregati ſunt omnes amici ejus, & dixerunt Jonathæ. Ex quo frater tuus defunctus eſt, &c. nunc itaque te eligimus hodie pro eo eſſe nobis principem, & ducem ab bellandum bellum noſtrum. 1. Mach. 9.

Auditis ſermonibus Simonis accenſus eſt ſpiritus populi ſimul & voce magna dixerunt: Tu es dux noſter

loco

loco Judæ & Jonathæ fratris tui. 1. A Mach. 13.

Poſt aſcenſionem Domini omnes diſcipuli erant perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & matre Jeſu. Act. 1. & ſic invenit eos Spiritus ſanctus. Act. 2. Omnes qui credebant, erant pariter, recepto Spiritu ſancto, & habebant omnia communia unanimiter perdurantes in templo, & frangentes circa domos panem. Act. 2.

Cum audiſſent diſcipuli de ſanatione claudi, & reſponſione Petri, & Joannis ad magiſtratus plebis, unanimiter levaverunt vocem, & dixerunt: Domine qui feciſti cœlum & terram, &c. Act. 4.

Punitis ad vocem Petri terribiliter Anania, & Saphira uxore ejus, factus eſt timor magnus in univerſa Eccleſia, & erant omnes unanimiter in porticu Salomonis, &c. Act. 5.

Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una, nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Act. 4.

CAPUT L.

De diſcordia, lite vel rixa.

PRimam diſcordiam inter homines movit invidia inter Cain ſcilicet & Abel. Gen. 4. quoniam opera Cain maligna erant, fratris autem juſta. 1. Jo. 3.

Subſtantia Abraham & Loth erat multa & non quibant habitare communiter, unde facta eſt rixa inter paſtores gregum Abraham & Loth. Gen. 3.

Quia quandoque reges Sodomorum, ſervierant duodecim annis Chodorlahomor regi Elamitarum, & decimotertio receſſerant ab eo, ideo factum eſt bellum illud de quatuor regibus adverſus quinque, in quo fuit Loth captus, ſed per Abraham liberatus. Gen. 14.

Viri civitatis Sodomæ vallaverunt domum Loth, in qua erant duo Angeli in humana ſpecie hoſpitati & volebant illos cognoſcere, vimque faciebant vehementiſſime eo quod Loth hoſpites fideliter defendebat, &c. Gen. 19.

Factum eſt jurgium paſtorum Geraræ adverſus paſtores Iſaac, habebat enim Iſaac poſſeſſionem ovium & armentorum, & familiæ plurimum. Gen. 26.

Oderat ſemper Eſau Jacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater, Dixitque in corde ſuo, Venient dies luctus patris mei, & interficiam Jacob fratrem meum. Gen. 27.

Timens Jacob dixit ad Laban cum jurgio. Quam ob culpam meam ſic exarſiſti in me, & ſcrutatus es omnem ſuperllectilem meam? Gen. 31.

Occaſione Dinæ filiæ Jacob, quam Sichem filius Emor rapuit & oppreſ- B ſit, facta eſt diſcordia magna inter filios Jacob, & habitatores terræ illius. Geneſis 34. Moyſes quadam die vidit duos Hebræos rixantes, dixitque ei, qui faciebat injuriam. Quare percutis proximum tuum? Exod. 2.

Cum exiiſſent filii Iſrael de terra Ægypti, & tranſiſſent mare rubrum Amalech venit & pugnavit contra eos in Raphidim. Exod. 17. Multoties jurgati ſunt filii Iſrael contra Moyſen in deſerto, primo pro defectu potus. Exod. 15. Deinde pro defectu cibi. Exod. 16. Poſtea habito uno cibo deſideraverunt alium: ex tædiati enim manna comedere, petierunt carnes. Num. 11. Item ad C aquas contradictionis convenerunt adverſum Moyſem, & Aaron filii Iſrael, & ibi jurgati ſunt contra Dominum & Moyſen. Num. 21. Ulterius procedentes cœpit eos tædere itineris & laboris, & locuti ſunt contra Dominum & Moyſen. Num. 21.

Inter Abimelech filium Gedeonis, & viros Sichem: qui male fecerant eum principem, fuit magna diſcordia ſuſcitata, ita quod illi deteſtari cœperunt eum, & rebellare ei, & ipſe expugnavit eos, &c. Jud. 9.

Orta eſt ſeditio inter viros Ephraim, & Jephte, eo quod Jephte vadens ad pugnam contra filios Ammon, illos vocare noluit, ut dicebant. Jud. 12.

Pro uxore Levitæ in Gabaa Benjamin turpiter interfectæ, magna fuit

Digitized by Google

fuit pugna inter tribum Benjamin, A & alias tribus Iſrael, ita quod ille de tribu Benjamin exceptis viris ſexcentis penitus ſunt deleti. Jud. 20.

Occiſo a David Philiſtæo iratus eſt Saul contra David, eo quod communiter laudabatur. Non rectis oculis ergo Saul aſpiciebat David a die illa, & deinceps. 1. Reg. 18. Nec aliquis ex tunc potuit emollire cor Saul, quin perſequeretur eum.

Facta eſt concertatio longa inter domum Saul, & domum David, ſed David ſemper proficiebat, & domus Saul continue decreſcebat. 2. Reg. 3.

Nimis inhoneſta facta eſt diſcordia inter Abſalon ambientem regnum, & David patrem ſuum. Denique Ab- B ſalon qui eam movit ſuſpenſus fuit. 2. Reg. 18.

Rege David redeunte in Hieruſalem, viri Iſrael turbati fuerunt, eo quod viri Juda ipſum reduxerant aliis non vocatis. 2. Reg. 19.

Duæ meretrices mulieres litigabant coram rege Salomone occaſione unius infantis, quem utraque volebat habere. 3. Reg. 3.

Mortuo rege Salomone petiit populus, ut a Roboam filio ejus mitius tractarentur, quo durius reſpondente receſſerunt decem tribus ab eo, & fecerunt Jeroboam regem ſibi, & extunc multa bella fuerunt inter Reges Iſrael & Juda. 3. Reg. 12. & deinceps. C

Facta eſt contentio inter diſcipulos Jeſu, quis eorum videretur eſſe major, ſed Domino non placuiſſe talem contentionem, patet per ea, quæ ſequuntur. Luc. 22.

Litigabant adinvicem Judæi, dicentes: Quomodo poteſt hic carnem ſuam dare nobis ad manducandum. Joan. 6.

Murmur erat multum de Domino Jeſu in turba, quidam enim dicebant, quia bonus eſt; alii vero dicebant. Non, ſed ſeducit turbas. Jo. 7. Et in eodem capitulo ſequitur diſſenſio facta eſt in turba propter eum.

Baptizato Cornelio cum omni domo ſua audierunt Apoſtoli, & fratres, qui erant ex Judæa, quoniam gentes recepiſſent verbum Dei. Cum aſcendiſſet autem Petrus Hieroſolymam, diſceptabant adverſus illum qui erant ex circumciſione fratres dicentes: Quare introiſti ad viros, &c. Act. 11. Paulo & Barnaba in civitate Iconio prædicantibus, & multa miracula facientibus diviſa eſt multitudo civitatis, & quidam quidem erant cum Judæis, quidam vero cum Apoſtolis. Act. 14.

Quidam deſcendentes de Judæa, docebant Fratres: Quia niſi circumcidamini ſecundum legem Moyſi, non poteſtis ſalvi fieri. Facta autem ſeditione non minima Paulo & Barnabæ adverſus illos, ſtatuerunt, ut conſulerentur Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis ſuper hac quæſtione, &c. Act. 15.

Occaſione Marci quem Paulus volebat ad miniſterium Evangelii recipere, facta eſt diſſenſio inter Paulum & Barnabam, ita ut diſcederent ab invicem: attamen totum provenit ad profectum Evangelii. Act. 15.

Prædicante Paulo Epheſi, & multa miracula faciente, facta eſt turbatio non minima de via Domini. Demetrius enim quidam argentarius faciens ædes argenteas Dianæ, parabat artificibus non modicum quæſtum, &c. Act. 18.

Quidam Judæi videntes Paulum in templo, concitaverunt omnem populum, & injecerunt manus ei clamantes: Viri Iſraelitæ adjuvate, ſequitur: Commota eſt civitas tota, & facta eſt concurſio populi. Act. 21.

Cum exclamaſſet Paulus in Concilio, Viri fratres, ego Phariſæus ſum, filius Phariſæi de ſpe & reſurrectione mortuorum ego judicor, facta eſt diſſenſio inter Phariſæos, & Saducæos, & ſoluta eſt multitudo. Act. 23.

CAPUT LI.

De Zelo bono contra peccatores.

SÆviebant filii Jacob ob ſtuprum Dinæ ſororis ſuæ per Sichem oppreſſæ. Gen. 34.

Audiens Moyſes vocem cantantium, & videns vitulum & choros, iratus eſt valde, & projiciens tabulas, confregit eas, &c. Nota quam graviter pu-

punivit poſtea populum, pro quo tam fideliter, & inſtanter oraverat ante Deum. Exod. 32.

Multum placuit Deo zelus Phinees, filii Eleazari, quando perfodit virum cum muliere Madianitide, licet eſſent magni & nobiles. Num. 25.

Præcepit Joſue Achan lapidari, & totam ejus ſupellectilem comburi, quia tulerat de anathemate Jericho. Joſue. 7.

Cum audiſſent filii Iſrael filios Ruben & Gad ædificaſſe ſibi altare, convenere omnes, & contra eos dimicare voluerunt. Joſ. 22.

Congregati ſunt omnes filii Iſrael, quaſi vir unus ad vindicandum graviſſime ſcelus, quod commiſerant viri de Gabaa Benjamin pro uxore Levitæ. Jud. 19. & 20.

Confidenter arguit Elias errantem populum, & ſacerdotes Baal fecit occidi. 3. Reg. 17.

Reprehenſus eſt Achab, eo quod Benadad Regem Syriæ virum morte dignum indiſcrete vivum dimiſit abire. 4. Reg. 20.

Quamvis Jehu rex Iſrael ſimpliciter fuerit malus, tamen multum commendatur eo quod ſemen domus Achab delevit, & Prophetas Baal occidens, ædem ipſius Baal deſtruxit. 4. Reg. 10.

Spiritus Domini induit Zachariam filium Jojadæ, & ſtetit in conſpectu populi ſculptilibus ſervientis, & dixit illis: Quare tranſgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit, & dereliquiſtis Dominum, ut derelinqueret vos? 2. Paral. 24.

Audiens Eſdras ſacerdos Judæos cum gentilibus matrimonia copulaſſe, miro modo doluit & gemens, & ejulans ſigna doloris oſtendit. 1. Eſdr. 9.

Videns Nehemias Judæos ducentes uxores alienigenas objurgavit eos, & maledixit, & verberavit aliquos, & decalvavit. Nehem. 13.

Surrexit Mathathias, & dixit: Væ mihi ut quid natus ſum videre afflictionem populi mei, &c. Sequitur poſtea de illius zelo ferventiſſimo, & mirabili probitate, quando trucidavit hominem ſuper aram Idolum immolantem. 1. Mach. 2.

Onias ſummus Pontifex reſtitit viriliter Simoni, qui volebat iniquum aliquid in civitate moliri. 1. Mac. 2.

Miro fervebat zelo Joannes Baptiſta, quando dicebat: Progenies viperarum quis demonſtravit vobis fugere a ventura ira, &c. Matth. 3. & ſimiles Luc. 3. Item quando arguebat Herodem. Matth. 14. & Mar. 6.

Dure increpabat Dominus Scribas, & Phariſæos hypocritas, & ſpecialiter. Matth. 23. In illo capitulo dixit eis ſepties: Væ vobis. Sciens Dominus Jeſus Phariſæos ipſum nequiter obſervare, circumſpiciens eos cum ira contriſtatus eſt ſuper cæcitatem cordis eorum. Marc. 3. Joan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis, &c. Pluries ejecit de templo Dominus vendentes, & ementes, quandoque cum flagello. Jo. 2. quandoque cum duro verbo. Luc. 19. Domus mea, domus orationis eſt: vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Luc. 19.

Grandi zelo ſuccenſus eſt Petrus in Ananiam, & Saphiram, quando vidit, quod fraudaverant aliquid de pretio agri. Act. 5.

Ex ardenti zelo ſuccenſus ſermo, quem dixit Stephanus Judæis. Act. 7. Dura cervice, & incircumciſi corde, & auribus, vos ſemper Spiritui S. reſiſtitis quem Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri, &c.

Reſiſtenti Paulo & Barnabæ Barieſu Pſeudo-propheta, dixit Paulus: O plene dolo, & omni fallacia fili diaboli, & inimice omnis juſtitiæ, non deſinis ſubvertere vias Domini rectas, &c. Act. 3.

Cum Paulus prædicaret Athenis, incitabatur ſpiritus ejus in ipſo, videns idololatriæ deditam civitatem, &c. Act. 14.

Specialiter apparet fervens zelus Pauli in epiſtola ad Galatas, ubi illos legalia obſervare volentes, arguebat, increpabat, obſecrabat. Idem. Rom. 9. 2. Cor. 11. & ad Hebræos, quaſi per totum.

Digitized by Google

Caput LII.

De zelo indiſcreto.

Videns Joſue famulus Moyſi duos homines in caſtris prophetantes, dixit: Domine mi Moyſes prohibe eos. At ille dixit; Quid æmularis pro me, &c. Num. 11.

Abiſai filius Sarviæ, voluit amputare caput Semei maledicentis David perſecutionem Abſalom perpetienti, ſed non permiſit David, ut aliquid mali inferretur illi. 2. Reg. 16.

Filii Prophetarum coegerunt Eliſeum, ut mitteret ad quærendum dominum ſuum Eliam, ne forte ſpiritus Domini projeciſſet eum in unum montium, aut vallium. 4. Reg. 2.

Jonas fugere voluit a facie Domini, quando præcepit ei prædicare Ninivitis, & poſtmodum doluit, quando vidit quod civitas juxta id quod prædixerat, non ruebat. Jonæ 1. & 4.

Cum oſtendiſſet Dominus diſcipulis oportere eum multa pati a principibus ſacerdotum, & occidi, Petrus cœpit increpare illum, dicens: Abſit a te Domine, non erit tibi hoc, &c. Matth. 16.

Multum zelabant Phariſæi pro obſervatione ſabbati, quando videbant Dominum die illa curantem infirmos. Matt. 12. Marc. 2. Lucæ 6. & 13. Marc. 3. Joan. 9. Item quando videbant ejus diſcipulos ſpicas vellentes, & manibus confricantes. Matth. 12. Marc. 2. Luc. 6. Scribæ, & Phariſæi amplius zelabant pro traditionibus ſuis, quam pro divinis mandatis. Matt. 15. Marci 7. Item pro auro templi plus zelabant, quam pro ipſo templo, & pro dono altaris, plus quam de ipſo altari. Matth. 23.

Oblati ſunt Domino parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret: diſcipuli autem increpabant eos, Jeſus autem ait: Sinite parvulos venire ad me, &c. Matt. 19. Mar 10.

Cum effudiſſet Maria pretioſum unguentum ſuper caput Domini, quidam diſcipuli indigne ferebant, & fremebant in eam, propter perditionem unguenti. Marci 14.

Joannes Apoſtolus prohibuit quem- A dam eiicientem dæmonia in nomine Domini Jeſu, eo quod non ſequebatur eum cum aliis diſcipulis, & ait ad illum Jeſus: Nolite prohibere, qui enim non eſt adverſus nos, pro nobis eſt. Luc. 9.

Audientes Jacobus, & Joannes quod Samaritani non receperant nuntios Domini, dixerunt: Domine, vis dicimus, ut ignis deſcendat de cœlis, & conſumat illos. Et converſus Dominus increpavit illos, & dixit: Neſcitis cujus ſpiritus eſtis. Luc. 9. Arguit Dominus Petrum, qui amputaverat aurem ſervo principis ſacerdotum, eo quod tunc non erat tempus potentiæ oſtendendæ, ſed patientiæ exhibendæ. Matt. 26. Luc. 22.

B Apparet diſcipulos Joannis Baptiſtæ zelaſſe contra Dominum pro magiſtro, quando dixerunt ei: Rabbi qui erat tecum trans Jordanem hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Joannes autem optime reſpondit eis. Joan. 3.

Cum afferrentur de civitatibus diverſi infirmi, & a Petro curarentur exſurgens princeps ſacerdotum, & omnes qui cum illo erant repleti ſunt zelo. Act. 5. Æmulator erat paternarum traditionum Saulus ſupra multos coætaneos ſuos, quando devaſtabat Eccleſiam per domos intrans, & trahens viros ac mulieres tradebat in cuſtodiam; unde & accepit litteras a principe ſacerdotum ad ſynagogas, quæ erant in Damaſco, ut ſi quos in- C veniret ibi, qui invocarent nomen Chriſti vinctos perduceret Hieruſalem. Act. 8. & 9.

Videntes Judæi quod pene univerſa civitas convenerat audire verbum Dei, quod Paulus & Barnabas prædicabant, repleti ſunt zelo, & contradicebant his quæ dicebantur a Paulo blaſphemantes. Act. 13.

Venienti Hieroſolymam Paulo dixerunt ei fratres: Vides quot millia ſunt in Judæis qui crediderunt, & omnes æmulatores ſunt legis. Act. 21. Et de talibus dicit ipſe Paulus. Rom. 10. Teſtimonium quidem perhibeo illis, quod æmulationem quidem Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam.

CA-

Digitized by Google

Caput LIII.

De prudentia, & diſcretione.

Abraham veniens in Ægyptum de uxore ſua prudenter, & caute celavit veritatem, nec tamen aſſeruit falſitatem, dicens: Soror mea eſt. Gen. 12. Simile accidit ei, quando venit ad Abimelech. Gen. 20.

Prudenter ſeparavit ſe Abraham a Loth, ne paſtores eorum adinvicem litigarent. Gen. 13.

Diſcrete dimiſit Abraham filiis ſuis, dum viveret, portiones, ne poſt mortem ſuam adinvicem concertarent. Gen. 25.

Rebecca ſagaciter inſtruxit filium ſuum Jacob, ut benedictionem patris conſequeretur: & fecit eum recedere de partibus illis, donec requieſceret furor fratris. Gen. 27.

Artem arte deluſit Jacob pulchre, quando volebat ei dare Laban mercedem pro ſervitio competentem. Gen. 31.

Sagaciter egit Jacob, quando debuit obviare irato fratri, quia munera miſit ei, res ſuas diviſit, ne uno furoris impetu totum perderet, & res minus delectas majori expoſuit periculo. Gen. 32.

Prudenter locutus eſt Joſeph coram Pharaone exponendo ſomnium, & contra futuram famem dando conſilium. Gen. 41.

Joſeph fratres ſuos caute reprehendit, & eis timorem incuſſit. Gen. 44.

Bonum conſilium & diſcretum dedit Jethro Moyſi, cum dixit: Provide viros potentes, & timentes Deum, &c. Exod. 18.

Antequam Moyſes invaderet terram Promiſſionis miſit exploratores illuc, ad conſiderandum conditiones ejus. Num. 13.

Exploratores quos miſit Joſue, prudenter latuerunt, donec illi, qui quærebant eos, ad propria redierunt. Joſue 2.

Magna ſagacitate uſus eſt Joſue inſidias ponendo juxta civitatem Hai, & fugam poſtea ſimulando. Joſ. 8.

Callide cogitantes Gabaonitæ vo-

A luerunt decipere Joſue, ſed ille eos diſcrete in ſervitutem redegit. Joſ. 9.

Phinees, & alii nuntii ad filios Ruben miſſi diſcrete locuti ſunt, & illi eos verbis prudentiſſime placaverunt. Joſue 22.

Aod portans munera Eglon ipſum aſtute decepit. Judic. 3.

Gedeon percuſſit caſtra hoſtium, qui ſecum erant, & nihil adverſi ſuſpicabantur. Judic. 8.

Jephte per nuntios prudenter ſignificavit regi filiorum Ammon, quod indicebat ei bella non juſta: ſed poſtea indiſcretum fecit votum. Judic. 11.

Caute deprehendit Jephte, qui eſſent Ephratæi, & qui Galaaditæ dicendo

B Scibboleth, illis Sibboleth. Judic. 12.

Filii Iſrael pugnantes contra illos, de Benjamin fugam arte ſimulaverunt, & ſic eos a civitate ejecerunt, & penitus debellaverunt. Judic. 20.

Dicentibus quibuſdam de Saule: Num ſalvare nos poterit iſte? & deſpicientibus eum, ille diſſimulabat ſe audire. 1. Reg. 10

Magnæ prudentiæ fuit, quando David armatus armis Saulis cœpit tentare, ſi ſic poſſet incedere. 1. Reg. 17.

Egrediebatur David ad omnia quæcumque miſiſſet eum Saul, & prudenter ſe gerebat. 1. Reg. 18. David co-

C ram Achis ſimulavit ſe fatuum, & quaſi furentem, ut poſſet fugere ab eo. 2. Reg. 21.

Abigail prudenter placavit David iratum contra Nabal virum ſuum. 2. Reg. 25.

Arguere volens Nathan Propheta David pro exceſſu commiſſo in Uriam, & uxorem ejus, aptam parabolam de divite qui abſtulit ovem pauperi prudenter aſſumpſit. 2. Reg. 12.

Prudenti cautela uſus eſt Joab ad hoc, quod per mulierem ſapientem Thecuitem faceret Abſalom revocari. 2. Reg. 17.

Prudenter ratiocinatus eſt Chuſai, quando diſſipavit conſilium Achitophel. 2. Reg. 17.

Sapiens mulier fecit recedere Joab ab

Digitized by Google

ab obſidione civitatis. 2. Reg. 20.

Audiens Berſabee quod Adonias volebat regnare pro parte, ſapienter locuta eſt ad David pro ſe, & pro filio ſuo Salomone. 2. Reg. 1.

Diſcretionem & ſapientiam poſtulavit Salomon, quod multum placuit Domino, & cum ſapientia multa alia ei conceſſit. 3. Reg. 3.

Salomon prudenter judicavit inter duas mulieres de unico filio contendentes. 3. Reg. 2.

Rex Roboam reſpondit populo dura, bono, & diſcreto conſilio ſeniorum derelicto, quod ei dederant, & locutus eſt ei, & ſecundum conſilium juvenum, imprudenter egit. 3. Reg. 12.

Reprehenſurus Achab Regem Iſrael, vir quidam de filiis Prophetarum parabolam de viro commendato, & male cuſtodito diſcrete propoſuit, per quem Rex Iſrael ille peccatum ſuum manifeſte cognoſceret. 4. Regum 20.

Studioſe egit Jehu Prophetas Baal honorare ſe fingens, & poſtea illos occidit, & altare Baal deſtruxit. 4. Reg. 10.

Ezechias Rex Juda diſcrete prohibuit, ne populus nunciis Regis Aſſyriorum dicentibus blaſphemias reſponderet. Non enim expedit populum fidelem contra litigantes infideles diſputationes habere. 4. Regum 18. & Iſa. 36.

Nuntii quos miſit Ezechias ad Rapſacem, caute petierunt, ut ille loqueretur Syriace, ne populus illum intelligeret & timeret. 4. Regum 18.

Jojada Pontifex volens conſtituere regem in Hieruſalem Joas filium Joram, valde caute ſe habuit, & prudenter. 1. Paralip. 23.

Ezechias intelligens regem Aſſyriorum Hieruſalem adventurum, obturavit capita fontium, extra urbem reparavit muros civitatis, bellatores ſuos optimis ſermonibus confortavit, & deinde ad deprecandum Dominum ſe convertit. 2. Paralip. 32.

Cum magna diſcretione, diligentia, & ſolicitudine, Nehemias ædificavit murum in circuitu Hieruſalem Nehem. 2. 3. & 4.

A Magnæ ſapientiæ verbum, & merito approbatum fuit illud quod dixit Zorobabel: Fortiores ſunt mulieres, ſuper omnia vincit veritas. 3. Eſdr. 1.

Tobias credens ſe cito moriturum, dedit filio ſuo magnæ prudentiæ documenta, & inter alia dixit: Conſilium ſemper a ſapiente perquire. Tob. 4.

Sapientiam magnam oſtendit ſe habere Judith in verbis, quæ dixit. Jud. 8. Et poſtea dicitur: Quod ſervi Holofernis mirabantur ad ſapientiam ejus, & dicebat alter ad alterum: Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, in pulchritudine, & in ſenſu verborum. Judith 11.

B Cum magna prudentia requiſivit Mardochæus Eſther, ut ſuccurreret populo Judæorum, dicens: Si enim nunc ſilueris, per aliam viam liberabuntur Judæi: & tu, & domus patris tui peribitis. Et quis novit utrum idcirco ad regnum veneris, ut in hoc tempore parareris? Eſther. 4.

Danieli, & ſociis ſuis dedit Dominus ſcientiam, & diſciplinam in omni libro, & ſapientia. Danieli autem ſpecialiter intelligentiam viſionum, & ſomniorum. Dan. 1.

Viſiones Nabuchodonoſor regis Babylonis Daniel expoſuit ſapienter. Dan. 2. & poſtmodum legitur, licet prius acciderit, de duobus ſenibus presbyteris, quos mira prudentia C contra innocentem Suſannam, falſum dixiſſe teſtimonium, deprehendit. Dan. 13. Innotuit Judæ Machabæo, quod Nicanor venerat dolo, & quod volebat eum rapere caute, & ſubtraxit ſe Judas, & noluit eum amplius videre. 1. Machabæorum.

Cognovit Simon quod Thryphon cum dolo loqueretur, petens duos filios Jonathæ, & centum talenta argenti. Juſſit tamen dari ne inimicitiam magnam ſumeret ad populum, dicentem: Quia non miſit argentum, & pueros propterea periit. 1. Mach. 13.

Septem illi fratres cum matre ſua in verbis, quæ ſibi invicem, & tyranno dicebant, miram ſapientiam ſe habuiſſe demonſtrarunt. 2. Mach. 7.

Conſtituta fuit dies, in qua Judas ſe-

Digitized by Google

ſecrete cum Nicanore loqueretur. A Præcepit autem Judas armatos eſſe ſuos in locis opportunis, ne forte ab hoſtibus repente mali aliquid oriretur. 1. Mach. 14.

Miræ diſcretionis, & prudentiæ Beatam Virginem fuiſſe apparet in colloquio, quod habuit cum Angelo. Luc. 1. Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio, quomodo fiet iſtud, &c.

Cum remanſiſſet in Hieruſalem duodennis puer Jeſus inventus eſt in medio doctorum, audiens illos, & interrogans. Sequitur, quod ſtupebant omnes, qui eum audiebant ſuper prudentia, & reſponſis ejus, Luc. 2.

Laudavit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet, &c. Luc. 16.

B

Pulchre deluſit Dominus curioſam interrogationem ſacerdotum, & ſeniorum populi Judæorum ab eo quærentium, in qua poteſtate illa mirabilia faciebat. Ait ei: Interrogabo vos, & ego, &c. Matth. 21.

Cum Paulus Apoſtolus fuiſſet cum Sila ſocio ejus in carcere poſitus, in craſtino miſerunt magiſtratus principes, ut dimitteretur. Paulus prudenter dixit eis: Cæſos nos publice indemnatos homines Romanos miſerunt in carcerem, & nunc occulte nos eiiciunt. Act. 16.

Commota, & confuſa civitate Epheſi, Paulus prudenter, & humiliter acquievit conſilio amicorum, qui rogaverunt eum, ne daret ſe in thea- C trum. Act. 19. Ubi etiam apparuit prudentia illius Scribæ, qui pulchre ſedavit populum ſic commotum, & remiſit ad domum.

Cum juſſiſſet Tribunus Paulum cædi flagellis, & torqueri, dixit Paulus aſtanti ſibi Centurioni: Si hominem Romanum indemnatum licet vobis flagellare? Et diſceſſerunt ab eo, qui eum torturi erant. Act. 22.

Cum vellet Paulus de Græcia navigare in Syriam, & intelligeret ſibi a Judæis paratas eſſe inſidias, caute declinavit, & reverſus eſt per Macedoniam, nec recuſavit comitatum quem fecerunt ei fratres diverſarum civitatum. Act. 20.

Sciens Paulus, quia una pars eſſet Phariſæorum, & alia Saducæorum exclamavit dicens: Viri fratres ego Phariſæus ſum filius Phariſæorum. Factus eſt autem clamor magnus, & ſurgentes quidam Phariſæorum pugnabant pro eo, &c. Act. 23.

Poſtea cum audiſſet, quod quidam Judæi voverant ſe nihil guſtaturos, donec occiderent Paulum, fecit hoc nuntiari Tribuno, qui miſit eum cum multis armatis ad Felicem Syriæ præſidem. Act. 23.

Cum Feſtus præſes vellet Paulum in Jeruſalem reducere ad inſtantiam Judæorum, & ibi eum audire, Paulus prudenter advertens eorum malitias Cæſarem appellavit. Act. 26.

CAPUT LIV.

De aſtutia & calliditate mala.

PRimum magiſtrum aſtutiæ, & calliditatis patet fuiſſe diabolum in ſerpente, qui cum callidior eſſet cunctis animantibus primam mulierem ſeduxit: non enim voluit aggredi primum hominem, quem ſciebat majori diſcretione dotatum. Gen. 3.

Multotiens voluit Laban ſeducere Jacob nepotem ſuum, modo in uxore, modo in mercede. Gen. 29. & 30. ſed Dominus in fraude circumvenientium illi affuit. Sap. 10.

Cum ſcrutaretur Laban ſupellectilem Jacob, & veniret ad tentorium Rachel, illa ſolicitudinem quærentis aſtute deluſit. Gen. 31.

Sævientes ob ſtuprum ſororis ſuæ Dinæ filii Jacob callide ſuaſerunt Sichem, & civitatis populum circumcidi, quo facto irruerunt in eos, & faciliter occiderunt. Gen. 34.

Filii Jacob voluerunt decipere eum, quando tinxerunt tunicam Joſeph in ſanguine hœdi, mittentes, qui diceret ei: Hanc invenimus, vide utrum tunica filii tui ſit, an non. Gen. 37. Diverſas excogitavit aſtutias Pharao Rex Ægypti ad hoc ut filios Iſrael totaliter extirparet. Exod. 1. Ad hoc etiam ut eos in Ægypto retineret, & nullatenus recedere pateretur. Exod. 5.

Malefici Pharaonis quantum ad duo ſigna prima fecerunt per incantationes ſuas, ſicut fecerat Moyſes. Exod. 6.

Digitized by Google

Malitioſe locuti ſunt Chore & complices ejus, quando ſteterunt contra Moyſen, & Aaron dicentes: Sufficiat vobis: quia omnis multitudo Sanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus, cur elevamini ſuper populum Domini. Num. 16.

Videns Balach rex Moabitarum, quod fortitudine filios Iſrael non poterat vincere, voluit eos ſuperare maledictione Balaam. Num. 22.

Gabaonitæ audientes, quæ fecerat Joſue Jericho, & Hai, callide cogitaverunt, quomodo poſſent ita facere, quod non totaliter delerentur. Joſ. 9.

Caverant Philiſtiim, ne fabri ferrarii in omni terra Iſrael invenirentur, ne forte Hebræi facerent gladium, vel lanceam. 1. Reg. 13.

Saul invidens proficienti David, dixit de filia ſua Michol, quam David habere volebat: Dabo eam illi, ut fiat ei in ſcandalum, & ſit ſuper eum manus Philiſtinorum. Dixit ergo Saul ad David, in duabus rebus eris gener meus hodie, &c. Reg. 18. Per magnam aſtutiam voluit David celare iniquitatem ſuam, quando miſit pro Uria, ut dormiret cum uxore ſua. 1. Reg. 11.

Nefandam iniquitatem docuit Amon filium David Joadab filius Sennaa, quando dixit ei, ut languorem ſimularet, & ſic Thamar ſororem Abſalon, de qua tentabatur, ſalvus habere poſſet. 2. Reg. 13.

Cum vellet Abſalon vindicare injuriam ſororis ſuæ, quam oppreſſerat Amon frater ejus, fecit parari grande convivium, & fratrem ſuum invitavit, & dum comederet eum occidi fecit. 2. Reg. 13.

Ambiens Abſalon regnum patris cœpit malitioſe populo adulari, & facta patris vituperans ſeipſum bene judicaturum jactabat. 2. Reg. 15.

Dixit Jeroboam in corde ſuo, Nunc revertetur regnum ad Domum David, ſi aſcenderit populus iſte, ut faciat ſacrificium in domo Domini in Jeruſalem, & excogitato conſilio, fecit duos vitulos aureos, &c. 3. Reg. 12.

Achab Rex Iſrael dixit quædam generalia verba nuntiis Benadad Regis Syriæ ſuos, & ſua liberaliter offe-

A rendo, ex quibus ille aſtute voluit eum gravare nimis ad ſpecialia deſcendendo. 4. Reg. 20. Sedechias filius Canaam Propheta Baal fecit ſibi cornua ferrea, quaſi eſſet vetus Propheta dicens Regi Achab: Hæc dicit Dominus, iis ventilabis Syriam donec deleas eam, tandem fefellit eum, & fecit eum ire ad bellum. 4. Reg. 22.

Currens Giezi poſt Naaman callide coloravit petitionem ſuam, quando dixit: Dominus meus miſit me ad te dicens: Modo venerunt ad me duo adoleſcentes de filiis Prophetarum, &c. 4. Reg. 5.

Scelerata Jezabel crudeli aſtutia uſa eſt ad hoc, ut vineam Naboth acqui-
B reret viro ſuo. 3. Reg. 21.

Athalia mater Ochoziæ Regis Juda, videns mortuum filium interfecit omne ſemen regium, & ſic regnavit ſuper terram ſex annis. 4. Reg. 11.

Loquebatur alta voce Rapſaces nuntiis Sennacherib regis Aſſyriorum, ut audiret eum, & timeret populus, qui erat ſuper murum. 4. Reg. 18.

Dum Abia rex Juda exercitum ſuum confortaret & adverſarios increparet, Jeroboam Rex Iſrael retro moliebatur inſidias, cumque ex adverſo hoſtium ſtaret ignorantem Judam ſuo ambiebat exercitu. 1. Paral. 13.

Varias excogitaverunt aſtutias vicini filiorum Iſrael qui redierant de
C captivitate Babylonis ad hoc ut impediretur ædificatio templi, & murorum civitatis Jeruſalem. 1. Eſdr. 3. ſimiliter Nehe. 4. & 6.

Superbiſſimus Aman videns, quod Mardochæus ipſum adorare nolebat occaſione ejus, ſuaſit regi per invidiam, ut totus Judæorum populus deleretur. Heſt. 3.

Quia Satan non poterat coram Deo virtutes ſancti Job omnino negare, voluit intentionem ejus callide depravare dicens. Job 1. Numquid fruſtra Job timet Deum, &c. Nota etiam ibi quomodo uno die totum ei diabolus abſtulerit, & ſimul nuntios venire fecit, ut multiplici dolore per impatientiam frangerentur.

Principes & ſatrapæ regni Perſarum procuraverunt, ut Darius ſtatueret de-

decretum, propter quod cogitaverunt Danielem omnino interficere, ut hac arte ipſum a rege poſſent avertere. Dan. 6. A

Duo ſenes presbyteri deteſtandam adinvenerunt nequitiam, ut poſſent Suſannam decipere, & poſtea ſe de ea crudeliter vindicare. Dan. 12.

Plenus malignitate Alcimus acceſſit ad Demetrium regem, & accuſavit Judam Machabæum in multis. 1. Mac. 7. Deinde ut narratur. 2. Mac. 14. Obtulit regi coronam auream, & alia quædam dona, & ipſa quidem die ſiluit, & poſtea tantum dixit, & fecit, quod rex ſummum ſacerdotem eum conſtituit.

Jaſon miſit Menelaum portantem pecunias Antiocho regi, ait ille Mene- B laus commendatus regi in ſemetipſum retorſit ſummum ſacerdotium ſupponens Jaſoni talenta argenti trecenta. 2. Mac. 4.

Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempora ſtellæ, quæ apparuit eis, & mittens eos in Bethlehem dixit: Ite & interrogate diligenter de puero, &c. Matt. 2. Qua vero intentione hoc diceret, apparuit in occiſionibus puerorum.

Phariſæi volentes capere Dominum in ſermone miſerunt ad eos diſcipulos ſuos cum Herodianis dicentes: Magiſter ſcimus, quia verax es, &c. Matth. 22.

Varios circuitus fecerunt Phariſæi, ut poſſent facere confiteri illum cæ- C cum natum, quod non eſſet illuminatus a Chriſto. Jo. 6.

Principes Judæorum cuſtodibus ſepulcri dederunt pecuniam copioſam, ut dicerent eum de nocte furto fuiſſe ſublatum. Matt. 28. Ananias conſcia uxore ſua Saphira fraudavit de pretio agri venditi. Act. 5.

Samaritani attendebant ad Simonem Magum, eo quod magicis artibus ſuis multo tempore eos dementaſſet. Act. 8.

Videntes Judæi, quod verbum Dei diſſeminabatur per Paulum & Barnabam concitaverunt religioſas mulieres, & honeſtas: & primos civitatis Antiochenæ, & excitaverunt perſecutiones in illos, & ejecerunt eos de finibus ſuis. Act. 13.

Cum Paulus & Barnabas eſſent in civitate Lyſtris, & tantam haberent ibi gratiam, quod homines ipſis tanquam diis ſacrificare voluerunt, ſupervenerunt quidam Judæi, qui taliter perſuaſerunt turbis, quod Paulus fuit ibi lapidatus, & extra civitatem tractus mortuus eſſe putabatur. Act. 14.

Quæſtuarii quidam cum puella Spiritum Pythonem habente volentes conqueri de Paulo, non dixerunt, quod per eum amiſerant quæſtum ſuum, ſed mentiendo dixerunt: Hi homines conturbant civitatem noſtram & annuntiant morem, quem non licet nobis ſuſcipere, neque facere, cum ſimus Romani. Act. 16.

Judæi malitioſe cogitaverunt petere a Tribuno, ut Paulum perduceret in medium, quaſi aliquid certum inquiſiturus eſſet ab eo. Inſidiabantur autem ei multi, qui volebant ſtatim interficere eum, & ad hoc etiam ſe obligaverant per votum. Act. 23.

Caput LV.

De eruditione filiorum.

AUdiens Jacob ſomnia Ioſeph, increpabat eum ne forte contra ſe fratrum ſuorum invidiam ſuſcitaret. Gen. 37.

Negligentiam filiorum arguebat Jacob audiens, quod alimenta venderentur in Ægypto. Gen. 42.

Blaſphemus in heremo lapidatus fuit filius mulieris Iſraelitidis de viro Ægyptio generatus, tales enim filii male frequenter inſtruuntur. Levit. 24.

Præcepit Dominus per Moyſen, ut filii Iſrael docerent filios ſuos ea quæ ipſi viderunt. Deut. 4.

Contumax filius, & protervus, & parentum imperio obedire contemnens præcipitur a Moyſe per populum lapidari. Deut. 21.

Heli ſacerdos male correxit filios ſuos. 1. Reg. 2. & ideo tam ipſe, quam illi a Domino ſunt puniti. 1. Reg. 4.

Adonias filius Agith male fuit a patre ſuo David correctus: & idcirco

Digitized by Google

in ſuperbiam elatus regnare voluit. 2. Reg. 1. ſed tandem a fratre ſuo regnante occiſus fuit. 2. Reg. 2. Propinquans ad mortem David diligenter inſtruxit Salomonem filium ſuum, qui regnare debebat poſt eum. 2. Paral. 28.

Tobias Senior filium ſuum ab infantia timere Dominum docuit, & abſtinere ab omni peccato. To. 1.

Deinde cum ſe cito crederet moriturum pie, & ſalubriter inſtruxit eum. To. 4. & ſimiliter inſtante morte ſua. To. 14.

Parentes Saræ uxoris Tobiæ junioris dimiſerunt ire filiam ſuam cum viro ſuo, monentes eam honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & ſeipſam irreprehenſibilem cuſtodire. Tob. 10. Magnam ſolicitudinem gerebat Job de filiis ſuis, qui cum ſimul comediſſent, offerebat holocauſtum pro ſingulis, ne forte peccaſſent. Job 1.

Parentes Suſannæ cum eſſent juſti, erudierunt filiam ſuam ſecundum legem Moyſi. Dan. 2.

Cum appropinquaret morti Mathathias, filios ſuos ſalubriter inſtruxit, & contra impios animavit. 1. Mac. 2.

Supra modum mater mirabilis, quæ pereuntes ſeptem filios ſub unius diei tempore conſpiciens, ſingulos hortabatur patria voce dicens: Neſcio qualiter in utero meo, &c. 2. Mach. 7.

CAPUT LVI.

Quod bonis conſiliis non acquieſcere periculoſum eſt.

ANgeli qui apparuerunt Loth, dederunt ei bonum conſilium, ut exiret de Sodomis; & generos ſuos educens, nequaquam poſt tergum reſpiceret, ſed in monte ſalvum ſe faceret, qui dixit generis ſuis, qui accepturi erant filias ſuas, ut egrederentur, ſed viſum eſt eis quaſi ludens loqui. Generi ergo Loth nolentes exire de medio pravæ gentis, perierunt cum ipſis Sodomitis. Uxor autem ejus retro reſpiciens verſa eſt in ſtatuam ſalis, ipſe etiam Loth, qui juxta conſilium Angeli noluit ſtatim A in montem aſcendere, cum propriis filiabus peccavit. Gen. 19.

Ruben bene conſuluit fratribus ſuis, ut Joſeph redderetur patri. Gen. 37. qui non acquieverunt ei, & idcirco venit ſuper eos tribulatio. Gen. 42.

Filiis Iſrael volentibus aſcendere ante tempus ad locum, de quo locutus fuerat Dominus, ait Moyſes. Non enim eſt Deus vobiſcum. Amalecites, & Chananæus ante vos ſunt, quorum gladio corruetis, eo quod nolueritis acquieſcere Domino, &c. Num. 14.

Poſt ſcelus perpetratum in uxore Levitæ convenerunt filii Iſrael, & miſerunt nuntios ad tribum Benjamin, B qui dicerent, cur tantum nefas in vobis repertum eſt: tradite homines, qui hoc flagitium perpetraverunt, &c. qui noluerunt audire, propter quod omnes poſtea exceptis paucis fuerunt occiſi. Judic. 20.

Dixit abner Aſaeli, ut deſiſteret ab inſecutione ipſius, qui hoc audire contempſit. Abner autem ipſum adverſa haſta transfodit. 1. Regum 2.

Roboam filius Salomonis noluit audire conſilium ſenum, ſed conſilio juvenum acquievit, & ideo magnam populi partem amiſit. 4. Reg. 12.

Bonum & fidele conſilium dedit Achior Holoferni, quod ille cum ſuperbia, & indignatione contempſit, C qui poſt paululum fuit occiſus, & exercitus cum damno & confuſione fugatus. Judith. 5.

Godoliæ quem rex Babylonis præfecerat terræ Judæorum nuntiavit fideliter Johanam filius Caree, quod Iſmael filius Mathaniæ volebat eum occidere, qui reſpondit ei: *Falſum loqueris de Iſmaele.* In menſe autem ſeptimo venit Iſmael, & occidit Godoliam, poſtquam comederat cum illo. Jerem 41.

Conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, ait Daniel Nabuchodonoſor regi Babylonis: qui non acquievit, & mutatus eſt in beſtiam. Dan. 4.

Videns in Galaad Judas Machabæus relinqui Joſeph, & Azariam duces populi, præcepit illis dicens:

No.

Digitized by Google

Nolite bellum committere adverſus gentes, donec revertamur. Illi vero voluerunt ſibi facere nomen, & perdiderunt, & res & nomen. 1. Mac. 5.

Habebat ſecum Judas Machabæus octingentos viros, adverſarii autem erant viginti duo millia, & avertebant eum ſocii ne pugnarent tunc, ſed alias exercitu congregato: qui noluit acquieſcere eorum conſilio, & in illo bello cecidit, & ceteri fugerunt. 1. Mach. 9.

Bonum conſilium dedit uxor Pilato viro ſuo, ſed ille acquieſcere recuſavit magis timens Cæſarem offendere, quam juſtum ſanguinem condemnare. Matth. 27. & Jo. 9.

Caput LVII.

De ſuſpitione falſa & credulitate.

COgitavit Abraham, quod forſitan erat timor Dei in Geraris, & quod homines illius terræ deberent illum occidere propter uxorem ſuam. Gen. 20. Simile accidit Iſaac. Gen. 26.

Suſpicatus eſt Laban, quod Jacob furatus eſſet Deos ejus, & ob hanc cauſam ſcrutatus eſt totam ſupellectilem ipſius. Gen. 31.

Videns Jacob veſtimenta Joſeph ſanguine cruentata, putavit eum eſſe mortuum, & a fera peſſima devoratum. Gen. 37.

Præcepit Joſeph diſpenſatori ſuo, ut introduceret fratres ſuos domum ad comedendum ſecum, at illi exterriti crediderunt, quod vellet eos ſubiicere ſervituti. Gen. 41.

Rubenitæ & Gaditæ euntes ad poſſeſſiones ſuas ædificaverunt altare juxta Jordanem: quo audito filii Iſrael turbati fuerunt, neſcientes quare hoc feciſſent illi, & putantes, quod vellent ſe ab eorum lege penitus ſeparare. Joſ. 22.

Cum iſſet Samſon ad domum patris ſui, ſocer ejus putavit, quod odio haberent uxorem ſuam, & quod repudiaret eam, unde tradidit eam alii viro. Jud. 15.

Heli videns Annam labia movere, & nullum verbum extra proferre, æſtimavit eam eſſe temulentam. 1. Reg. 1.

A Quia Saul perſequebatur David, imponebat ipſi David, quod & ipſe perſequeretur eum, unde dicebat, quod filius ſuus Jonathas ſuſcitaverat ſervum ſuum inſidiantem ſibi, licet eſſet falſiſſimum. 1. Reg. 22.

Cum eſſet David cum Achis rege Geth, quaſi cuſtos capitis ſui, Satrapæ dixerunt ad Achis, ut recederet David, ne forte transfugeret ad Saulem. 1. Reg. 29.

Miſit David nuntios ad Hanon regem Ammon, ut conſolarentur eum ſuper patris interitu, principes autem illius putaverunt, quod veniſſent ad explorandum civitatem, non ad conſulendum regem. 1. Reg. 10.

B Poſtquam rex Aſſuerus turbatus fuit contra Aman, & ille jacebat ſuper lectum Heſter ad rogandum eam pro anima ſua: impoſuit ei rex, quod ipſo præſente volebat eam opprimere. Heſt. 7.

Dum vellet Jeremias ire ad terram Benjamin comprehendit eum cuſtos portæ, & impoſuit ei, quod fugeret ad Chaldæos. Jer. 37.

Nuntiante Jeremia voluntatem Domini populo terræ, qui remanſerat poſt deſtructionem Jeruſalem, dixerunt ei: Mendacium tu loqueris, non te miſit Dominus, ſed Baruch filius Neeriæ incitat te adverſum nos, ut tradat nos in manibus Chaldæorum. Jer. 44.

C Tortores qui Eleazarum ducebant ad ſupplicium in iram verſi ſunt propter ſermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam dictos arbitrabantur. 2. Mach. 6.

Videntes diſcipuli Dominum ambulantem ſuper mare, putaverunt phanthaſma eſſe, & præ timore clamaverunt. Matt. 14. Mar. 6. Jo. 6.

Simon Phariſæus videns mulierem peccatricem ad pedes Domini flentem, ait inter ſe dicens: Hic ſi eſſet Propheta ſciret utique, &c. Luc. 7.

Ad hoc quod nullus male ſentiat de alio multum valet exemplum, quod adducit Salvator de jactante ſe Phariſæo, & humili Publicano. Luc. 18.

Videntes Judæi diſcipulos Domini poſt effuſionem Spiritus ſancti loquentes variis linguis, dicebant quidam eorum, quia muſto repleti erant. Act. 2.

Digitized by Google

Omnes diſcipuli Chriſtiani time- A
bant Paulum poſt converſionem ſuam non credentes, quod eſſet diſcipulus, donec Barnabas duxit eum ad Apoſtolos, & narravit illis, quomodo in via vidiſſet Dominum & quomodo in Damaſco fiducialiter egit in nomine Domini Jeſu. Act. 9.

Tribunus Lyſias videns Paulum a Judæis tam male tractari quæſivit ab eo, nonne tu es Ægyptius, qui ante hos dies tumultum concitaſti, & eduxiſti in deſerto quatuor millia virorum ſicariorum? Act. 21.

Ut viderunt barbari viperam pendentem in manu Pauli adinvicem dicebant, Utique homicida eſt homo hic, & æſtimabant eum in tumorem convertendum & ſubito caſurum, & B
mori. Act. 28.

CAPUT LVIII.

Quod ſancti viri permittunt fieri aliqua non libenter.

JAcob permiſit adduci Benjamin filium ſuum, tenere dilectum, & hoc propter neceſſitate victualium ad inſtantiam filiorum. Gen. 44.

Moyſes permiſit dari libellum repudi odioſis uxoribus Judæorum, quia ſcilicet timebat in eis uxoricidium. Deut. 24.

Conſiderato David populo ſuo, conſtituit ſuper eum tribunos, & centuriones. Dixitque rex ad populum: C
Egrediar, & ego vobiſcum, & reſpondit populus: Non exibis, quia tu unus pro decem millibus computaris, melius eſt igitur, ut ſis nobis in urbe præſidio. Ad quos rex ait: Quod vobis videtur hoc faciam. 2. Reg. 18.

Eliſeus permiſit quod filii Prophetarum quærerent Eliam, ne forte Spiritus Domini projeciſſet eum, cum tamen ſciret, quod illi laborabant in vanum. 4. Reg. 2.

Cognovit Simon, quod Tryphon cum dolo loqueretur, petens duos filios Jonathæ, & centum talenta argenti, juſſit tamen dari argentum & pueros, ne forte adverſum ſe inimicitias populi concitaret. 1. Mac. 19.

CAPUT LIX.

De juſtitia & æquitate.

ABraham volens ſeparari a Loth nepote ſuo, dedit ei optionem, ut eligeret partem quam vellet. Gen. 13. & ſic pulchre poteſt partitio fieri, ut major dividat, & minor eligat. Teſtimonio Domini juſtam rem poſtulaverunt filiæ Salphaad quæ in hereditate paterna ſuccedere a Moyſe petierunt. Num. 27.

Rex Adonibezech comprehenſus a filiis Iſrael dixit, Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum ſummitatibus collegerunt ſub menſa ciborum reliquias, ſicut feci, ita reddidit mihi Dominus. Jud. 1.

Adducto Agag rege Amalech coram Samuele, ait ei Samuel: Sicut fecit abſque liberis gladius tuus, ſic abſque liberis inter mulieres erit mater tua. 1. Reg. 15.

Dixit David ad Saul, qui eum injuſte perſequebatur: Dominus retribuet unicuique ſecundum juſtitiam ſuam & fidem. 1. Reg. 25.

Conſtituit David, & quaſi pro lege habitum eſt, ut æqua eſſet pars deſcendentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas. 1. Reg. 30.

David noluit gratis recipere ab Areuna Jebuſæo aream, quam habere volebat, ſed juſto pretio mediante. 1. Reg. 24.

Audiens hœdum balantem Tobias dixit: Videte ne furtivus ſit, ſed reddite eum dominis ſuis: quia non licet vobis aut edere ex furto, vel aliquid contingere. Tob. 2.

Præcepto regis Aſſueri ſuperbus & iniquus Aman ſuſpenſus eſt in illo eodem patibulo, quod ipſe paraverat Mardochæo, & hoſtes Judæorum eodem die ab ipſis Judæis occiſi ſunt, quo illi Judæos occidere putaverant. Heſt. 7. & 8.

Contra Babylonem prophetans Jeremias ait: Reddite ei ſecundum opus ſuum, juxta omnia quæ fecit, facite illi. Jerem. 50.

Jubente Dario rege viri qui accuſaverunt Danielem, miſſi ſunt in lacum leonum, & non pervenerunt uſque

ad

Digitized by Google

ad pavimentum laci, donec accipe- A rent eos leones. Dan. 6. Simile accidit alia vice, de qua Dan. 14.

Fecit populus duobus presbyteris ſenibus, qui inique accuſaverunt Suſannam, ſicut male egerant adverſus proximam, & interfecerunt eos. Dan. 13.

In eodem loco in quo Andronicus occiderat injuſte Oniam ſummum Sacerdotem fecit eum purpura exutum vita privari Antiochus. 2. Mac. 4.

Impius Jaſon qui inſepultos abjecerat multos, ipſe illamentatus & inſepultus abiicitur; neque patriam, neque peregrinam habuit ſepulturam. 2. Mac. 5.

Antiochus homicida, & blaſphemus peſſime percuſſus, ut ipſe multos tra- B ctaverat, peregre in montibus miſerabili obitu vita defunctus eſt. 2. Mach. 9.

A ſervo nequam, qui noluit conſervo ſuo centum denarios dimittere, merito repetiit Dominus univerſum debitum, quod liberaliter dimiſerat prius illi. Matth. 18.

Caput LX.

De judiciis hominum rectis, aut pravis.

Cauſam quam neſcit judex debet diligentiſſime inveſtigare. Job. 30. Unde Dominus quem nihil latere poteſt, dicitur deſcendiſſe, ut videret civitatem, quam ædificabant filii Adam. Gen. 11. Infra Geneſ. 18. dicit ipſe: Deſcendam, & videbo utrum clamorem, &c. Injuſte præcepit Judas Thamar nurum ſuam comburi. Gen. 38.

Dominus Joſeph nimium credulus verbis conjugis, miſit eum in carcerem. Gen. 39.

Minora per minores judices, & majora per majores debent diffiniri, juxta id quod conſuluit Jethro Moyſi in deſerto. Exod. 18.

De duodecim bobus, & ſex plauſtris, nullum dedit Moyſes filiis Chaath, licet eſſent ſibi propinquiores, ſed totum dedit aliis Levitis, eo quod iſti amplius indigebant qui graviora portabant. Num. 7.

Conſuluit Moyſes Dominum occaſione filiarum Salphaad. Et reſpondit Dominus: Homo cum mortuus fuerit abſque filio, ad filiam ejus tranſibit hereditas, &c. Num. 27.

Voluit Moyſes, ut filii Ruben, & ceteri qui petebant terram jam acquiſitam, armati præcederent alios ad bellum, donec terra alia eſſet penitus acquiſita. Num. 31.

De filiis Samuelis dicitur. 1. Reg. 8. Declinaverunt poſt avaritiam, acceperuntque munera, & perverterunt judicium.

Injuſte protulit David ſententiam contra Miphiboſeth abſentem ad verbum Sibæ ipſi David xenia offerentis. 2. Reg. 6. Et nota, quod poſtea cognita veritate, noluit umquam ſententiam penitus retractare. 2. Reg. 19.

Salomon recte judicavit de duabus mulieribus, quarum quælibet contendebat unius pueri eſſe mater. 3. Reg. 3.

Conſtituit Joſaphat rex Juda principes terræ præcipiens eis: Videte quid faciatis. Non enim hominis exercetis judicium, ſed Domini, & quodcumque judicaveritis, in vos redundabit, ſit timor Domini vobiſcum, &c. 2. Paralip. 20.

Ad ſuggeſtionem Aman rex Aſſuerus injuſte dixit de populo: Age quod placet tibi. Eſther. 3.

De judicibus Iſrael dicebat Iſaias: Principes tui infideles, ſocii furum, omnes diligunt munera, ſequuntur C retributiones, pupillum non judicant. Iſa. 1.

Quia Hieremias a Domino miſſus prophetabat Hieruſalem eſſe capiendam a Chaldæis, dixerunt principes populi Sedeciæ regi: Rogamus ut occidatur homo hic, qui reſpondit eis: Ecce ipſe eſt in manibus veſtris, non enim fas eſt vobis regem quidquam negare. Hier. 38.

Nabuchodonoſor rex Babylonis, juſſit Sapientes Babylonis interfici, pro eo ſcilicet quod illi ſomnium quod viderat, non poterant indicare ei. Dan. 2.

Quamvis Darius rex Perſarum innocentem ſciret eſſe Danielem, tamen ad inſtantiam Satraparum fecit eum mitti in lacum leonum. Dan. 8. Simile accidit. Dan. 14.

Di-

Digitized by Google

Diſcrete examinavit Daniel duos ſenes, qui contra Suſannam iniquum tulerant teſtimonium. Dan. 13.

Cum ſuperaretur Menelaus in judicio coram Antiocho, per pecuniam quam promiſit, abſolutus fuit, & accuſatores ejus iniqua morte damnavit. 2. Mach. 4.

Conqueſti ſunt Judæi coram Antiocho rege, de iniqua morte Oniæ. Contriſtatus autem Antiochus, licet alias eſſet malus Andronicum purpura exutum in eodem loco, in quo ipſum Oniam occiderat, juſſit vita privari. 2. Mach. 4.

Nimis iniquum protulit Herodes judicium, quando mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, &c. Matth. 2.

Ad petitionem unius ſaltatricis fecit Herodes Tetrarcha Joannem Baptiſtam in carcere decollari: cum tamen ſciret eum virum juſtum, & ſanctum. Mar. 6.

Nicodemus dixit Phariſæis: Numquid lex noſtra judicat hominem, niſi audierit ab ipſo prius, & cognoverit quid faciat? Joan. 7.

Nequiſſimum fuit judicium, quo Pilatus dimiſit Barabam homicidam, latronem, ſeditioſum, & Dominum Jeſum voluntati tradidit Judæorum. Matth. 27. Luc. 23. Joan. 19.

Sacerdotibus, & magiſtratibus templi denuntiantibus Petro, & Joanni, ne docerent aliquid in nomine Jeſu Chriſti; reſponderunt Apoſtoli dicentes: Si juſtum eſt in conſpectu Dei, vos potius audire quam Deum, judicate. Act. 4.

Cum Paulus ejeciſſet dæmonium a puella phythoniſſa, accuſatus fuit a dominis ejus, quibus illa quæſtum divinando parabat: magiſtratus autem ſtatim fecerunt Paulum, & Silam virgis cædi, & in carcerem mitti: Act. 16.

Judæis accuſantibus Paulum, Gallio Proconſul dixit: Si eſſet iniquum aliquod, aut facinus peſſimum o Judæi, recte vos ſuſtinerem. Si vero quæſtiones ſunt de nominibus legis veſtræ, vos ipſi videritis: judex horum nolo eſſe. Act. 18.

Princeps ſacerdotum præcepit percutere os Pauli. Tunc ait Paulus:

A Percutiet te Dominus paries dealbate. Et tu ſedens judicas me ſecundum legem, & contra legem jubes me percuti? Act. 23.

Licet Paulus coram Felice præſide ſe rationabiliter excuſaſſet, voluit tamen Felix gratiam præparare Judæis, & Paulum vinctum ſucceſſori ſuo Feſto reliquit. Act. 24.

Dixit Feſtus præſes: Non eſt conſuetudo Romanis damnare aliquem hominem, priuſquam is qui accuſatur præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Act. 25.

Feſtus volens acquieſcere Judæis qui petierunt, ut Paulus Hieruſalem mitteretur, dixit Paulo: Vis Hieroſoly-
B mam aſcendere, & ibi judicari de his apud me? Reſpondens Paulus: Ad Tribunal Cæſaris ſto, &c. Cæſarem appello. Tunc Feſtus cum concilio locutus, dixit: Cæſarem appellaſti? Ad Cæſarem ibis. Act. 25.

Auditis rationibus Pauli: Agrippa rex, & Feſtus præſes loquebantur adinvicem, dicentes: Quia nihil dignum morte fecit homo iſte. Agrippa autem Feſto dixit: Dimitti poterat homo hic, ſi non appellaſſet Cæſarem. Act. 26.

CAPUT LXI.

De pœnitentia.

C QUamdiu manſit Maria extra caſtra, non proceſſerunt filii Iſrael per deſertum. Num. 12.

Non enim eſt bonum ire per deſertem hujus vitæ ſine amaritudine pœnitentiæ.

Audiens populus filiorum Iſrael Dominum eſſe iratum, propter murmurationem eorum, luxit nimis, & inmane voluerunt plus facere, quam Dominus præciperet eis. Num. 14.

Ad vocem Angeli improperantis populo peccatori beneficia Dei, elevarunt omnes vocem ſuam, & fleverunt. Judic. 2.

Dixerunt filii Iſrael ad Dominum, Peccavimus, tu redde nobis id quod placet & omnia idola projecerunt. Sequitur. Qui doluit ſuper miſeriis eorum. Judic. 10.

Cito

Cito pœnituit David, quando Nathan ipſum de crimine reprehendit 2. Reg. 12.

Achab rex Iſrael ſceleratiſſimus, operuit carnem ſuam cilicio, jejunavitque & dormivit in ſacco, & ambulavit demiſſo capite, & minorata eſt pœna digne illi pro criminibus infligenda. 4. Reg. 21.

Manaſſes rex Juda vinctus catenis, & in Babylonem ductus egit pœnitentiam valde coram Domino; & reduxit eum Dominus in Hieruſalem in regnum ſuum. 2. Paralip. 33.

Lamentante Eſdra pro peccatis populi dictum eſt ei: Si eſt pœnitentia in Iſrael ſuper hoc, percutiamus, fœdus cum Domino Deo noſtro, &c. 1. Eſdr. 10.

Audita terribili potentia Holofernis, ſacerdotes induerunt ſe ciliciis, & ex toto corde omnes orabant Dominum, ut viſitaret populum ſuum. Judith. 4. Et in laude Judith dicitur, quod habens ſuper lumbos ſuos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, præter ſabbata, & neomenias, & feſta domus Iſrael. Judith. 8.

Quamvis Job eſſet vir ſimplex, & rectus, & timens Deum, & recedens a malo, tamen dicebat: Ago pœnitentiam in favilla, & cinere. Job. 42.

Inſtante captivitate Hieruſalem, dicebat Iſaias: Vocavit Dominus in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad calvitiumſ, & ad cingulum ſacci, &c. Iſa. 22. Ninivitæ crediderunt Domino ad prædicationem Jonæ, & prædicaverunt jejunium, & veſtiti ſunt ſacco a minore uſque ad majorem. Jon. 3.

Appropiante exercitu, Thimothei, Machabæus & qui cum ipſo erant, precabantur Deum caput terra aſpergentes, lumboſque ciliciis præcincti ad altaris crepidinem provoluti, ut ſibi eſſet propitius, & inimicis eorum inimicus. 2. Mach. 10.

Joannes Baptiſta ſanctificatus antequam ex utero matris natus, a ſanctis parentibus educatus fugit in deſertum, & ibi tam auſteram vitam duxit, quod dicebatur, neque bibens, neque comedens. Matth. 3. Et addit Bernardus: Plane neque veſtiens,

A quia pili camelorum non ſunt veſtis humana.

Quam libenter recipiat Dominus peccatores ad pœnitentiam ex his apparet, quia prædicationem ſuam a pœnitentia legitur incœpiſſe. Matth. 4. Item ad hoc aſſerit ſe veniſſe. Luc. 6. Item hoc ipſum per opera demonſtravit, exemplum de Maria, de Matthæo, de Zachæo, de Petro. Item per ſimilitudines quas ponebat de ove, quæ periit in deſerto: de drachma quam mulier perdidit in domo: de filio, quem pater reputabat mortuum, & poſtea ſuſcitatus eſt. Luc. 15.

Maria Magdalena exemplo pœnitentiæ non juſſit, venit ad Dominum:

B convivantes non erubuit, a retro ſecus pedes Domini ſtetit, inter epulas lacrymas obtulit. Luc. 7.

Ut induceret Dominus homines ad faciendum pœnitentiam ponit exemplum, de quibuſdam ſuper quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos, & ſubdit: Si non pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis. Luc. 13.

Ad exemplum ovis quæ perierat, vel drachmæ quam mulier perdidit, ſed poſtea inventæ fuerunt, dicit Dominus gaudium magnum in cœlo eſſe ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. Luc. 15.

Levem & brevem pœnitentiam injunxit Dominus mulieri in adulterio

C deprehenſæ dicens: Vade, & jam amplius noli peccare. Joan. 8.

Videns Judas quod damnatus eſſet Jeſus pœnitentia ductus retulit triginta argenteos dicens peccavi, tradens ſanguinem juſtum. Matth. 27. bonum quidem dixit, ſed quia deſperavit, veniam non meruit.

Petrus peccavit negando Dominum in atrio principis ſacerdotum, ſed quando flere, & pœnitere voluit, foras exivit Matth. 26. Mar. 14. Et nota quod Luc. 22. Additum eſt; Converſus Dominus reſpexit Petrum.

Quærentibus quibuſdam Judæis corde compunctis, quid faciemus viri fratres. Ait illis Petrus: Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum, &c. Act. 2.

Auditis rationibus Petri, quare ivε-
rat

rat ad Cornelium, & eum baptizaverat, tacuerunt fratres, & glorificaverunt Deum dicentes: Ergo, & Gentibus Deus pœnitentiam ad vitam dedit. Act. 9.

CAPUT LXII.

De honore parentum.

SEm, & Japheth benedictionem patris commeruerunt, quia nudato obſequium præbuerant. Cham vero in filio ſuo maledictus fuit, quia nuditatem deriſit. Gen. 9.

Magnæ reputationis erat apud antiquos benedictio patris, ut patet in Jacob, & Eſau, qui ambo ipſam tam ſolicite quæſierunt. Gen. 37.

Licet Eſau eſſet malus homo reprobatus a Deo, & odio haberet fratrem ſuum Jacob, nolebat tamen occidere ipſum vivente patre ſuo Iſaac, unde dicebat: Venient dies luctus patris mei, &c. Gen. 27. In hoc deferens patri, & timens offenſam ejus.

Ad magnam pœnitentiam ſe obligabat Judas cum dixit patri de Benjamin: Niſi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Gen. 43. Et notandum eſt quod prius 42. cap. dixerat Ruben: Duos filios meos interfice, ſi non reduxero eum tibi, & tamen pater non acquievit illi: acquievit autem Juda dicenti prædicta verba. Idem Juda poſtea ſupplicans Joſeph, ut Benjamin ad patrem remitteret, & inter cetera repetiit prædicta verba, quibus ſe obligaverat patri, & ſubiunxit: Non poſſum redire ad patrem abſente puero, ne calamitatis quæ oppreſſura eſt patrem meum, teſtis aſſiſtam. Gen. 44.

Jacob benedicens filios, dixit contra Ruben: Effuſus es ſicut aqua non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui, maculaſti ſtratum ejus. Gen. 49.

Præcepit Dominus per Moyſen. Deut. 21. Si genuerit homo filium contumacem, & protervum, &c. Sequitur, lapidibus eum obruet populus civitatis.

Reddidit Dominus malum quod fecerat Abimelech contra patrem ſuum interfectis ſeptuaginta fratribus ſuis. Judic. 9.

A Non audierunt filii Heli patrem ipſos corripientem. 1. Reg. 2. Ideo divinam ultionem experti ſunt. 1. Reg. 4.

Quia Jonathas guſtavit paululum mellis contra inhibitionem patris, morti adjudicatus eſt a patre, ſed tamen a populo liberatus eſt. 1. Reg. 14.

David a facie Saul fugiens, & in magna neceſſitate exiſtens, habuit curam parentum ſuorum, & recommendavit eos diligenter, apud regem Moab. 1. Reg. 15. Et deinceps.

Venienti Berſabee matri Salomonis aſſurrexit rex, adoravitque eam, & poſitus eſt thronus matri regis, &c. 2. Reg. 2.

Duo filii Sennacherib occiderunt eum: ſed tamen neuter eorum re-
B gnavit poſt eum. 4. Reg. 19.

Tobias ſenior inſtruens filium inter cetera dixit: Cum acceperit Deus animam meam, corpus ſepeli, & honorem habebis matri tuæ. Tob. 4.

Eiiciens Dominus de templo cum flagellis vendentes, & ementes oves, & boves, & numularios, dixit: Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis. Joan. 2. In hoc & alias multotiens honorem patris quærens.

De puero Jeſu dicitur, Deſcendit cum illis, ſcilicet cum Maria & Joſeph, & venit in Nazareth, & erat ſubditus illis. Luc. 2.

Ipſe etiam dixit: Joan. 8. Honorifico Patrem meum. Idem Dominus
C pendens in cruce, matrem ſuam dilecto diſcipulo commendavit. Joan. 19. In quo apparuit, quam ſolicitudinem gerebat de ipſa, qui in tali articulo exiſtens de ea, taliter cogitabat.

CAPUT LXIII.

De gratiis agendis pro beneficiis Dei.

SOlicite gratias agebat Deo Jacob dicens. Gen. 32. Domine minor ſum cunctis miſerationibus tuis, &c.

Voluit Dominus, ut liberatio filiorum Iſrael de Ægypto numquam excideret de eorum memoria. Exod. 13. Erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monimentum ante oculos tuos, ut lex Domini ſit ſemper in ore tuo.

Fece.

Digitized by Google

Fecerunt Moyſes & filii Iſrael carmen Domino, & dixerunt: Cantate Domino, poſtquam ſcilicet tam mirabiliter tranſierunt mare rubrum. Exod. 15.

Obtentâ de inimicis mirabili victoria venerunt ad Moyſem principes exercitus Iſrael dicentes, quod nullus fuerat de filiis Iſrael in bello occiſus, & tamen hominum & animalium rapuerunt magnam prædam. Num. 31. & ob hanc cauſam donaria magna Domino obtulerunt.

Præcepit Dominus, ut poſt tranſitum Jordanis miraculoſum ponerentur duodecim duri lapides in perpetuum monimentum. Joſ. 4.

Poſt victoriam de Siſara habitam, Barach, & Debbora Domino cecinerunt. Jud. 5.

Quamvis filii Iſrael in præliis, ubi vincebant, fortiter dimicarent: tamen dicebatur Dominus percutere inimicos, ut laus Deo attribueretur. Jud. 20.

Audiens David revelationem, quam fecerat Deus Nathan Prophetæ de regni ſui duratione, gratias egit valde humiliter & devote. 2. Reg. 7.

Oravit & laudavit Dominum Anna pro filio ſibi dato. 1. Reg. 2.

Multum laudandus eſt Deus, quando dat populo bonum Principem, vel Prælatum. 2. Reg. 5. Benedictus Deus, qui dedit David filium ſapientiſſimum ſuper hunc populum.

Cyrus Rex Perſarum fecit clamari, Omnia regna terræ dedit mihi Deus cæli, &c. quis eſt in vobis de univerſo populo ejus? ſit Deus cum ipſo, & aſcendat Hieruſalem. 1. Eſdr. 1.

Cum Tobias recuperaſſet viſum ipſe, & uxor ejus & omnes qui ſciebant eum glorificabant Deum. Tob. 11.

Omnis populus poſt victoriam de exercitu Holofernis habitam venit in Hieruſalem adorare Dominum, &c. Judith. 16.

Revelata Danieli viſione Nabuchodonoſor regis Babylonis benedixit Deo cæli, & ait: Sit nomen Domini benedictum, quia ſapientia & fortitudo ejus ſunt. Dan. 2.

Devote & pulchre exſolverunt laudes Deo illi pueri de fornacis incen-

A dio liberati, & non ſolum illi hac de cauſa gratias egerunt Deo, ſed etiam Nabuchodonoſor prædicari fecit mirabilia Dei in toto regno. Dan. 3.

Mundato templo, & altari erecto ſub Juda Machabæo adoraverunt & benedixerunt in cælum eum qui proſperavit eos. Mac. 4.

Judas Machabæus, & populus Hieroſolymorum ſcripſerunt Ariſtobolo, dicentes: De magnis periculis a Deo liberati magnifice gratias agimus ipſi, &c. 2. Mach. 1.

Devicto Timotheo per Judam Machabæum, & capto quodam forti præſidio: in hymnis & confeſſionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit cum Iſrael. 2. Mach. 10.

B Beata Virgo audita laude, quam dixit Eliſabeth, Benedicta tu, &c. in vocem laudis prorupit pro beneficiis ſibi, & toti mundo collatis. Luc. 1.

Quando volebat Dominus Jeſus aliquod grande opus facere: frequenter legitur in cælum ſuſpexiſſe, & gratias egiſſe, ſicut patet in panis multiplicatione: Matt. 14. Jo. 6. In Lazari ſuſcitatione. Jo. 11. In Euchariſtiæ inſtitutione. Matth. 26. Luc. 22.

Nato Joanne Baptiſta Zacharias recuperato loquendi officio Deum prophetando laudavit, dicens: Benedictus Dominus Deus Iſrael. Luc. 1.

Accepit Simeon puerum Jeſum in ulnas ſuas, & benedixit Deum, &c.

C Luc. 2.

Videntes turbæ Paralyticum a Deo curatum glorificaverunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus. Matth. 9. Item filio viduæ ſuſcitato, acceperunt omnes timorem, & magnificabant Deum, dicentes: Quia Propheta magnus, &c. Luc. 7.

Unus illorum decem leproſorum ad mandatum Domini mundatus regreſſus eſt, & cecidit in faciem ſuam ad pedes ejus, gratias agens Luc. 17.

Poſtquam cœnavit Dominus cum diſcipulis ſuis ſubditur: Et hymno dicto exierunt in montem olivarum. Matt. 26. Mar. 14.

Claudus a Petro ſanatus, intravit cum Apoſtolis in templum ambulans & exiliens, & laudans Deum. Act. 3. ſequitur poſtea quarto capitulo: Om-

Digitized by Google

Omnes glorificabant id quod factum fuerat, annorum enim erat homo ille plus quam quadraginta.

Gratias agebat Paulus pro beneficiis ſibi & aliis a Deo collatis, ſibi quidem in ſua converſione. 1. Tim. 1.

Gratias ago ei qui me confortavit in Chriſto, qui prius fui blaſphemus & perſecutor, & contumelioſus, ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum. Item in ſua converſatione. 2. Cor. 2. Deo gratias qui ſemper triumphat nos in Chriſto Jeſu, &c. Item pro beneficiis fratribus collatis gratias devote agebat. Rom. 1. Primum quidem gratias ago pro omnibus vobis: quia fides veſtra in univerſo mundo annuntiatur. 1. Theſſ. 3. Quam gratiarum actionem poſſimus Deo retribuere pro vobis in omni gaudio quo gaudemus, &c. gratias agere in omnibus admonebat. Eph. 5. Gratias agentes ſemper pro omnibus, & 1. Theſſal. 5. Semper gaudete, ſine intermiſſione orate, &c.

CAPUT LXIV.

De gratitudine pro beneficiis ab homine acceptis.

CUm percuſſiſſet Abraham quatuor reges, & omnem ſubſtantiam, quam illi rapuerant, reduxiſſet, rex Sodomorum egreſſus eſt in occurſum ejus, & omnia obtulit ei animabus exceptis. Gen. 14. Ubi notandum eſt, quod licet Abraham oblata reſpuerit, tamen bene voluit, ut ſocii ſui partem haberent de præda, tamquam eorum ſuffragio non ingratus.

Videns Laban jocalia, quæ ſervus Abraham dederat Rebeccæ ſorori ſuæ, venit ad illum & dixit ei: Ingredere benedicte Domini, & eum in hoſpitio cum multa humanitate recepit. Gen. 24.

Poſtquam Jacob ſervierat Laban avunculo ſuo multis annis, dixit ei Laban: Num quia frater meus es, ſervies mihi? &c. Gen. 29.

Pharao Rex Ægypti multum fuit gratus Joſeph pro expoſitione ſomnii ſui, & eum magnifice ſublimavit. Gen. 41.

Raguel Sacerdos Madian gratus A fuit, pro eo quod Moyſes filias ejus defenderat, & ad gregem adaquandum juverat, unde fecit eum vocari, ut comederet, & dedit ei filiam ſuam uxorem. Exod. 2.

Valde ſolicitus fuit Joſue, ne Rahab qui nuntios ab eo miſſos abſconderat, civitate Jericho ruente periret. Joſ. 6.

Cum liberaſſet Gedeon Iſrael ab inimicis, dixerunt omnes ad eum: Dominare noſtri tu & filius tuus, quia liberaſti nos de manibus Madian. Judic. 8.

Dixit Noemi, commedans Booz, qui Ruth benigne viderat, benedictus ſit a Domino, quoniam eamdem gratiam quam præbuerat vivis, ſer-B vavit & mortuis. Ruth. 2.

Quia Cinæus bene ſe habuerat ad filios Iſrael pepercit ei Saul, quando deſtruxit Amalech. 1. Reg. 15.

Dixit David ad Abiathar, cujus pater dilexerat ipſum David: Mane mecum ne timeas, ſi quis quæſierit animam tuam, quæret & meam. 1. Reg. 22.

Miſit David nuntios ad viros Jabes Galaad, qui ſepelierant corpus Saul, & filiorum ejus, & gratias egit eis. 2. Reg. 2.

Propter amorem Jonathæ filii Saul, inquiſivit David, ſi erat aliquis ſuperſtes de genere ejus, & conſtituit Miphiboſeth filium Jonathæ convivam menſæ ſuæ. 2. Reg. 9.

C Regina Saba munera attulit Salomoni: ille vero dedit ei omnia, quæ petiit, exceptis iis, quæ ultro obtulit ei munere regio. 3. Reg. 10.

Elias pie compaſſus eſt viduæ apud quam ſuſtentabatur, & efficaciter oravit pro filio illius defuncto ita quod ipſum a mortuis ſuſcitavit. 3. Reg. 7.

Allegavit Abdias beneficium, quod contulerat Prophetis Domini, quos abſconderat, quando quærebantur ad mortem ad hoc ſcilicet, quod Elias ei nuntium periculoſum injungere non deberet. 3. Reg. 18. Aſcenſurus in cœlum Elias bene remuneravit diſcipulum ſuum Eliſeum. 4. Reg. 2.

Mulieri Sunamitidi hoſpitæ Eliſei benigne obtulit, ut loqueretur pro ea regi, ſi apud illum haberet negotium. Item filium eidem impetravit, & po-

Digitized by Google

& poſtea mortuum ſuſcitavit. 4. Reg. 4.

Naamam Syrus mundatus a lepra ad verbum Eliſei, obtulit ei munera dicens, Obſecro ut accipias benedictionem a ſervo tuo. 4. Reg. 5.

Accuſatores Judæorum miſerunt epiſtolam Artaxerſi regi, Memores ſalis, quod in palatio comedimus. Et quia læſiones regis videre nefas ducimus, idcirco miſimus, &c. 1. Eſdr. 4.

Tobias junior cum multa gratitudine retulit patri ſuo beneficia a Raphaele percepta. Tob. 12.

Heſter regina non fuit ingrata Mardochæo nutritori ſuo. Heſt. 4. & 5.

Nabuchodonoſor rex Babylonis audita expoſitione ſomnii ſui per Danielem, in ſublime eum extulit, & magna munera dedit illi. Similiter Balthaſar honoravit eum pro eo, quod expoſuerat ei ſcripturam, quam in pariete viderat. Dan. 2. & 5.

Audiens Judas Machabæus, quod Schythopolitæ bene ſe habuerant ad Judæos in tempore tribulationis eorum, gratias egit eis, &c. 2. Mach. 12.

Seniores Judæorum dixerunt Domino Jeſu de Centurione pro ſervo infirmo rogante, Dignus eſt, ut hoc illi præſtes. Diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ædificavit nobis. Luc. 7.

Pie & plene recognoſcebat Paulus beneficia ſibi collata, unde Gal. 4. Sicut Angelum Dei recepiſtis me, & ſi fieri potuiſſet oculos veſtros eruiſſetis & dediſſetis mihi. Item Phil. 4. Repletus ſum acceptis ab Epaphrodito, quæ miſiſtis in odorem ſuavitatis, &c. Item 2. Tim. 1. Det miſericordiam Dominus Oneſiphori domui, qui ſæpe me refrigeravit, & catenam non erubuit, &c.

Item pro Oneſimo ſervo Philemonis, qui ei miniſtraverat in carcere, ſcribit eidem Philemoni efficaces litteras.

Caput LXV.

De ingratitudine.

PRæpoſitus pincernarum ſuccedentibus proſperis oblitus eſt Joſeph interpretis ſui. Gen. 40.

Utiliter & fideliter ſervivit Jacob avunculo ſuo Laban, & ille multotiens noluit eum valere. Gen. 31.

Videns autem populus, quod moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, dixit ad Aaron. Fac nobis Deos. Exod. 32. cito videbatur oblitus beneficiorum quæ receperat a vero Deo.

Filiis Iſrael in deſerto vertebatur in tædium cibus optimus ſine labore de cœlo datus, & flebant dicentes: Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? Num. 11.

Angelus Domini improperavit filiis Iſrael beneficia a Deo collata, & quomodo illi abeuntes ruperant fœdus & tranſgreſſi erant Dei mandata. Jud. 2.

Multa beneficia recepit Saul a David, & tamen ad occidendum eum modis quibus poterat, laboravit. 1. Reg. 17. & poſt, quaſi per totum.

Salvavit David habitatores Ceilæ, & tamen voluerunt eum tradere in manus Saul ipſum perſequentis. 1. Reg. 23.

Reddiderunt filii Ammon pro beneficio, & honore contumeliam, quando vituperaverunt nuntios David, quos miſerat ad conſolandum regem eorum ſuper patris interitu. 2. Reg. 10.

Ingrati fuerunt David & Joab Uriæ, quorum primus litteras mortis dedit, & alter crudeliter executus eſt. 2. Reg. 11.

Poſtquam David revocavit Abſalom filium ſuum, & pepercit ei ſuper homicidio, quod commiſerat in fratrem ſuum, ſurrexit ipſe Abſalom contra patrem ſuum, 2. Reg. 15.

Non fuit David bene memor amicitiæ, quam contraxerat cum Jonatha, quando nimis cito filium ſuum exheredavit. 2. Reg. 16.

Sublimavit Dominus Jeroboam ſuper decem tribus, & ſtatim ille libidine dominandi elatus populum avertit a cultu Dei. 4. Reg. 12.

Eli-

Digitized by Google

Eliſeus multa bona fecerat regi Iſrael, & toti populo, & tamen propter cariſtiam, quæ erat in terra præcepit caput ejus amputari, ſed Deus aliter ordinavit. 4. Reg. 6.

Non eſt recordatus Joas rex Juda miſericordiæ, quam fecerat Jojada pontifex ſecum, ſed interfecit Zachariam filium ejus arguentem illum, eo quod Dominum reliquiſſet. 2. Paral. 24.

Amaſias rex Juda divino fretus auxilio vicerat Idumæos, & filios Seir, & tamen auferens Deos eorum adoravit illos, miſſus autem Propheta ad eum dixit: Cur adoraſti Deos, qui non liberaverunt populum ſuum de manu tua? 2. Paral. 25.

Ezechias non juxta quod acceperat, retribuit Domino. Elevatum enim eſt cor ejus, &c. 2. Paral. 32.

Multi bonitate principum & honore, qui in eos collatus eſt, abuſi ſunt in ſuperbiam, nec contenti ſunt gratias non agere beneficiis, &c. Heſt. 15.

Conquerendo dicit Dominus de populo Judæorum Iſa. 1. Filios enutrivi & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me, & convincit eos beſtiis eſſe minus gratos ſubdens: Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael autem me non cognovit.

Multa & magna beneficia volebat Dominus facere Achaz regi Juda, prout mandavit ei per Iſaiam, quæ tamen ille acceptare contempſi. Iſa. 7.

Miſit Jonathas fortes viros, qui liberaverunt regem Demetrium de manibus Antiochenorum, & poſtea alienavit ſe Demetrius a Jonatha, & non retribuit ei ſecundum beneficia, quæ ſibi tribuerat & vexabat eum valde. 1. Mach. 11.

De decem viris leproſis a Salvatore mundatis, unus tantum regreſſus eſt magnificans Deum, & gratias agens. Luc. 17.

Ingrati fuerunt Paulo domini puellæ pythoniſſæ, a qua Paulus ſpiritum malum ejecit, magis enim doluerunt de quæſtu amiſſo, quam gaviſi fuerint de dæmone expulſo. Act. 15.

Caput LXVI.

Quod veritas odium parit.

Balach rex Moab multum dolebat, quando Balaam bona dicebat de filiis Iſrael, licet eſſent vera, nec eum honoravit, ſicut honoraſſet, ſi ei placentia verba dixiſſet. Num. 24. Decreveram quidem honorare te, &c.

Joatham filius Gedeonis fugit a facie Abimelech, cum dixiſſet verum de eo & de illis, qui male eum elegerant. Jud. 9.

Iratus eſt Saul contra Jonathan filium ſuum, quia ille excuſabat David, qui vere innocens erat erga ipſum Saul. 1. Reg. 20.

Achab oderat Michæam prophetam, quia ille dicebat ei veritatem. 4. Reg. 22. Ego, inquit, odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum.

Cum increpaſſet Hanani propheta regem Aſa, quia confiſus erat in Benadad rege Syriæ, iratus eſt Aſa, & juſſi Videntem in nervum mitti. 2. Paral. 16.

Ad imperium regis lapidatus eſt Zacharias filius Jojadæ, qui regem, & principes arguebat pro eo quod Dominum dereliquiſſent. 2. Paralip. 24.

Cum dixerat Achior magnalia fecerat Deus pro filiis Iſrael, & magnam eſſe ejus potentiam: irati ſunt omnes magiſtratus Holofernis, & cogitabant interficere eum: Holofernes etiam indignatus eſt vehementer. Judith. 5. & 6.

Clauſit Hieremiam prophetam in domum carceris Sedecias rex Juda, dicens: Quare vaticinaris, &c. Hier. 32.

Cum legiſſet Baruch verba, quæ ſcripſerat ex ore Hieremiæ coram Joachim rege Juda, fecit rex in ignem proiici volumen, quia dicebatur ibi veritas de civitate Hieruſalem capienda, & præcepit rex Baruch, & Hieremiam comprehendi: ſed Deo volente tunc non fuerunt inventi. Hierem. 36. Poſtmodum vero cum iterum prophetaret captionem civitatis, miſſus fuit in lacum, ubi non erat aqua, ſed lutum, & deſcendit Hieremias in cœnum. Hier. 38.

Pro

Pro eo quod Daniel probavit Bel, & draconem non eſſe Deos, Babylonii convenerunt adverſus eum ad regem, & procuraverunt Daniel mitti in lacum leonum. Dan. 14.

Ex bonis & veris ſermonibus Eleazari, hi qui eum trahebant ad ſupplicium, & paulo ante fuerant mitiores, in iram verſi ſunt. 2. Mach. 6.

Quia Joannes Baptiſta dicebat Herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui: fecit eum Herodes incarcerari, & poſtea decollari. Matth. 14. Mar. 6.

Cum Dominus increparet de multis hypocritas Phariſæos, cœperunt ei graviter inſiſtere, & os ejus opprimere de multis inſidiantes ei, & quærentes rapere aliquid ex ore ejus, ut accuſarent eum. Luc. 11.

Phariſæi cœco nato, a Domino illuminato male dixerunt, & extra ſynagogam ejecerunt, pro eo quod veritatem conſtantiſſime fatebatur. Joa. 9.

Principes ſacerdotum, audientes verba Apoſtolorum de doctrina Chriſti, diſſecabantur, & cogitabant interficere illos, & cæſis denuntiaverunt, ne amplius loquerentur in nomine Jeſu: & illi ibant gaudentes a conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati. Act. 5.

Audientes Judæi verba beati Stephani diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum, & eiicientes eum extra civitatem lapidabant. Act. 7.

Multos & magnos habuit adverſarios beatus Paulus, pro verbis veritatis, & ſobrietatis, quæ ipſe hominibus loquebatur. Act. 9. Et deinceps. Item ad Gal. 4. Ego inimicus ſum vobis verum dicens.

Caput LXVII.

De mendacio.

PRimum mendacium fuit a ſerpente prolatum, quando dixit mulieri: Nequaquam moriemini. Gen. 3.

Sara timore perterrita a riſu ſe mendaciter excuſavit. Gen. 18.

Etiam fornicatores mendacium dicere dedignantur, ſicut Judas, qui dixit: Mendacii arguere nos non poterit. Gen. 38.

Mendacium obſtreticum, quod dixerunt Pharaoni filios Hebræorum jugulare nolentes, habuit remunerationem temporalem, & non æternam, licet fuerit illud mendacium valde officioſum. Exod. 1.

Multoties voluit Pharao decipere Moyſen per mendacium, ſed tandem nihil ei profuit. Exod. 9. & 10.

Sedens & flens, dixit populus in deſerto. Num. 11. Recordamur piſcium quos comedebamus in Egypto gratis, &c. tamen nimis care emebant ea, quæ in Ægypto habebant.

Callide cogitantes Gabaonitæ voluerunt Joſue mendaciter decipere, ſed ille bono uſus eſt conſilio, eos in ſervitutem redegit, nec initum fœdus rupit. Joſ. 9.

Numquam mendacium licet dicere, ſed veritatem licet, & expedit quandoque tacere, ſicut fecit Samuel dicens. 1. Reg. 15. Ad immolandum Domino veni. Ad aliud enim principaliter venerat, & nihilominus hoc facere proponebat.

Dixit Saul ſervos ſuos conjuraſſe adverſum ſe, quia non capiebant David, & dixit, David ſervum ſuum inſidiari ſibi: & ipſe vere inſidiabatur ei. 1. Reg. 22.

Occiſo unico filio David, fama pervenit ad ipſum David, dicens: Percuſſit Abſalom omnes filios regis. 2. Reg. 13. Sic faciunt homines, ſæpe nuntiando rumores.

Officioſe mentitus eſt Chuſai Abſalom, dicens: Sicut parui patri tuo, ſic parebo, &c. 2. Reg. 17.

Vir Dei qui prædixit Jeroboam deſtructionem altaris ſui, per falſi Prophetæ mendacium ſeductus fuit, & mandatum Domini præterivit. 3. Reg. 13.

Duo falſi teſtes producti contra Naboth fuerunt cauſa lapidationis ejus. 3. Reg. 21.

Spiritus mendax in ore malorum prophetarum decepit Achab, ut iret ad pugnam, & ibidem fuit percuſſus ad mortem. 3. Reg. 22.

Per verba quæ dixit Judith Holoferni decepit eum, licet excuſetur per intentionem quam habuit. Judith 11. & 12.

Digitized by Google

Peſſimum mendacium adinvenit Aman, ut poſſet confundi Mardochæus, qui illum adorare nolebat. Eſther. 3.

Acceſſerunt ad Hieremiam principes, & vulgus quod remanſerat poſt deſtructionem Hieruſalem, & dixerunt ſe facturos, quidquid ille præciperet eis, ſive bonum, ſive malum: ſed largam promiſſionem male tenuerunt. Hier. 42.

Pernicioſum & deteſtabile mendacium dixerunt duo ſenes presbyteri adverſus Suſannam, quam tamen ex conſtantiſſima caſtitate commendare debebant. Dan. 13.

Antiochus rex miſit principem tributorum in civitates Juda & venit in Hieruſalem, & locutus eſt ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & præcucurrit ſuper civitatem repente, & percuſſit eam plaga, &c. 1. Mach. 1.

Cum obſideret Antiochus Eupator civitatem Hieruſalem, nec poſſet capere eam, miſit ad eos qui erant intus pacem facere. Et receperunt illam, & juravit illis rex & principes, ſed rupit citius juramentum, & mandavit deſtruit murum, &c. 1. Mach. 6.

Alcimus qui volebat fieri ſummus ſacerdos, dixit regi Demetrio: Perdidit Judas, & fratres ejus amicos tuos, &c. 1. Mach. 7. Deinde venit Alcimus in terram Juda cum Bachide, & miſerunt nuntios ad Judam & fratres ejus, & locuti ſunt verbis pacificis in dolo, & tandem probatum eſt, quod non erat in eis veritas, & judicium. 1. Mach. 7.

Promiſit rex Demetrius Jonathæ, quod redderet ei arcem, ſed cum liberaſſet fuiſſet per Judæos quos miſit ei Jonathas, mentitus eſt Demetrius omnia quæcumque dixit, & alienavit ſe a Jonatha, &c. 1. Machab. 11.

Miſit Simon Tryphoni centum talenta argenti, & duos filios Jonathæ pro liberatione ipſius, quia promiſerat Tryphon remittere Jonathan, ſi hoc fieret ei: ſed mentitus eſt ei Tryphon, quia argentum retinuit, & patrem cum filiis interfecit. 2. Mac. 13.

Mentiti ſunt contra Dominum Jeſum Chriſtum Judæi, præcipue Scribæ & Phariſæ, qui magis invidebant ei, dicentes eſſe peccatorem, potatorem, mendacem, & voracem, prohibentem dari tributa Cæſari, gentis ſubverſorem, & turbæ ſeductorem, dæmoniacum, & blaſphemum.

Nequiſſimum mendacium excogitaverunt Judæi, quando corruperunt cuſtodes dominici ſepulcri, ut dicerent, quod diſcipuli nocte furati erant corpus Domini. Matth. 28.

Ananias & uxor ejus Saphira, mentiti ſunt Petro de pretio agri venditi, quod mendacium fuit per Petrum graviſſime vendicatum. Act. 5.

Judæis ſtatuerunt duos falſos teſtes contra beatum Stephanum, dicentes: Homo iſte non ceſſat loqui verba adverſus locum ſanctum, & legem. Act. 6.

Contra beatum Paulum multa adinventa ſunt mendacia. Nam illi quæſtuarii, qui habebant puellam pythoniſſam in Philippis, a qua Paulus ſpiritum pythonem ejecerat, dixerunt magiſtratibus civitatis: Hi homines conturbant civitatem noſtram, cum ſint Judæi, & annuntiant morem quem non licet nobis ſuſcipere. Act. 16.

Item apud Athenas dicebant quidam: Quid vult ſeminiverbius hic dicere? Alii vero dicebant: Novorum dæmoniorum annuntiator eſſe videtur. Act. 17.

Rurſus etiam Hieroſolymis quidam Judæi injecerunt ei manus clamantes, Viri Iſraelitæ adiuvate. Hic eſt homo qui adverſus populum, & legem, & locum hunc omnes ubique docens, inſuper & Gentiles induxit in templum, & violavit ſanctum locum iſtum. Act. 21.

Poſtea coram Felice Præſide Tertullus orator Judæorum dixit eum hominem peſtiferum, & concitantem ſeditionem Judæis in univerſo orbe. Act. 24.

Præterea in inſula Melitæ, videntes Barbari viperam in manu Pauli pendentem, dicebant adinvicem: Utique homicida eſt homo hic, qui cum evaſerit de mari, ultio eum vivere non ſinit. Act. 28.

Teſtatur etiam ipſe Paulus de ſeipſo. Rom. 3. Ajunt quidam nos dicere:

Digitized by Google

re: Faciamus mala, ut veniant bona, quorum damnatio juſta eſt.

Item 2. Cor. 10. dicebant quidam Judæi, Epiſtolæ graves ſunt, & fortes, præſentia autem corporis infirma, & ſermo contemptibilis, &c.

Caput LXVIII.

De proditione.

PAtiente Saule vexationem a dæmone, David coram ipſo pſallebat, & ille niſus eſt eum configere parieti cum lancea quam tenebat. 1. Reg. 18. & 19.

Saul promiſit ſe daturum filiam ſuam David, ut per occaſionem poſſet a Philiſtæis occidi. 1. Reg. 18.

Salvavit David habitatores Ceilæ ab exercitu Philiſtinorum oppugnantium civitatem, & voluerunt eum tradere Sauli, ipſum ad mortem quærenti. 1. Reg. 23.

Poſtquam Saul fleverat, quaſi dolore de perſecutione David, & David ei juraverat, perſecutus eſt ipſe Saul David ita nequiter & acriter, ſicut primo fecerat. 1. Reg. 24. Et deinceps.

Urias detulit ad Joab ex parte David, litteras mortis ſuæ. 2. Reg. 11.

Amnon filius David vocaverat ſororem ſuam Thamar, quaſi de manu illius cibum ſumere deberet, & poſtea oppreſſit eam. 2. Reg. 13. Vocavit Abſalom ad convivium fratrem ſuum Amnon, & ibidem occidit eum. 2. Reg. 13.

Cum ſalutaſſet Joab Amaſam, quaſi oſculari eum vellet, percuſſit eum in latere, & effudit inteſtina illius. 2. Reg. 20.

Zambri dux mediæ partis equitum, occidit Ela dominum ſuum, & regnavit poſt eum ſeptem diebus tantum; obſeſſus enim fuit, & ſuccendit ſe, & palatium in quo erat. 3. Reg. 16.

Sellum filius Jabes conjuravit contra Zachariam regem Iſrael dominum ſuum, & interfecit eum, & regnavit pro eo uno menſe tantum. 4. Reg. 15.

Cum addoraret in templo Sennacherib Deum ſuum, duo filii ſui percuſſerunt eum: ſed tamen neuter eorum regnavit pro eo poſt illum. 4. Reg. 19.

A

Quidam inimici Nehemiæ, voluerunt fœdus cum eo malitioſe percutere, & cogitabant facere ei malum. Dederunt etiam pretium, ut eum ducerent in peccatum. Nehem. 6.

Duo janitores regis Aſſueri, qui in primo palatii limine præſidebant, voluerunt in regem inſurgere, & occidere eum. Eſther. 2.

Venit Iſmael fiiius Nathaniæ, & multi alii cum eo, & comederunt cum Godolia, quem præfecerat rex Babylonis terræ Juda, & poſt prandium ſurrexerunt, & occiderunt eum, qui nihil mali voluerat credere contra illos. Hier. 41.

B

Antiochus rex miſit principem tributorum in civitates Juda, & venit in Hieruſalem: & locutus eſt cum eis, qui erant intus verba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & irruit repente ſuper civitatem, & percuſſit eam plaga, &c. 1. Mach. 1.

Cum obſideret Antiochus Eupator Hieruſalem, nec poſſet eam capere, miſit ad illos, qui intus erant pacem facere, & receperunt illam, & juravit eis rex, ſed rupit citius juramentum, & mandavit deſtruere muros in gyro. 1. Mach. 6.

Ptolemæus rex Ægypti quærebat obtinere regnum Alexandri generi ſui dolo, & cum intraret civitates Alexandri cum magno exercitu, & reciperetur in eis honorifice de mandato Alexandri, ponebat cuſtodias militum in eis. 2. Mach. 11.

C

Videns Tryohon quod Jonathas venit cum exercitu magno, & multo juſſit retineri paucos, & alios remitti: & cum factum fuiſſet, captus eſt Jonathas cum mille viris quos retinuerat, & alii ſunt reverſi. 2. Mach. 12.

Cum ambularet Tryphon cum rege Antiocho adoleſcente domino ſuo, dolo occidit eum, & regnavit loco ejus. Mach. 13.

Ptolomæus filius Abobi gener ſummi ſacerdotis, fecit convivium Simoni, & duobus filiis ejus, & cum inebriati eſſent, occidit eos. 1. Mach. 16.

Digitized by Google

Cum veniſſet Apollonius Hieroſo- A lymam pacem ſimulans quievit uſque in diem ſabbati : & tunc feriatis Judæis ingentem multitudinem peremit. 2. Machab. 5.

Audiens Judas Machabæus, quod illi qui obſidebant turres, ubi erant inimici Gentiles pecuniam receperint, & quoſdam abire permiſerant, illos tamquam proditores, & fratrum venditores interfecit, & confeſtim turres occupavit. 2. Mach. 10.

Omnes alias proditiones in nequitia, & perverſitate ſuperat illa quam facinoroſiſſimus Judas contra Dominum procuravit, quod Dominum, & magiſtrum ſuum vendidit pro tantillo pretio, & in manus hoſtium tradidit oſculando. Matth. 26. Mar. 14. B Luc. 22 Joan. 18.

Acceſſerunt quidam Judæi ad principem ſacerdotum, & ſeniores, dicentes eis, ut facerent quod tribunus Lyſias, qui Paulum tenebat vinctum, adduceret eum in medium, tamquam eſſent de eo aliquid certius cognituri. Ipſi vero ſtatim parati erant interficere illum. Act. 23.

Caput LXIX.

De adulatione.

Chore & complices ejus cum ſteтiſſent adverſus Moyſen, & Aaron dixerunt : Sufficiat vobis, quod omnis multitudo Sanctorum eſt, & C in ipſis eſt Dominus, in quo apparet, quod captabant benevolentiam populi. Num. 16.

Adoleſcens narrans mortem Saul & filiorum ejus occiſus fuit de mandato ipſius David: putabat autem ſe proſpera nuntiare. 2. Reg. 1.

Duo latrones quod filium Saul Iſboſeth occiderunt, & caput ejus attulerunt ad David, placere ei crediderunt, ſed David bene oſtendit, quod ſibi diſplicuit. 2. Reg. 4.

Dicebat Abſalom homini negotium habenti coram rege David: Videntur mihi ſermones tui boni & juſti, & non eſt qui te audiat conſtitutus a rege. 2. Reg. 15.

Mali Prophetæ dicebant Achab regi Iſrael de bello futuro proſpera, ſed quæ illum velle ſciebant. 3. Reg. 22.

Poſt obitum Jojadæ ſacerdotis, principes Juda adoraverunt regem, qui delinitus obſequiis eorum acquievit eis, & dereliquerunt templum Domini, ſervieruntque lucis & ſculptilibus. 2. Paral. 24.

Ædificantibus templum filiis Juda poſt reditum de captivitate, hoſtes eorum ſcripſerunt Artaxerxi regi : Nos memores ſalis, quod comedimus in palatio, & quia læſiones regis videre nefas ducimus, &c. 1. Eſdr. 4.

Nabuchodonoſor dixit majoribus natu, & ducibus bellatorum ſuorum, cogitationem ſuam eſſe, ut omnem terram ſuo ſubiugaret imperio, quod cum placuiſſet omnibus, &c. Judith. 2.

Rex Aſſuerus iratus contra Vaſthi reginam interrogavit ſapientes conſiliarios ſuos, cui ſententiæ Vaſthi ſubiaceret, qui non temperaverunt regis furorem, nec excuſaverunt abſentem, ſed reſpondit unus, Regis juſta eſt indignatio. Heſt. 1.

Amici Aman, & uxor ejus advertentes peſſimum animum, quem habebat erga Mardochæum, non increpaverunt eum, ſed dixerunt: Jube parari excelſam trabem, &c. Heſt. 5.

Principes & Satrapæ Darii regis Perſarum cupientes, quod res iniquum ſtatueret decretum, propoſuerunt aliquid, quod videbatur pertinere ad honorem ipſius. Dan. 6.

Alcimus proditor impius, quod volebat fieri ſummus Sacerdos, dixit regi Demetrio: Perdidit Judas & fratres ejus amicos tuos. Sequitur poſtea, quod Alcimum hunc conſtituit rex in ſacerdotio, & mandavit ei facere ultionem in filios Iſrael. 1. Mac. 11.

Recedentibus diſcipulis Joannis cœpit contra illos qui palam laudant, & occulte detrahunt, Dominus ipſum mirabiliter commendare. Matt. 11.

Phariſæi volentes capere Chriſtum Dominum in ſermone, cœperunt magnas laudes ei dicere : Magiſter ſcimus, quia verax es, &c. Matth. 22.

Videns Herodes Agrippa rex magnus, quia placeret Judæis hoc quod quoſdam de Eccleſia ceperat, appoſuit apprehendere & Petrum, &c. Act. 12.

Ho-

Herodi nequiſſimo regi, quod occiderat Jacobum, & incarceraverat Petrum, populus acclamabat voces Dei, & non hominis. Act. 12.

Orator Tertullus contra Paulum a principe ſacerdotum adductus in principio orationis adulatus eſt Felici præſidi. Act. 24.

Caput LXX.

De deriſione & conviciis.

VIri Sochot & Phanuel deriſerunt Gedeonem Zebee & Salinana perſequentem, ſed inde male eis accidit: quia male eos poſtea tractavit. Judic. 8.

Contempſit Nabal verba nuntiorum David ſtomachando dicens: Quis eſt iſte David, & quis eſt filius Iſai, hodie increverunt ſervi, qui fugiunt dominos ſuos. 1. Reg. 25.

Michol videns regem David ſaltantem ante arcam Domini deſpexit eum, & poſtmodum inſultando vel deridendo dixit ei, Quam glorioſus fuit hodie rex, &c. 2. Reg. 6.

Deriſorie vel Ironice dixit impia Jezabel ad Achab, Grandis auctoritatis es, & bene regis regnum Iſrael. 4. Reg. 21.

Quia pueri illuſerunt Eliſeo dicentes: Aſcende calve: duo urſi laceraverunt quadraginta duos ex eis. 4. Reg. 2.

Curſores quos miſit Ezechias, pergebant velociter de civitate in civitatem prædicantes, ut filii Iſrael feverterentur ad Dominum illis irridentibus, & ſubſannantibus eos. 2. Paralip. 30.

Mittebat Dominus Prophetas quotidie commonens eo quod parceret populo & habitaculo ſuo: at illi ſubſannabant nuntio Domini, & parvipendebant ſermones ejus, illudebantque Prophetis. 2. Paral. 36.

Sannabalath & Tobias audierunt, quod ædificabatur murus Jeruſalem, & irridebant Judæos ædificantes. Nehe. 3. & 4.

Excæcato Tobia parentes & cognati ejus irridebant vitam ejus dicentes. Ubi eſt ſpes tua, pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas. Tob. 2.

Videns Nicanor holocauſta, quæ offerebantur a Judæis pro rege, irridens ſprevit eos, & polluit, & locutus eſt ſuperbe, &c. 1. Mac. 7.

Antiochus crudelis Tyrannus ex verbis ſeptimi fratris, accenſus ira in illum ſuper omnes crudelius deſævit, indigne ferens deriſum ſe. 2. Mac. 7.

Deriſus fuit multipliciter Dominus Jeſus Chriſtus, require in rubrica de patientia & manſuetudine.

Quidam Judæi videntes diſcipulos Domini loquentes variis linguis poſt effuſionem Spiritus ſancti, irridebant dicentes: Quia muſto ſunt pleni iſti. Act. 2.

Cum audiſſent Athenienſes reſurrectionem mortuorum, quam annuntiabat Paulus, quidam quidem irridant: quidam vero dixerunt, Audiemus te de hoc iterum. Act. 17.

Caput LXXI.

De detractoribus & maledicis.

IMpie detraxit Joſeph innocenti & pudico domina ejus apud virum ſuum. Gen. 38.

Cui dubium eſt, quod peſſime cogitetis. Dixit Pharao Moyſi Exod. 10. per quod patet peſſimos homines quandoque viris optimis inique imponere, & falſa cum multa audacia affirmare.

Locuta eſt Maria & Aaron adverſus Moyſen modica occaſione aſſumpta, ſed cito ſecuta eſt ultrix pœna. Num. 12.

Detraxerunt filii Iſrael terræ promiſſionis in malum ſuum. Num. 14.

Occaſiones ſeditionis Chore & complicum ejus fuerunt multi terribiliter occiſi, & poſt murmuravit multitudo contra Moyſen & Aaron dicens: Vos interfeciſtis populum Domini, &c. Num. 16.

Quamvis eſſe malus Balaam, tamen dixit, quod nequaquam malediceret populo, cui benedixerat Dominus. Num. 22. & quoad hoc multi inveniuntur deteriores illo, quod libentius & frequentius maledicunt & detrahunt bonis, quam perverſis.

Saul fuit in principio valde bonus, & tamen dixerunt quidam filii Belial,

Digitized by Google

lial , Num ſalvare nos poterit iſte . 1. Reg. 10.

A

Occaſione Doeg Idumæi deferentis Sauli , quod Achimelech ſacerdos confortaverat David , occidit Saul octoginta quinque viros portantes Ephod , & multos alios parvulos & mulieres. 1. Reg. 22.

Satrapæ Philiſtinorum procuraverunt apud Achis regem Geth , quod David qui judicio ejus bonus erat , fuit amotus de honeſto officio , in quo eum poſuerat. 1. Reg. 29.

Adoleſcentem narrantem Saul & filiorum ejus mortem juſſit David interfici , tamen putabat ſe ille proſpera nuntiare.

Principes filiorum Amon , dixerunt ad dominum ſuum: Putas quod propter honorem patris tui , David miſerit ad te conſolatores , &c. 2. Reg. 10. & ſic perverterunt ſimplicem, & puram intentionem David.

B

Abſalon ambiens regnum dicebat habenti negotium coram rege : Non eſt qui te audiat conſtitutus a rege , &c. 2. Reg. 15.

Siba ſervus Miphiboſeth nequiter detraxit domino ſuo apud David , & fides nimis cito fuit adhibita prius illius verbis . 2. Reg. 16.

Ædificantibus templum filiis Juda , qui redierant de Babylone : hoſtes eorum inique miſerunt epiſtolam Artaxerxi regi , ut opus faceret intermitti . 1. Eſdr. 4.

Dum Sara filia Raguelis increparet unam de ancillis pro culpa ſua , reſpondit , Amplius ex te non videamus filium aut filiam ſuper terram , interfectrix virorum tuorum , &c. Tob. 3.

C

Occaſione ſolius Mardochæi , qui ſuperbiſſimum Aman adorare nolebat , ipſe Aman ſuggeſſit regi Aſſuero, quod populus Judæorum regis juſſa contemneret, & per totum regnum diſcordias ſeminaret, ita quod omnes fuerunt adiudicati morti , ſed divina pietas de eorum liberatione providit . Heſt. 2. & deinceps .

Quia Jeremias prædicabat capiendam eſſe civitatem Jeruſalem a Chaldæis, dixerunt principes populi Sedeciæ regi , Homo iſte non quærit pacem populo huic, ſed malum. Jerem. 28.

Accedentes viri Chaldæi accuſaverunt Judæos dicentes Nabuchodonoſor regi , quod ſocii Danielis non adorabant Deos ejus, & erant tranſgreſſores regii decreti . Dan. 3.

Principes & Satrapæ Darii regis Perſarum invidentes Danieli accuſaverunt eum apud regem , quod ipſe obſecrabat , & adorabat alium Deum , quam ipſum regem Darium . Dan. 6.

Duo illi ſenes presbyteri conati ſunt Suſannam turpiter infamare , ſed Deus eam mirabiliter per abſtinentem puerum liberavit . Dan. 13.

Alcimus qui volebat fieri ſummus Sacerdos , & quidam alii iniqui dixerunt regi Demetrio . Perdidit Judas & fratres ejus amicos tuos , & nos diſperſerunt de terra noſtra , nunc ergo mitte virum cui credis , &c. 1. Mach. 7.

Convenerunt adverſus Jonatham viri peſtilentes ex Iſrael , ut interpellarent regem Alexandrum adverſus eum , & non intendit ad eos rex . 1. Mac. 10.

Simon de de tribu Benjamin præpoſitus templi venit ad Apollonium, & dixit ærarium pecuniis innumerabilibus eſſe plenum . 2. Mac. 3

Prædictus etiam Simon male loquebatur de Onia proviſoremque civitatis, ac defenſorem gentis ſuæ, ac æmulatorem *legis Dei , audebat* inſidiatorem regni dicere . 1. Mac. 4.

Veniens ad regem Demetrium Alcimus dixit inter cætera . Quamdiu ſupereſt Judas , impoſſibile eſt pacem dari negotiis . 2. Mac. 14.

Videntes Phariſæi Dominum diſcumbentem in domo Matthæi dicebant : Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat , &c. Matth. 9. & Luc. 5. Simile accidit de Zachæo. Luc. 19. Murmurabant quod ad hominem peccatorem divertiſſet .

De Joanne multum jejunante dicebant quidam Judæi , Dæmonium habet . De Domino autem Jeſu cum peccatoribus comedente dicebant : *Ecce* homo vorax , & potator vini , publicanorum & peccatorum amicus . Matth. 11.

Viſo miraculo de cœco nato per Dominum Jeſum illuminato , Phariſæi detraxerunt Domino dicentes :

Nos

Digitized by Google

Nos ſcimus; quia hic homo peccator eſt, & maledixerunt homini illi, & dixerunt: Tu diſcipulus ejus ſis, quæ quidem maledictio ſit ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Joan. 9.

Scribæ & Phariſæi detraxerunt Domino Salvatori dicentes eum eſſe Samaritanum, dæmoniacum, blaſphemum, peccatorem, potatorem, mendacem, voracem, prohibentem dari tributa Cæſari, gentis ſubverſorem, & populi ſeductorem, hæc omnia poſſunt ex diverſis locis Evangeliorum haberi. Non valentes Judæi reſiſtere ſapientiæ Stephani & ſpiritui, qui loquebatur per eum adduxerunt in concilium duos falſos teſtes dicentes: Homo iſte non ceſſat loqui adverſus locum ſanctum & legem. Act. 6.

Quidam quæſtuarii dolentes, quod amiſerant quæſtum ſuum, eo quod Paulus ejecerat ſpiritum Pythonem a quadam puella, quam illi habebant, dixerunt magiſtratibus: Hi homines conturbant civitatem noſtram, &c. Act. 16. ad verba eorum prava concurrunt plebs adverſus illos, & ſciſſis eorum tunicis juſſi ſunt virgis cædi, & in carcerem mitti.

Gallione proconſule in Achaja exiſtente inſurrexerunt uno animo Judæi in Paulum, & adduxerunt ad tribunal dicentes: Quia contra legem homo hic perſuadet hominibus colere Deum. Act. 18.

Apud Epheſum cum quidam Judæi indurarentur, & non crederent maledicentes viam Domini coram multitudine, diſcedens ab eis Paulus ſegregavit diſcipulos. Act. 19.

Quidam Judæi de Aſia videntes Paulum in templo clamaverunt: Viri Iſraelitæ adiuvate, hic eſt homo, qui adverſus populum & legem, & locum hunc, omnes ubique docens, inſuper & Gentiles induxit in templum, & violavit ſanctum locum iſtum. Act. 21.

Coram Felice præſide propoſuit contra Paulum Tertullus orator pro Judæis dicens: Invenimus hunc hominem peſtiferum, & concitantem ſeditiones Judæis omnibus in univerſo orbe & actorem ſeditionis ſectæ Nazarenororum, qui etiam templum conatus eſt violare, &c. Act. 24.

A Diſputante Paulo apud Athenas quidam Epicurei & Stoici Philoſophi dicebant: Quid vult ſeminiverbius hic dicere? Alii vero dicebant: Novorum dæmoniorum videtur eſſe annuntiator, &c. Act. 17.

Barbari videntes viperam pendentem in manu Pauli dixerunt adinvicem, utique homicida eſt homo, qui cum evaſerit de mari ultio eum vivere non ſinit. Act. 28. Sed cito poſtea mutaverunt oppoſitionem.

Caput LXXII.

De liberalitate, miſericordia, & largitate.

B Rebecca filia Batuelis valde liberaliter reſpondit famulo Abrahæ dicens: Bibe Domine mi, &c. Geneſ. 24.

Liberaliter egit Moyſes defendendo filias Raguel a paſtoribus, qui eas adaquare peccora non ſinebant. Exod. 2

Audiens Moyſes quod ſocer ſuus Jethro veniret ad eum egreſſus eſt in occurſum ejus, & ipſum multipliciter honoravit. Exod. 18.

Filii Iſrael mente promptiſſima, atque devota obtulerunt ad faciendum opus tabernaculi, & quidquid ad cultum Dei, & veſtes ſanctas neceſſarium erat. Exod. 25. & ſequenti capitulo dicitur.

C Artifices venire compulſi dixerunt Moyſi: plus offert populus, quam neceſſarium eſt.

Petiit Moyſes a rege eodem. Obſecramus, ut nobis liceat tranſire per terram tuam: non ibimus per agros neque per vineas, nec bibemus aquam de puteis tuis, ſed, &c. Num. 20.

Gedeon petiit a viris Sochoth, & Phaneul panes pro commolitionibus fatigatis, qui dare renuerunt, ſed male inde accidit eis. Judic. 8.

Nabal illiberaliter ſe habuit ad David petentem aliquid ſibi dari. 1. Reg. 25.

Obtenta victoria de Amalechitis, David miſit dona de præda ſenioribus Juda proximis ſuis dicens: Accipite benedictionem, &c. 2. Reg. 31.

Digitized by Google

Præcepit David ut Miphiboſeth comederet panem in menſa ſua ſemper, & totam domum Saul dedit ei. 2. Reg. 9.

Fugienti David a facie Abſalom, Sobi, & Machir, & Berzellai obtulerunt ei multa exercitui ſuo neceſſaria. 2. Reg. 17. qui Berzellai aſtitit David, quando fugiebat Abſalom filium ſuum, obtenta victoria David retinuit filium illius, & de familia ſua fecit illum. 2. Reg. 19.

Regina Saba multa obtulit Salomoni, & Salomon dedit omnia quæ petivit, exceptis his quæ ultro obtulerat ei munere regio. 3. Reg. 4.

Ea tempeſtate qua regnavit Achaz in Judæa, Phacee filius Romeliæ, multos occidit & cepit de viris Juda, quidam autem boni viri de Iſrael captivos nudos veſtierunt, & illos qui ambulare non poterant, impoſuerunt jumentis, & duxerunt ad fratres eorum 1. Paral. 28.

Rex Cyrus protulit vaſa templi Domini quæ tulerat Nabuchodonoſor, & remiſit ea in Hieruſalem, fuerunt autem vaſa aurea & argentea quinque millia quadringenta. 1. Eſdr. 1.

Redeuntes de Babylone filii Juda obtulerunt ſponte, ſecundum vires ſuas ad extruendam domum Domini. 1. Eſdr. 2.

Præcepit rex Darius, ut ædificaretur in Hieruſalem domus Domini, & darentur ſumptus de arca regis, licet quidam æmuli per litteras opus impedire laborabant. 1. Eſdr. 6.

Gratioſam & liberalem epiſtolam dedit Artaxerxes rex Eſdræ ſacerdoti venienti in Hieruſalem ad conſolandum Judæos. 1. Eſdræ 7. Rex Artaxerxes liberaliter ſe habuit ad Nehemiam venientem in Judæam, & dedit ei epiſtolas quales petierat. Nehem. 2.

Nehemias valde liberalis fuit legatus, qui populum annona, & exactionibus non gravavit, & illis ad quos venit plurima bona fecit. Nehem. 5.

Tobias omnia quæ habere poterat, concaptivis fratribus, qui erant de genere ſuo impertiri ſtudebat, eſurientes alebat, nudiſque veſtimenta præbebat. Tob. 1.

Raguel tradidit Tobiæ juniori Saram filiam ſuam, & dimidiam partem ſubſtantiæ. Tob. 10.

A Tobias junior multum fuit gratus Azariæ, quem hominem putabat, & valde bene recognovit beneficia, quæ ab eo receperat, & exinde pater, & filius mediam partem omnium bonorum illi liberaliter obtulerunt. Tob. 12.

Rex Aſſuerus juſſit præparari convivium permagnificum, pro conjunctione & nuptiis Eſther, & dedit requiem univerſis provinciis, ac dona largitus eſt juxta magnificentiam principalem. Eſther. 2.

Videns Eſther reginam rex Aſſuerus dixit ei. Quid vis Eſther regina: quæ eſt petitio tua, etiamſi dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. Eſther. 5.

B Quæſivit rex Aſſuerus quid honoris, ac præmii conſecutus eſſet Mardochæus pro fide quam erga ipſum ſervaverat. Cumque intellexiſſet eum nihil accepiſſe mercedis, fecit eum magnifice honorari. Eſther. 6.

Filii Job facientes convivia unuſquiſque in die ſuo, vocabant ſorores ſuas, ut comederent, & biberent cum eis. Job. 1.

Pium & miſercordem ſe fuiſſe ad pauperes, oſtendit beatus Job. 29. cap. dicens: Cor viduæ conſolatus ſum. Pater eram pauperum, &c. Item 30. cap. Si comedi bucellam meam ſolus: quia ab infantia mea crevit mecum miſeratio, &c.

Magiſter militiæ regis Babylonis C dedit cibaria, & munuſcula Hieremiæ, & dimiſit eum quocumque vellet ire, promittens ei multam humanitatem, ſi vellet cum eo pergere in Babylonem. Hier. 40. & nihilominus dedit ei liberalem facultatem remanendi ibidem.

Seleucus rex de hereditatibus ſuis tempore Oniæ ſummi pontificis præſtabat omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinentes. 1. Mach. 2.

Apertis theſauris ſuis, non parvis loculis, in quibus oboli reponuntur, obtulerunt Magi Domino pauperi, aurum, thus, & myrrham. Matth. 2.

Magnificus, & largus remunerator eſt Dominus, qui relinquentibus propter ſe bona temporalia reddit centuplum in hoc ſæculo, & vitam æter-

Digitized by Google

æternam in futuro. Matth. 19. Marc. 10. Luc. 18.

Ex pia liberalitate proveniebat, quod Dominus diſcipulos ſpicas vellentes ſabbatis, & manibus confricantes, contra Phariſæos maledicos defendebat. Matt. 12. Lucæ 6.

Fons liberalitatis Dominus peccatores reſpiciebat ad conveſcendum, & colloquendum, & ad oſculandum, de primo & ſecundo exemplum de Matthæo. Matth. 9. Luc. 5. Item de illis publicanis, & peccatoribus, qui appropinquabant ad eum, ut audirent illum. Luc. 19. Item de Zachæo, Luc. 19. De tertio exemplum de Maria, quæ oſculabatur pedes ejus. Luc. 7. Item de Juda. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. propter quod benignitatis ſignum infelix, citius reſipiſcere debuiſſet.

Secutæ ſunt turbæ pedeſtres Dominum Jeſum, de civitatibus in deſertum. Veſpere autem facto, dixerunt ei diſcipuli: Dimitte turbas ut euntes emant ſibi eſcas. Ipſe vero tamquam liberalis reſpondit: Date illis vos manducare, &c. Matth. 14.

Diſtribuendo & reſtituendo largus fuit Zachæus, cum dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & ſi quid aliquem defraudari, reddo quadruplum. Luc. 19.

Donum pauperculæ mulieris viduæ, quæ miſit duo æra minuta in Gazophylacium, præfertur a Domino muneribus divitum. Luc. 19.

Valde liberalis fuit Dominus latroni pendenti, & petenti: Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Jeſus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo. Luc. 23.

Benignitatem & liberalitatem dignatus eſt Dominus oſtendere, quando vocatus ad pauperes nuptias ivit, & ibidem aquam in vinum convertit, ut exhilararet pauperes diſcumbentes. Joan. 2.

Magna Dei liberalitas apparet in illa ſimilitudine de ſervo nequam, cui dixit Dominus: Omne debitum dimiſit tibi, quoniam rogaſti me. Matth. 18.

Joſeph qui cognominatus eſt Barſabas, cum haberet agrum, vendidit illum, & attulit pretium, & poſuit ante pedes Apoſtolorum. Act. 4.

Audientes diſcipuli, qui erat Antiochiæ, quod fames valida futura erat in univerſo orbe, propoſuerunt in miniſterium mittere habitantibus ſtatribus in Judæa, quod & fecerunt mittentes ad ſeniores per manus Barnabæ & Sauli. Act. 11.

Quædam mulier purpuraria, nomine Lydia baptizata ad prædicationem Pauli, valde liberaliter & devote rogavit, immo coegit Paulum, & ſocios ejus manere in domo ſua. Act. 16.

Cum evaſiſſent Paulus, & ſocii ejus de navi fracta tempore hyemali, Barbari non modicam humanitatem præſtabant eis. Accenſa enim pyra reficiebant eos, propter imbrem, quia imminebat frigus. Act. 28.

Publius princeps inſulæ Melitæ, ad quam Paulus & ſocii ejus, poſt tempeſtatem venerunt, ſuſcipiens eos triduo, benigne exhibuit. Paulus autem patrem febribus, & dyſenteria laborantem ſanavit. Act. 28.

Apparet Paulum erga pauperes valde liberalem fuiſſe, quorum negotia, tam ſolicite procurabat, ita, ut patet de collectis quas diligentiſſime fieri procurabat, ita ut patet. Actor. 16. Si dignum fuerit, ut ego eam, mecum ibunt. Item 2. Corin. 9. Qui parce ſeminat, parce & metet, &c.

Mira liberalitas & gratitudo fuit in Paulo, qui pro quodam Oneſimo ſervo Philemonis fugitivo, ſcripſit litteras, tam affectuoſas, efficaces, & devotas, ut patet ad Philemonem. Si habes me ſocium, ait, ſuſcipe illum, ſicut me: ſi autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa, &c.

Caput LXXIII.

De avaritia.

MUlta poſſunt notari in hoc, quod Cain qui interpretatur poſſeſſio, occidit Abel fratrem ſuum. Gen. 4.

Cain primus legitur ædificaſſe civitatem, ſed non Abel. Gen. 4. Quia ſan-

ſancti non habent hic manentem civitatem, ſed futuram inquirunt, ut teſtatur Apoſtolus. Heb. 14.

Propter multam ſubſtantiam, quam Abraham & Loth habebant, non potuerunt pariter habitare, & cœperunt paſtores eorum adinvicem litigare. Gen. 13.

Abundantia rerum temporalium frequenter eſt gravium occaſio peccatorum, ſicut patet, de Sodomitis peccatoribus peſſimis. Gen. 13. & 19.

Poſtquam creverat Iſaac, & locupletatus fuerat, paſtores ſui, & vicinorum ſuorum jurgari cœperunt. Gen. 26.

Odium avaritiæ pluſquam ceterorum vitiorum debent habere judices, & prælati, ideo ſignanter dixit Jethro de judicibus. Exod. 18. Oderint avaritiam.

Pauci ſunt hodie clerici, qui faciant oblationes populo prohiberi, ſicut fecerunt illi, qui operibus tabernaculi præſidebant. Exod. 36.

Nuntii Balaac perrexerunt ad Balaam habentes divinationis pretium in manibus, & ita fuit cupiditate corruptus. Num. 22.

Tribus Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manaſſe, quia habebant multam ſubſtantiam, & pecora, noluerunt tranſire Jordanem, ſed in terra alendis gregibus apta, contenti ſunt accipere portionem. Num. 32.

Cupiditate ſeductus Achan de anathemate Jericho ſumpſit, ſed pro illo lucro damnum terribile reportavit. Joſue 7.

Pro pecunia a Philiſtæis promiſſa Dalila Samſonem virum ſuum eis tradidit. Jud. 16.

De filiis Samuelis dicitur. 1. Reg. 8. Declinaverunt poſt avaritiam, acceperuntque munera, & perverterunt judicium.

Præcipua cauſa, vel occaſio reprobationis Saul videtur cupiditas fuiſſe, quam habuit ad prædam Amalech, unde dixit Samuel ei: Quare non audiſti vocem Domini, ſed reverſus es ad prædam, & feciſti malum in oculis Domini. 1. Reg. 15.

Nimis tenax fuit Nabal, erga David petentem aliquid dari ſibi, A propter quod fere totam ſubſtantiam, & perſonam amiſit. 1. Reg. 25.

Semei exivit de Hieruſalem contra prohibitionem Salomonis, ad requirendum ſervos ſuos, qui aufugerant, & ob hanc cauſam fecit Salomon eum occidi. 3. Reg. 2.

Vinea Naboth, quam concupivit Achab, fuit cauſa vel occaſio, quare duo teſtes contra eum fuerunt producti, & ille juſſus eſt lapidari. 4. Reg. 21.

Quia Giezi accepit a Naaman, id quod Eliſeus recuſaverat, lepra percuſſus fuit. 4. Reg. 5.

Tempore Nehemiæ, erant aliqui ab optimatibus, ita uſuris oppreſſi, quod volebant filios ſuos, & filias ven- B dere in ſervos & ancillas, ſed Nehemias illos graviter & utiliter increpavit. Nehem. 5.

Obtenta victoria de Arphaxad rege Medorum, a Nabuchodonoſor rege Aſſyriorum, ſtatim regna alia concupivit. Judith. 1.

Dixit Judas Machabæus commilitonibus ſuis; Non concupiſcatis ſpolia, quia bellum contra vos eſt, & Gorgias, & exercitus ejus in monte prope nos. 1. Machabæorum 4.

Ptolomæus Rex Ægypti vituperavit Alexandrum ſuum generum, propterea quod concupierat regnum ejus, cum tamen Alexander illum honorifice recepiſſet. 1. Mach. 11.

Adverſus Oniam, & civitatem ſan- C ctam concitavit Simon de tribu Benjamin, Appollonium & regem Antiochum, dicens: Ærarium pecuniis innumerabilibus eſſe plenum. 2. Mach. 3.

Menelaus per argentum, quod promiſit Antiocho, obtinuit ſummum ſacerdotium. Deinde per vaſa aurea de templo furtive ſublata, quæ dedit Andronico fecit Oniam occidi, tandem accuſatur apud Regem Ptolomæum, & corrupit eum per pecuniam, & contra accuſatores fecit ferri mortis ſententiam. 2. Mach. 4.

Item Menelaus nequam, propter eorum, qui in potentia erant, avaritiam permanebat in poteſtate, creſcens in malitia, & ad inſidias civium. 2. Mach. 4.

Cum

Digitized by Google

Cum quidam Judæi, de mandato Machabæi obſiderent duas turres, in quibus erant inimici gentiles, accepta pecunia quoſdam effugere permiſerunt, quos Machabæus tamquam proditores, & fratrum venditores interfecit. 2. Mach. 10.

Poſt bellum contra Gorgiam commiſſum venit Judas Machabæus cum ſuis, ut proſtratorum corpora ſepeliret. Invenerunt autem ſub tunicis interfectorum de donariis idolorum, a quibus lex prohibet Judæos. 2.Machabæorum 12. Ob hanc cauſam ergo creditum eſt corruiſſe.

Adoleſcens qui quæſivit a Domino, quomodo poſſet habere vitam æternam; multas habebat poſſeſſiones, & idcirco abiit triſtis, ut audivit conſilium perfectionis. Matth. 19. Mar. 10. Luc. 18.

Sacerdotes Judæorum volentes quod homines frequenter offerrent, permittebant quod ea, quæ offerri poterant, venderentur in templo. Matth. 21. Mar. 11. Luc. 19. Joan. 2. Hac etiam de cauſa dicebant: Aurum templi ſanctius eſſe templo, & donum quod erat ſuper altare, majoris eſſe reverentiæ quam ipſum altare. Matth. 23.

Cupiditas vel libido lucrandi videtur fuiſſe principale motivum, quare Judas tradiderit Dominum. Matth. 26. Quid vultis mihi dare, &c.

Per pecuniam fuerunt corrupti cuſtodes dominici ſepulchri, ut mentirentur Dominum a diſcipulis ſuis de nocte furtim fuiſſe ſublatum. Matth. 28.

Dominus Jeſus Chriſtus legiſlator verus noluit ſe intromittere de diviſione hereditatis terrenæ, cum eſſet ſuper hoc requiſitus. Luc. 12.

Contra eos qui bona temporalia congregant, & multo tempore in illis delectari putant, propoſuit Dominus ſimilitudinem de divite, cujus ager uberes fructus attulit, &c. Luc. 12.

Contra divites edaces, & veſtibus pretioſis, & delicatis utentes, qui ad relevandam indigentiam proximi, ſunt tenaces, & parci, ponit Dominus exemplum de illo divite Epulone. Lucæ 16. Et nota ibi: Si ita punitur ille, qui non dedit propria:
A quid fiet illis, qui rapiunt aliena.

Excuſaverunt ſe, ne irent ad magnam cœnam, ad quam vocati erant emptores boum, & villarum, ſcilicet mobilium & immobilium poſſeſſionum, quia ſæpe per talia, a cœleſti gloria retrahimur. Lucæ 14.

Phariſæi qui erant avari, audientes monitiones Domini, quod deberent amici fieri de mammona iniquitatis, deridebant illum. Lucæ 16.

Nimis terribiliter punita fuit Ananiæ avaritia, & Saphiræ, qui de pretio agri venditi partem retinuerunt ſibi. Act. 5.

Quidam quæſtuarii habentes unam
B puellam pythoniſſam, a qua Paulus ejecit dæmonium, videntes quod amiſerant quæſtum ſuum, apprehenderunt Paulum, & Silam ſocium ejus, & duxerunt eos ad principes civitatis accuſantes eos, quod civitatem turbarent, & mores illicitos nunciarent. Magiſtratus autem ſciſſis illorum tunicis fecerunt eos cædi, & in carcerem mitti, & cum diligentia cuſtodiri. Act. 16.

Paulo apud Epheſum exiſtente, & multa ibidem miracula faciente, Demetrius quidam argentarius faciens ædes argenteas Dianæ, præſtabat artificibus non modicum quæſtum, quos convocans, dixit quod Paulus ſuadebat, & avertebat populum a cultura Deorum, dicens, quod non ſunt dii qui manibus fiunt, ita turbavit civi-
C tatem, quod impleta eſt confuſione, & impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapto Gajo, & Ariſtarcho comitibus Pauli, &c. Act. 19.

Cum eſſet Paulus apud Felicem præſidem vinctus a Judæis tamquam homo ſeditioſus & peſtifer accuſatus, ſperabat Felix, quod pecunia daretur ei a Paulo, propter quod frequenter accerſens eum Felix loquebatur cum eo. Act. 24. & quia non ita fuit factum, ipſe judex iniquus non abſolvit eum, ſed eum reliquit Feſto ſucceſſori ſuo vinctum.

CL.

Digitized by Google

Caput LXXIV.

De paupertate.

PAtriarcha Jacob recedens a parentibus ſuis, & iens ad Laban fratrem matris ſuæ, nec animal, nec famulum legitur habuiſſe, ſed in baculo ſuo tranſivit Jordanem, & quadam vice volens requieſcere poſt ſolis occubitum, tulit de lapidibus & ſupponens capiti ſuo dormivit in eodem loco. Gen. 28.

Moyſes paſcebat oves Jethro ſoceri ſui ſacerdotis Madian: per quod videtur, quod proprias non habebat, qui alienas paſcebat. Exod. 3.

B Ruth Moabitis non magnis divitiis abundabat, quando ivit ad colligendum ſpicas, quæ metentium fugerant manus, quæ ad pauperes pertinebant. 1. Reg. 2.

Uno puero contentus Saul ivit ſatis longe ad quærendum aſinas patris ſui, unde ipſe Saul dixit poſtea Samueli, quod cognatio ſua erat minima inter omnes familias de tribu Benjamin. 1. Reg. 9.

Minimus erat David inter filios patris ſui, ita quod quando venit Samuel ad inungendum unum ex filiis Iſai; David erat in paſcuis, nec in principio vocatus fuit, quaſi nullius eſſet reputationis. Deinde cum fratres ejus eſſent in exercitu, miſit eum pater ſuus onuſtum victualibus ad deferendum illis. 1. Reg. 16. & 17.

C Magnam penuriam patiebatur Elias, quando petiit a vidua Sareptana, ut daret ei paululum aquæ & buccellam panis. 3. Reg. 17.

Filii Prophetarum ſub Eliſeo in magna paupertate vivebant, qui parum de pane, & inſipidum pulmentum habebant. 4. Reg. 4.

Anna uxor Tobiæ ibat ad textrinum opus tota die, per quod videtur illos pauperes fuiſſe, qui nec ipſum inſtrumentum ad texendum poſſent in domo ſua tenere, unde & Tobias filio ſuo dixit: Noli timere fili mi, pauperem quidem vitam gerimus, &c. Tob. 4.

Filii Rechabitarum domos non ædificabant, ſementem non ſerebant, A vineas non habebant, vinum non bibebant, ſed in tabernaculis habitabant. Jerem. 35.

De plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimiſit Nabuzardam in terra Juda, pauperibus ergo pepercit, divites & potentes occidit, vel captivos in Babylonem duxit. Jer. 39.

Exemplum paupertatis amandæ habemus in Domino Salvatore, qui fuit de paupere matre natus, & a paupere fabro nutritus, recenter genitus fuit pannis involutus, & in præſepio reclinatus, & poſt in purificatione Virginis glorioſæ oblationem pauperum obtulerunt. Lucæ 2. Item cito, poſt Joſeph cum puero, & matre ejus fugit in Ægyptum. Matth. 2.

Cum factus eſſet Jeſus puer annorum duodecim, remanſit in Hieruſalem ignorante Maria & Joſeph, per quod apparet, quod magnam familiam non habebant ad aſſociandum puerum, vel ad ſerviendum ei. Luc. 2.

Circuiens Jeſus civitates, & caſtella non habebat, ubi caput reclinaret. Matth. 8. Vulpes foveas habent, &c. & in fine nudus appenſus eſt in cruce. Jo. 19.

Diſcipuli Chriſti pro majori parte de ſtatu paupertatis fuerunt aſſumpti. Matth. 4. Jacobus & Joannes reficiebant retia ſua, & Luc. 5. lavabant retia ſua, &c.

In ſermone Domini in monte primum ponitur commendatio paupertatis, quaſi ipſa eſſet totius ſpiritualis ædificii fundamentum. Matth. 5. Luc. 6.

Inter cetera Chriſti miracula, unum ponitur, quod pauperes evangelizabantur. Matth. 11. eo quod ante Domini adventum ita fieri non ſolebat.

Adoleſcenti de ingreſſu ad vitam æternam quærenti dixit Dominus: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, &c. Matth. 19.

Miram remunerationem promittit Dominus omnia derelinquentibus propter nomen ipſius. Matth. 19. Mar. 11. Lucæ 18.

De illo famoſo paupere Lazaro in ſinum Abrahæ ab Angelis deportato nullum aliud juſtitiæ opus, vel cauſam

ſam gloriæ ſcriptura allegare videtur, A niſi quod ipſe receperat mala in hac mortali vita: & ideo Deus volebat eum conſolari in alia. Luc. 16.

Pauperes & debiles ad cœnam illam Domini magnam fuerunt introducti: immo etiam quidam de viis & ſepibus leguntur, ibi fuiſſe compulſi. Luc. 14.

Omnes qui credebant in primitiva Eccleſia erant pariter, & habebant omnia communia, poſſeſſiones, & ſubſtantias vendebant, & dividebant illas omnibus, prout cuique opus erat. Act. 2.

Petrus dixit claudo pauperi eleemoſynam petenti, Argentum & aurum non eſt mecum, &c. Act. 3.

Valedicens Paulus fidelibus de Achaja dixit inter cetera: Argentum & aurum, aut veſtem nullius concupivi, ipſi ſcitis, quoniam ad ea, quæ erant opus mihi, & his qui mecum ſunt, miniſtraverunt manus iſtæ. Act. 20. Item 1. Cor. 4. Eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus. 2. Corint. 11. in fame & ſiti, in frigore & nuditate.

Caput LXXV.

De hypocriſi & ſimulatione.

AMon filius David ſimulavit languorem, ut poſſet decipere Thamar, quam libidinoſe amabat. 2. Regum 13.

Uxor Jeroboam mutato habitu venit ad Ahiam Prophetam, cui ille dixit: Quare aliam te eſſe ſimulas, &c. 3. Reg. 14.

Giezi famulus Eliſei ſimulavit Dominum ſuum indigere duplici veſte pro duobus adoleſcentibus, & filiis Prophetarum. 4. Reg. 5.

Cum veniſſet Apollonius Hieroſolymam, miſſus ab Antiocho pacem ſimulans quievit uſque ad diem ſabbati, & tunc feriatis Judæis, arma ſuis capere præcepit, & omnes qui ad ſpectaculum venerant, trucidavit. 2. Mach. 5.

Quamvis divina ſapientia generaliter impium deteſtetur. Prov. 8. tamen ſpecialiter hypocritis comminatur multoties in Evangelio, dicens: Væ vobis Phariſæi hypocritæ. Matth. 23.

Phariſæis volentibus capere Dominum in ſermone reſpondit increpans eos, quid me tentatis hypocritæ? Matth. 22.

Quidam ſunt qui magna ſcelera perpetrant & modica peccata devitant, colantes culicem, & camelum glutientes, ſicut principes ſacerdotum, qui magis timuerunt intrare prætorium Pilati, quam nequiſſime procurare crimen homicidii. Jo. 18.

Archiſynagogus indignans, quia Dominus ſabbato curaret, dicebat turbæ: Sex dies ſunt, in quibus oportet operari. In iis ergo venite & curamini, & non in die ſabbati. Do- B minus autem arguit illum hypocritam vocans. Luc. 13.

Malam hypocriſim commiſerunt Ananias & uxor ejus Saphira ſimulantes ſe totum pretium agri attuliſſe, & ad pedes Apoſtolorum poſuiſſe. Act. 5.

Quamvis Simon Magus crediḋiſſet in prædicatione Philippi, tamen Petrus dixit ad eum. Non eſt tibi ſors in ſermone illo, cor enim tuum non eſt rectum coram Domino: pœnitentiam itaque age, &c. reſpondens autem Simon dixit: Precamini vos pro me, &c. Act. 8.

Elymam magum graviter notavit Paulus de hypocriſi & falſitate dicens, o plene omni dolo, & omni C fallacia, fili diaboli & inimice omnis juſtitiæ, non deſinis vias Domini rectas pervertere, &c. Act. 13.

Caput LXXVI.

De munerum acceptione.

ABraham noluit accipere multa, quæ obtulit ei Rex Sodomorum, licet ipſe optime meruiſſet Geneſis 14. quando reverſus eſt ipſe Abraham a cæde quatuor Regum.

Munera miſit Jacob Eſau fratri ſuo, ut compeſceret iram ejus. Gen. 32.

Munera obtulerunt filii Iſrael ad opus tabernaculi Domini in tanta quantitate, quod juſſit Moyſes clamari,

Digitized by Google

ri, ut nullus aliquid ulterius offerret. Exod. 36.

Mercedem iniquitatis amavit Balaam, & ivit cum nuntiis Balach, qui divinationis pretium habebant in manibus. Num. 22.

Ahod obtulit munera Eglon Regi Moab, & poſtea ſecreto loquens percuſſit eum graviter, & occidit. Judicum 3.

Inimici Samſon pecuniam Dalilæ promiſerunt, & eam ut illum deciperet, induxerunt. Jud. 16.

De filiis Samuelis dicitur. 1. Regum 8. Declinaverunt poſt avaritiam, acceperuntque munera, & ſtatim ſequitur: Et perverterunt Judicium.

Non fuit impoſitum Samueli, qui viginti annis populum Iſrael judicaverat, quod unquam munus ab aliquo accepiſſet. 1. Reg. 12.

Xenia quæ obtulit Siba ſervus Miphiboſeth David a facie Abſalon fugienti, videntur inclinaſſe animum ipſius David ad hoc, quod contra abſentem iniquum tulit Judicium. 2. Reg. 16.

Regina Saba dedit Salomoni centum viginti talenta auri & aromata multa, & gemmas pretioſas. Rex autem Salomon dedit ei omnia quæ voluit, & quæ petivit ab eo, exceptis quæ ultro obtulerat ei munere regio. 3. Reg. 4.

Areuna voluit offerre David aream, & omnia ad ſacrificia neceſſaria: ſed ille noluit gratis accipere, nec ſacrificium de alieno offerre. 2. Reg. 24.

Rex Syriæ Benadad fœdus habebat, cum Baaſa Rege Iſrael, ſed propter munera, quæ ei miſit Aſa Rex Juda, rupto fœdere cum Baaſa graviter impugnavit eum. 4. Reg. 16.

Naaman Syrus fuit omnino gratis ab Eliſeo curatus, & tamen Giezi accepit ab illo munera, & fuit gravi plaga percuſſus. 4. Reg. 5.

Miſit rex Babylonis litteras, & munera ad Ezechiam, & ſequitur: Lætatus eſt autem Ezechias in adventu eorum, &c. 4. Regum 20. Sed nota ibi, quomodo diſplicuit Domino.

Achaz rex Juda ſpoliata domo Domini, & domo regum & principum, dedit regi Aſſyriorum munera, & Atamen nihil ei profuit. 2. Paral. 28.

Statuerunt Judæi in memoriam lætitiæ, quam habuerunt interfecto Aman peſſimo Judæorum inimico, ut pauperibus munuſcula largirentur. Heſt. 9.

Conquerendo loquitur Dominus per Iſaiam, Principes tui infideles, ſocii furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, &c. Iſa. 1.

Dedit magiſter militiæ regis Babylonis Jeremiæ cibaria, & munuſcula, & dimiſit eum. Jer. 40.

Poſtquam expoſuerat Nabuchodonoſor regi Daniel viſionem, rex in ſublime eum extulit, & munera magna, & multa dedit ei. Dan. 2.

Balthaſar Rex Babylonis promiſe-
B rat donaria magna Danieli, qui reſpondit. Tua munera ſint tibi, & dona domus tuæ alteri da. Dan. 5.

Jonathas abiit Ptolemaidam, & dedit Demetrio regi argentum multum & aurum, & dona, & invenit gratiam in conſpectu ejus. 1. Mach. 11.

Videns Tryphon Jonatham veniſſe ad eum cum exercitu multo, timuit eum, & cum honore recepit, & munera dedit ei, & hac occaſione decepit eum. Nam remiſſis militibus ipſum cum paucis retinuit, & occidit. 1. Mac. 12.

Propter munera quæ dedit, & promiſit Jaſon ambitioſus Regi Antiocho obtinuit ſummum ſacerdotium,
C cum autem miſiſſet pecuniam regi per Menelaum ille ſupplantavit eum, & obtinuit principatum, quia ſuperpoſuit Jaſoni argenti talenta trecenta. 2. Mac. 4.

Menelaus frater Lyſimachi per pecuniam, quam promiſit Antiocho, obtinuit ſummum ſacerdotium: deinde donavit Andronico quædam vaſa aurea de templo furtim accepta, & fecit Oniam occidi: poſtmodum cum accuſaretur apud Ptolomæum per pecunias, quas ei dare promiſit accuſatores ſuos morte damnari procuravit. 2. Mac. 4.

Obtulerunt Magi Domino pauperi aurum, thus, & myrrham. Matt. 2.

Milites illi qui debuerant cuſtodire ſepulcrum Domini accepta a Judæis pecunia copioſa dixerunt, quod di-

ſcipuli

Digitized by Google

ſcipuli ejus furati fuerant ipſum illis dormientibus. Matt. 28.

Pauperculæ donum viduæ, quæ duo æra minuta miſit in Gazophylacium præfertur a Domino muneribus divitum. Luc. 21.

Cum vidiſſet Simon, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus S. obtulit eis pecuniam dicens: Date mihi hanc poteſtatem, &c. Act. 8.

Felix præſes qui tenebat Paulum vinctum a Judæis nequiter accuſatum, ſperabat quod pecunia ei daretur a Paulo, propter quod frequenter accerſens eum loquebatur cum eo, & quia veriſimile eſt eum non habuiſſe intentum, Paulum dimiſit vinctum. Act. 24.

Caput LXXVII.

De fortitudine & ſtrenuitate.

A Udiens Abraham nepotem ſuum Loth eſſe captum, aſſumptis vernaculis ſuis, & aliis ſociis irruit nocte ſuper quatuor reges, qui ceperant illum, & percuſſis hoſtibus reduxit Loth cum tota ſubſtantia, & populo Sodomorum. Gen. 14.

Securum & audacem facit hominem puritas conſcientiæ: hinc eſt, quod Jacob tumens cum jurgio ait ad Laban, Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum ſic exarſiſti poſt me. Gen. 31.

Dixit Angelus ad Jacob, ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines prævalebis. Gen. 32.

Audaciter & conſtanter ſtetit Moyſes coram Pharaone arguens eum, quia non dimittebat populum Domi. Exod. 5. & deinceps.

Armati deſcenderunt filii Iſrael de terra Ægypti. Exod. 13.

Caleb & Joſue viriliter confortaverunt populum, dicentes: Aſcendamus & poſſideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam. Num. 13. Ne timeatis populum terræ, quia tamquam panem ita poſſumus eos devorare. Num. 14.

Phinees cum duodecim millibus pugnatorum debellavit Madianitas,

A quorum præter viros & mulieres, qui occiſi fuerunt, triginta duo millia virginum in præda, animalium vero maxima multitudo fuit, nec aliquis de filiis Iſrael mortuus eſt. Num. 31.

Moyſes dixit ad Joſue qui debebat ei ſuccedere, Confortare, & eſto robuſtus: tu enim introduces populum iſtum, &c. Deut. 31.

Pergens ad bellum Joſue contra habitatores Hai erat in fronte exercitus ejus vallatus auxilio pugnatorum. Joſue 8.

Captis quinque regibus dixit Joſue ad principes, qui ſecum erant: Ite & ponite pedes veſtros ſuper capita regum iſtorum, nolite timere, nec paveatis. Joſ. 10.

B Dixit Caleb ad Joſue octoginta annorum ſum hodie, ſic valens, ut ego valebam eo tempore, quando ad explorandum miſſus ſum, illius in me temporis fortitudo perſeverat, &c. Joſue 14.

Ahod judex & princeps exercitus Iſrael in fronte gradiens dixit ad populum. Sequimini me, tradidit Dominus inimicos noſtros in manus noſtras. Jud. 3.

Gedeoni dixit Angelus, Dominus tecum virorum fortiſſime, & poſt: Vade, & in hac fortitudine tua liberabis Iſrael de manu Madian. Cumque ille ſe humiliter excuſaret, audivit: Ego ero tecum, & percuties Madian, quaſi unum virum. Jud. 6.

C Samſon manibus leonem inermis laceravit. Jud. 14. & poſt hoc opera fortitudinis multa fecit, ut patet capitulo 15. & 16.

Audiens Saul obſidionem virorum Jabes Galaad, audaciter, efficaciter & feſtinanter ſuccurrit eis. 1. Regum undecimo.

David in pueritia ſua fortiter ſuperavit, & interfecit leonem & urſum, & Goliath Philiſtæum. 1. Regum 17.

David cum uno milite venit ad caſtra Saul, & intravit tentorium ejus, & tulit haſtam, & ſcyphum ejus. 1. Reg. 26.

Pueri duodecim ex parte Isboſeth, & duodecim ex parte David apprehenſo ab unoquoque capite comparis ſui defixerunt gladium in latus contra-

trari, & cæciderunt ſimul. 2. Reg. 2.

Deſiderante & petente David de aqua ciſternæ Bethleem, tres milites David irruperunt in caſtra Philiſtinorum, & attulerunt ei de aqua illa. 2. Reg. 23.

Viriliter egit Jehu percutiens duos reges & fratres Ochoziæ, & filios Achab, & Prophetas Baal occidit in multitudine numeroſa. 4. Reg. 9. & 10.

Cum magna ſtrenuitate Jojada pontifex eripuit regnum Juda de manu Athaliæ, & Joas de ſemine David puerulum coronavit. 4. Reg. 11. & 2. Paral. 23.

Joab filius Sarviæ fuit princeps & dux exercitus, quia in primis percuſſit Jebuſæum, qui habitabat in Hieruſalem, & ita ſtatuerat David. 1. Paral. 11.

Dixit Nehemias optimatibus, & magiſtratibus Judæorum: Surgamus & ædificemus, & confortatæ ſunt manus eorum in bono. Nehem. 2.

Filii tranſmigrationis ædificantes murum in circuitu Hieruſalem, una manu faciebant opus, & altera tenebant gladium. Nehem. 4.

Inimici filiorum tranſmigrationis terrebant variis modis cogitantes, quod ceſſarent ab opere, ſed dixit Nehemias: Quam ob cauſam magis confortavi manus meas. Nehem. 6.

Audientes filii Iſrael potentiam Holofernis præparaverunt ſe diligenter ad reſiſtendum, præoccupantes vertices montium, & muris circumdantes vicos ſuos, congregaverunt frumenta in præparationem pugnæ. Judith. 4.

Miram ſtrenuitatem habuit Judith, eundo ad Holofernem, & occidendo eum in tentorio ſuo. Judith. 11. & 13.

Socii Danielis dixerunt Nabuchodonoſor Regi Babylonis: Deus noſter poteſt nos eripere de camino ignis, quod ſi noluerit, notum ſit tibi rex, quod Deos tuos non colimus. Dan. 3.

Daniel non dimiſit propter edictum regis, quin oraret Deum ſuum. Dan. 6.

Miram fortitudinem habuerunt Mathatias, & filii ejus, qui ita reſtite-

A

runt Antiocho regi, & prævaluerunt toties contra eum. 1. Mach. 2. & deinceps.

Confidenter & ſtrenue Judas Machabæus flumen tranſivit ad caſtra hoſtium, quæ erant ultra ipſum flumen. 1. Mac. 5.

Eleazar filius Saura cucurrit audaciter ad Elephantem, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eum in terram ſuper ipſum, & mortuus eſt illic. 1. Mach. 6.

Eleazarus dixit tortoribus ſuis, Fortiter vitam excedendo ſenectute dignus apparebo: adoleſcentibus autem exemplum forte relinquam, ſi prompto animo ac fortiter pro graviſſimis ac ſanctiſſimis legibus honeſta

B

morte perfungar. 2. Mac. 6.

Machabæus & qui cum eo erant, ibant prompti ad bellum contra Lyſiam de cœlo habentes adjutorem, leonum autem more impetu irruentes in hoſtes proſtraverunt ex eis undecim millia peditum & equitum mille ſexcentos, univerſos autem in fugam verterunt. 2. Mac. 11.

Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Jeſu Chriſti Domini, & gratia magna erat in omnibus illis. Act. 4.

Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia, & ſigna magna *in populo: ejus autem fortitudo* præcipue apparuit, quod Judæis conſtantiſſime reſtitit, & diram mortem

C

patientiſſime toleravit. Actorum 6. & 7.

Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio, ita dicit Tullius 2. Rhet. ſecundum hoc conſtat Apoſtolum Paulum fortiſſimum militem Chriſti fuiſſe, qui tot, & tanta pericula pro ipſo ſuſcepit, & tot & tales labores ſuſtinuit, ſicut patet ab undecimo capitulo Actuum Apoſtolorum uſque ad finem, ipſe etiam enumerat. 2. Cor. 11. In laboribus plurimis, &c.

CA-

Digitized by Google

Caput LXXVIII.

De confidentia & magnanimitate.

MOyſes ſtetit coram Pharaone multoties, & arguebat eum confidenter. Exod. 5. & deinceps in pluribus capitulis.

Confidenter licet reverenter arguit Nathan Propheta David poſt adulterium & homicidium ab illo commiſſum. 1. Reg. 12.

Dixit Elias ad Achab: Non ego turbavi Iſrael, ſed tu & domus patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini, & poſt fecit quadringentos Prophetas Baal occidi. 4. Reg. 18. Idem poſtea dixit Ochoziæ regis Iſrael 4. Reg. 1. De lectulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, &c.

Achab Rex Iſrael dixit Eliæ: Num inveniſti me inimicum tibi: Qui dixit, Inveni eo quod venundatus es, ut faceres malum in conſpectu Domini. tertio Regum. 21.

Eliſeus mira libertate dixit ad Joram regem Iſrael exercitu circumſtante: Quid mihi & tibi eſt, vade ad Prophetas patris tui, &c. 4 Reg. 3.

Fuit Dominus cum Joſaphat, quia ambulavit in viis David patris ſui, & poſt pauca: Cumque ſenſiſſet cor ejus audaciam per vias Domini, &c. 2. Paral. 17.

Spiritus Dei induit Zachariam Jojadæ filium, & ſtetit in conſpectu Domini, dicens: Quare tranſgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit? 2. Paral. 24.

Ezechias confortavit bellatores ſuos, dicens: Nolite timere regem Aſſyriorum, & univerſam multitudinem, quæ cum eo eſt, plures enim nobiſcum ſunt, quam cum eo, &c. 2. Paral. 32.

Sanaballat & ceteri inimici dolentes de ædificatione muri Hieruſalem, niſi ſunt terrere Nehemiam variis modis, ſed non potuerunt. Nehem. 4. & 6.

Miræ magnanimitatis fuit Judith, quæ inermis ivit ad tentorium Holofernis, & ibi eum interficere auſa fuit. Jud. 10. & 13.

A Mardochæus magnanimiter renuit adorare Aman ſuperbiſſimum, licet ſciret regem hoc præcepiſſe. Heſt. 3. & 5. Item etiam cum magna ſecuritate & liberalitate loquebatur reginæ, dicens: Ne putes, quod animam tuam tantum liberes, quia in domo regis es præ cunctis Judæis; ſi enim nunc ſilueris, &c. Heſt. 4.

Ananias & ſocii ejus confidenter Nabuchodonoſor regi dixerunt: Deus noſter, quem colimus, poteſt eripere nos, &c. Dan. 3. Similiter Daniel, qui de edicto regis Darii non curavit, ſed Deum ſuum more ſolito oravit. Dan. 8.

Eleazar filius Saura cucurrit audaciter ad elephantem, ubi credebat

B eſſe regem, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eum. 1. Mach. 6.

Signum magnanimitatis dedit Timotheus exercitui ſuo de Juda Machabæo, ſi tranſiret fluvium, & veniret ad hoſtes audaciter. 1. Mach. 5. Et ſic fecit Judas, & magnam habuit victoriam.

Mathathias & filii ejus magnanimiter rebellaverunt, & reſtiterunt regi Antiocho. 1. Mach. 2. & deinceps.

Cum dicerent ſocii Judæ ad eum, ut liberarent animas ſuas, quia hoſtes erant multi, & ipſi pauci, reſpondit Judas: Abſit iſtam rem facere, ut fugiamus ab eis, & ſi appropinquaverit tempus noſtrum, moria-

C mur in virtute, &c. 1. Mac. 9.

Videntes ſocii Judæ Machabæi exercitum venientem, dixerunt: Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem tam fortem. Et ait Judas: Facile eſt concludi multos in manus paucorum, & non eſt differentia in conſpectu Dei liberare in multis, aut in paucis, quia non in multitudine exercitus belli victoria, ſed de cœlo fortitudo eſt. 1. Mach. 3.

Jonathas animavit ſuos, ad pugnam ex eo, quod bellum erat ex adverſo, & aqua Jordanis hinc, & inde & ripæ, & paludes, & ſaltus, & non erat locus divertendi. 1. Mach. 9.

Cum eſſet Jonathas in prælio contra alienigenas reliquerunt eum ſui omnes, exceptis duobus, ſed viden-

tes quod ipſe dux fortiter pugnabat, reverſi ſunt fugientes, & ceciderunt de alienigenis tria millia virorum. 1. Mach. 11.

Egregius dux militiæ Judas Machabæus ad eas, quæ amplius urgebant pugnas ſe convertit. 1. Mach. 10.

Machabæus & qui cum eo erant, videntes auxilium de cœlo ſibi miſſum, convaluerunt animis, non ſolum homines, ſed etiam beſtias ferociſſimas, & muros ferreos parati penetrare, &c. 2. Mach. 11.

Crucifixo Domino, Joſeph ab Arimathæa audacter introivit ad Pilatum, & petiit corpus Jeſu. Marci decimo quinto.

Ille cæcus natus a Domino illuminatus, libera voce veritatem de Domino fatebatur. Joan. 9.

Dixit Thomas ad condiſcipulos: Eamus, & nos, & moriamur cum eo, ſcilicet cum Chriſto. Joan. 11.

Petrus qui ad vocem unius ancillæ pavefactus Chriſtum negaverat, recepto Spiritu ſancto fuit tanta virtute indutus, ut coram populo, & magiſtratuum, ac Phariſæorum collegio ipſum cum omni fiducia prædicaret. Act. 2. 3. 4. 5.

Stephanus plenus gratia, & fortitudine Chriſtum Deum cum mira libertate prædicabat, & Judæos dure increpans, confundebat dicens inter cetera; Dura cervice, & incircumciſi corde & auribus, vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis. Act. 7.

Magiſtratus, & miniſter arguendo dixerunt Apoſtolis: Præcipiendo præcepimus vobis, ne docueritis in nomine iſto, & ecce repleſtis Hieruſalem doctrina veſtra, & vultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius. Reſpondentes autem Petrus, & Apoſtoli dixerunt: Magis obedire oportet Deo, quam hominibus. Actorum quinto.

Paulus Apoſtolus præſente Paulo proconſule, Elymam magum duriſſime increpavit, & eum ad tempus lumine oculorum privavit. Act. 13.

Cum mandaſſent magiſtratus, ut Paulus, & Silas liberarentur de carcere, Paulus dixit eis: Cæſos nos publice homines Romanos idemnatos miſerunt in carcerem, & nunc occulte nos eiiciunt, & ſic locutus eſt quod illi timentes venerunt, & rogaverunt eos, ut egrederentur de illa civitate. Act. 16.

Commota & confuſa civitate Epheſina, cives impetum fecerunt unanimiter in theatrum raptis comitibus Pauli. Paulus autem voluit ſe mittere in populum, ſed non permiſerunt eum diſcipuli. Actor. 19.

Valedicens fratribus de Aſia, dicebat Paulus. Sanctus *Spiritus* per omnes proteſtatur civitates *mihi*, quia vincula, & tribulationes me manent in Hieruſalem: ſed nihil, inquit, horum vereor, nec facio animam meam pretioſiorem, quam me, &c. Act. 20.

Coram illis judicibus, quos habuit Paulus miram magnanimitatem oſtendit, videlicet coram tribuno, Anania principe ſacerdotum, Felice, Feſto, a quo manifeſte gravatus, Cæſarem appellavit. Actorum 21. 22. 23. 14. 15.

In tot, & tantis periculis conſtitutus Paulus ſemper fuit intrepidus, & ſecurus: & hoc præcipue apparuit in tempeſtate, quam paſſa eſt navis ſua. Act. 27.

De ipſo beato Paulo, beatus Auguſtinus de civitate Dei. Illum, inquit, optimum & fortiſſimum virum, *qui in ſuis infirmitatibus gloriatur*. Qui plus omnibus coapoſtolis ſuis laboravit. Illum, inquam, verum athletam Chriſti, doctum ab illo, unctum de illo, crucifixum cum illo, glorioſum in illo: in theatro hujus mundi, cui ſpectaculum factus eſt, & Angelis, & hominibus, legitime magno agone certantem, oculis fidei libentiſſime ſpectantem, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, foris habentem pugnas, intus timores, &c.

CAPUT LXXIX.

De patientia, & manſuetudine, & de injuriis, & tormentis.

MAnſuete ferebat Iſaac, cum pater ſuus immolare eum vellet. Gen. 22.

Joſeph facinus quod in eum commiſerunt fratres ſui. Geneſ. 37. &

pa-

patienter tulit, & clementer indulſit. Gen. 45. & 1.

Speciale mandatum dedit Joſeph fratribus ſuis, dicens: Ne iraſcamini in via. Gen. 45.

Cito oravit Moyſes pro Maria, quæ contra eum, tam inique locuta fuerat, & per orationem ejus ſanata fuit. Num. 12.

Murmuraverat populus contra Moyſen & Aaron, dicens: Vos interfeciſtis populum Domini: & cum iratus Dominus populum percuteret, dixit Moyſes ad Aaron: Perge cito ad populum, ut ores pro eis, & ſequitur, quod plaga ceſſavit. Num. 16.

Filii Ephraim jurgantes fortiter contra Gedeonem fuerunt ſedati, per ejus manſuetam reſponſionem. Judic. 8. Quid enim, inquit, tale quid facere potui, quale vos feciſtis, &c.

Noluit ſuſtinuere Saul, quod occiderentur viri, qui detraxerant ei. 1. Reg. 11.

Potuit David pluries, & noluit occidere Saulem ipſum actualiter perſequentem. 1. Reg. 24. Quando abſcidit oram chlamydis ſuæ, & 26. Quando invenit dormientem.

Fugiens David a facie Abſalom, patienter dixit ad Sadoch: Si invenero gratiam in oculis Domini, reducet me, &c. 2. Reg. 15. Et ad Semei maledicentem ſibi, &c. 16.

Miphiboſeth ſuſtinuit patienter iniquam ſententiam contra ſe latam. 3. Reg. 15.

Dixerunt ſeniores dantes conſilium Roboam: Si placueris populo huic, & linieris eos verbis clementibus, ſervient tibi omni tempore. 2. Paral. 10.

Homines qui venerant ad capiendum Eliſeum, non permiſit ipſe aliquid mali habere, ſed præcepit eis menſam apponi, & refectos abire permiſit. Quarto Regum quinto.

Excæcatus Tobias, miram patientiam oſtendit erga divinum flagellum, & irriſionem amicorum, & uxoris. Tob. 2. & 3.

Job patiens fuit perdendo ſua, ſuos & quaſi ſeipſum. Et notandum eſt, quod ſimul amiſit bona ſua, & liberos ſuos: & ſic vehementior fuit tentationis impetus. Item illi qui re- A manſerunt de amicis ſuis plus ei deſolationis, quam conſolationis attulerunt: ut patet in uxore, & aliis amicis, qui fuerunt ei conſolatores oneroſi. Job 1 & 2. Et deinceps.

Alacrem patientiam exhibuerunt ſocii Danielis miſſi juſſu regis in fornacem ignis ardentis. Dan. 3. Et tantum, vel amplius laudatus fuit Deus ex eorum patientia, quantum ex Danielis ſapientia.

Filia Raguelis Sara gravem contumeliam ab ancilla prolatam patienter tulit, nihil reſpondens, ſed ſtatim ad orationem ſe committens. Tob. 3.

Cum plagis perimeretur Eleazarus dixit: Domine tu ſcis, quia cum a morte poſſem liberari, diros corporis B ſuſtineo dolores: ſecundum animam vero propter timorem tuum hæc patior libenter. 2. Mach. 6.

Septem illi fratres, cum pia matre ſua, alacri animo paſſi ſunt horrenda tormenta. 2. Mach. 7.

Cum interrogaſſet Petrus: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? uſque ſepties? Non dico uſque ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties. Matth. 18.

Ad remittendum fratribus ex corde induxit Dominus parabolam ſervi nequam, cui decem millia talenta liberaliter a Domino fuerunt dimiſſa. Matth. 18.

Cum vidiſſent Jacobus, & Joannes, quod Samaritani non receperant nun- C tios Domini, quos præmiſerat, dixerunt: Vis, dicamus, ut ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos, & Dominus increpavit illos, & dixit: Neſcitis cujus ſpiritus eſtis, &c. Luc. 9.

Mulier in adulterio deprehenſa, & coram Domino accuſata, nihil omnino accuſatoribus reſpondebat. Dominus autem pro ea verbum aſſumpſit, & eam benigne abſolvit. Joan. 8.

Cedendum eſt quandoque furori perſequentium, unde Dominus qui pati & occidi venerat, non ut timidus, ſed ut providus, & horam paſſionis competenter expectans, rabiem Judæorum pluries declinavit. Luc. 4. Jeſus autem tranſiens per medium illorum ibat. Joan. 8. & 12. Abſcondit ſe, & exivit de templo.

Digitized by Google

De ſe ipſo, Dominus ait, Matth. A 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde.

Dominus noſter patienter pertulit injurias illatas verbis & factis: verbis quidem detractoriis, contradictoriis, deriſoriis, & contumelioſis.

Detraxerunt enim occulte ei, & manifeſte, occulte intra ſe loquendo, & ipſum temere nequiter iudicando. Luc. 7. Hic ſi eſſet Propheta, &c. Item Matth. 6. Luc. 5. Hic blaſphemat, &c.

Manifeſte quando dicebant diſcipulis ejus Phariſæi, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magiſter veſter? Matth. 10. & Luc. 5. Item Matth. 12. Luc. 11. quando ejus miracula depravabant B dicentes: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. & Joan. 9. Non eſt hic homo a Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Item ibidem. Joan. 9. Nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt. Item dicebant eum habere dæmonium Joan. 7. & 8.

Contradictoria vero verba ſuſtinuit. Joan. 8. Tu de te ipſo teſtimonium perhibes. Teſtimonium tuum non eſt verum. Item ibidem: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Item verba deriſoria. Matth. 9. Lucæ 8. Cum dixiſſet, non eſt mortua puella, ſed dormit; ſequitur: Deridebant eum. Item Lucæ 16. Cum dixiſſet: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Se- C quitur: Audiebant hoc Phariſæi, qui erant avari, & deridebant eum.

Item verba contumelioſa. Joan. 8. Nonne bene diximus, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Joan. 7. Dæmonium habes. Lucæ 5. Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias?

Similiter tempore paſſionis ante crucem in domo Annæ, & in domo Caiphæ coram Pilato, & coram Herode, ac demum dum penderet in cruce hujuſmodi verba multa circa ſe audivit.

Item in factis graves injurias paſſus fuit: nam ipſo prædicante repleti ſunt omnes in ſynagoga ira, & eiicientes eum extra civitatem, voluerunt eum præcipitare de ſupercilio montis. Luc. 4. Et iterum ad lapidandum eum, lapides ſuſtulerunt. Joan. 8. & 9.

Item cum iret in Hieruſalem; & vellet tranſire per Samariam nuntios quos præmiſit, recipere noluerunt. Luc. 9.

Præterea ipſo prædicante Judæis, & eorum malitias increpante, illi ad lapidandum eum lapides ſuſtulerunt. Joan. 8. & 9.

Hoc parum fuit reſpectu eorum, quæ in paſſione ſuſtinuit, circa quam notari poteſt quod, ſecundum ea, quæ ipſe prædixerat. Matt. 20. Fuit deluſus, flagellatus, & crucifixus.

Deluſus ſiquidem in domo Caiphæ pontificis. Luc. 22. Qui tenebant eum, illudebant ei cædentes.

Item in prætorio Pilati præſidis. Matth. 27. Genuflexo illudebant ei dicentes: Ave rex Judæorum.

Similiter illuſus fuit in domo Herodis: Sprevit eum Herodes, & illuſit eum cum exercitu ſuo, &c. Luc. 23.

Item illuſus fuit Dominus Jeſus in patibulo crucis, & hoc a militibus, & ſacerdotibus, & communiter prætereuntibus, & latronibus. Siquidem de militibus dicitur. Matth. 27. Illudebant ei milites dicentes, &c. accedentes, & acetum offerentes.

De ſacerdotibus autem. Matth. 27. Principes ſacerdotum cum ſcribis, & ſenioribus illudebant ei dicentes: Alios ſalvos fecit, &c.

Prætereuntes autem blaſphemabant eum moventes capita ſua. Matth. 27.

De latronibus inſuper dicitur Matt. 27. Latrones qui crucifixi erant cum eo convitiabantur ei.

Ulterius nota quod illuſus fuit nutibus, & ſignis, quando movebant capita ſua, & flectebant genua ſua.

Verbis quando ſalutantes dicebant: Ave rex Judæorum.

Factis quando fuit ſpinis coronatus, & arundo loco ſceptri poſita in manu ejus.

Sputis deturpatus & veſte purpurea, & alba veſtitus. Luc. 23.

Salvator noſter in paſſione ſua, manſuetudinem exhibuit ad proditorem, quem vocavit amicum. Matth. 27.

Ad lictorem cujus aurem ſanavit. Luc. 22. Ad Annam, & ad Caipham, ad Pilatum coram quibus fuit falſiſſime accuſatus, manſuetiſſime reſpondit. Joan. 18. & 19. & in aliis Evangeliſtis.

Item

. Item ad crucifixores pro quibus oravit. Luc. 23.

Item ad latronem cui tam benigne reſpondit. Luc. 23.

De flagellatione penſandum eſt, quod ipſe Dominus Jeſus flagellatus fuit in capite. Matth. 27. Percutiebant caput ejus arundine. Item in facie. Luc. 22. Percutiebant faciem ejus. Joan. 18. Unus miniſtrorum aſſiſtens pontifici dedit ei alapam. Item in collo. Matth. 27. colaphis eum cæciderunt. Item in toto corpore. Matth. 15. Tradidit illis Jeſum flagellis cæſum, ut crucifigerent eum.

Circa quæ notari poteſt quod flagellari ſolent in capite inſcii, & qui erudiuntur, in collo ſervi qui de domo eiiciuntur, in facie rei qui vituperantur, in toto corpore ſcelerati qui puniuntur.

Item conſiderari debet ab anima fideli, quod fuit flagellatus linguis blaſphemantium, improperantium, acclamantium, Crucifige, crucifige eum. Palmis percutientium. Matth. 26. Alii palmas in faciem ei dederunt in arundine, & flagellis, ſicut jam viſum eſt in Matthæo, & Marco.

Ad omnis injuriæ cumulum multum facit quod ipſe Dominus dominantium, qui ſolvit compeditos, ipſe fuit tamquam latro captus, & ligatus. Joan. 18. Miniſtri Judæorum comprehenderunt Jeſum, & ligaverunt eum.

Item fuit latro ei præpoſitus, quia petierunt Barabam ſibi dimitti, & Dominum crucifigi teſtantibus omnibus Evangeliſtis; & tamen ille cum eo, qui erat latro in ſeditione fecerat homicidium. Joan. 18. Luc. 22. Matth. 27. unde ille Barabas erat homicida, ſeditioſus, latro inſignis, in malitia diffamatus.

Item fuit in medio latronum poſitus, quaſi eſſet magiſter eorum, & ſceleratior omnibus. Joan. 19. Medium autem Jeſum.

Præterea penſandum eſt, quod ipſe fuit in omnibus ſenſibus corporis flagellatus, oculi namque illius videbant illos tortores ſuos rabidos, & crudeles.

Item piam matrem ejus in animam pariter crucifixam, dilectum diſcipulum, & mulieres devotas ei compatientes. Aures autem verba blaſphemiæ, inſultationis, deriſionis, & improperii audiebant. Nares etiam ratione loci Calvariæ, in quo crucifixus eſt: ubi decalvabantur, ſive decapitabantur malefici, affectæ erant fœtore gravi. Guſtus ejus fuit afflictus in hoc, quod fuit potatus vino myrrható, vel aceto cum felle mixto. In quibus datur intelligi poculum fuiſſe amariſſimum. Senſus autem tactus per totum corpus diffuſus ubique dolorem ſenſit in membris videlicet flagellatis in manibus, & pedibus atrociter perforatis.

B Poteſt etiam conſiderari, quod ipſe Dominus Jeſus ſuſtinuit damnum in rebus, quas ſecundum hominem habuit.

Quia fuit veſtimentis nudatus. Jo. 19. Ab amicis derelictus. Matt. 14. Diſcipuli relicto eo fugerunt omnes.

Afflictus in toto corpore ſicut tactum eſt per acerbiſſimam paſſionem.

Iterum in corde, vel mente per compaſſionem, quia compatiebatur amicis ibi aſſiſtentibus, & inimicis ignorantibus.

Item paſſus eſt Jeſus quodammodo in fama, ſeu opinione, quia dicebant eum fuiſſe populi ſeductorem. Matt. 27. Domine dixerunt ad Pilatum principes ſacerdotum, recordati ſumus, quoniam ſeductor ille, &c.

C Advertendum eſt etiam circa ſaluſiferam paſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ fuit turpis, immo turpiſſima & ignominioſa, ratione loci, ubi notus, & honoratus fuerat, & multa miracula fecerat, ſcilicet in Hieruſalem. Item ratione temporis, vel diei ſolemnis Paſchæ, quando convenerat ad diem feſtum maxima hominum multitudo. Item hora quaſi ſexta ductus fuit ad crucem ut ab hominibus poſſet ſciri. Item ratione ipſius mortis, quia morte crucis, morte debita maledictis malefactoribus, & iniquis. Item ratione modi ad ipſum tormentum eundi: exivit enim Jeſus bajulans ſibi crucem. Jo. 19. quod certe non legitur de aliis duobus nequam qui ducebantur cum eo. Item ratione conſortii: nam fuit crucifixus

Digitized by Google

cifixus in medio duorum latronum, quaſi eſſet unus, aut maximus, vel magiſter.

Adhuc autem aggravatur illius benedictæ paſſionis acerbitas ex naturali Dominici corporis complexione. Certum eſt enim illud ſacrum corpus fuiſſe complexionis optimæ, & mirabiliter delicatæ: utpote organizatum ſancti Spiritus opere, unde fuit ſine aliquo naturæ vitio, vel errore. Item caro ſua ſancta nullam habuit unquam rebellionem, vel pugnam contra ſpiritum, & ideo ſpiritus merito magis diligebat ipſam, quam alterius ſpiritus, vel anima debeat diligere corpus ſuum. Item ex diuturnitate diurnæ durationis aggravatur acerbitas paſſionis: nam multi martyres igne cremati, vel aqua ſubmerſi, vel capite truncati martyrium ſuum celeriter compleverunt; paſſio vero Dominica duravit, quaſi ab inſtanti ſuæ conceptionis uſque ad horam mortis (certiſſime namque præſcivit quidquid ſua humanitas paſſura fuit) ſpecialiter tamen continue duravit ab hora illa poſt cœnam uſque ad ſextæ feriæ horam nonam. Item ex qualitate membrorum, in quibus paſſus fuit, quia in pedibus, & manibus quæ ſunt membra nervoſa, & doloris maxime perceptiva.

Signum autem quod paſſio Domini graviſſima & acerbiſſima fuerit ex hoc præcipue poteſt haberi, quod narrante Luca in oratione poſt cœnam ex vehementi imaginatione futuræ anguſtiæ vel doloris, factus eſt ſudor ejus, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Luc. 22.

Eamdem vero Dominicam paſſionem reddit inæſtimabiliter gratioſam hoc quod ad illam ſponte ſe obtulit. Matth. 27. Surgite, eamus, ecce appropinquavit qui me tradet, & Jo. 18.

Ivit obviam miniſtris quærentibus Jeſum Nazarenum, & cum audiſſent eum dicentem; Ego ſum, ceciderunt in terram. Item poſtea captus, vinctus, ignominioſe deductus, mendaciter accuſatus, colaphizatus, ſputis illitus, flagellis cæſus, ſpinis deriſorie coronatus, nullum verbum aut ſignum impatientiæ, ſeu turbationis

A oſtendit, quinimmo multiplex beneficium illis, a quibus ita premebatur, impendit. Nam aurem amputatam ſervo principis ſanavit, & multa pia & utilia verba illis dixit, & pro ipſis crucifixoribus ſuis clementer oravit patrem ſuum dulciter invocans, & illos benigne excuſans. Luc. 23. Pater, inquit, dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt.

Denique hæc omnia paſſus non propter ſe, ſed propter nos, nam propter peccata noſtra tolleranda, quia quæ non rapuit, tunc exolvit: unde propter neceſſitatem & utilitatem noſtram, non propter ſuam; animam enim ſuam poſuit pro ovibus ſuis. Jo. 10. Pro nobis quippe libe-
B randis voluit comprehendi, pro nobis redimendis voluit vendi, pro nobis honorandis voluit confundi, & in cruce ſuſpendi, vinculatus eſt ut abſolveremur, vulneratus eſt ut ſanaremur, flagellatus ne flagellaremur, mortuus eſt ne æternaliter moreremur. Gal. 2. In fide vivo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. 1. Cor. 15. Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris. Item 1. Pet. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis relinquens exemplum. Item Iſa. 53. Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. Attritus eſt propter ſcelera *noſtra tollenda, ſcilicet* & delenda. Item Jo. 10. Animam meam, inquit, pro ovibus meis pono.

C De Apoſtolis cæſis dicitur. Act. 5. Ibant gaudentes a conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt, &c.

Stephanus ad lapidatores ſuos fuit ita patiens, & benignus, quod diligentius pro illis, quam pro ſe ipſo oraſſe videtur. Nam poſitis genibus clamavit voce magna dicens: Domine ne ſtatuas, &c. orans autem pro ſe non legitur genua flexiſſe, nec clamaſſe. Act. 7.

Paulus & Silas poſiti in duro carcere media nocte adorabant Deum, & laudabant. Act. 16.

CA-

Digitized by Google

Caput LXXX.

De conſtantia & perſeverantia in propoſitis.

NOn eſt reſpiciendum retro poſt egreſſum de ſocietate malorum, ſicut fecit uxor Loth, quæ verſa eſt in ſtatuam ſalis. Gen. 19.

Singulis diebus moleſta erat Joſeph domina ejus, & ille tamen perſeveranter reſtitit operi nefario. Gen. 39.

Numquam potuit vinci Moyſes, quod vel in Ægypto, immolans remaneret, vel parvulos aut jumenta populi dimitteret Pharaoni. Exo. 8. 9. & 10.

Dure reprehenſus David a fratre ſuo majore, & etiam diſſuaſus a Saule non deſtitit ab incœpto, ſed viriliter pugnavit, & vicit. 1. Reg. 17.

Perſeveranter egit Joab in obſidione Rabbath, donec capta fuit civitas. 2. Reg. 12.

Item circa Seban Bochri in obſidione civitatis Abela. 2. Reg. 20.

Quamvis Nehemias in ædificando multa paſſus fuerit impedimenta, non ceſſavit ab opere, donec murus fuerit totaliter conſummatus. Nehe. 4. & 6.

Cum Tobias ab infbntia ſemper timuerit Deum non eſt contriſtatus contra Dominum, quod plaga cæcitatis evenerit ei, & immobiliter in Dei timore permanſit. Tob. 2.

Eliachim ſacerdos magnus allocutus eſt omnem Iſrael dicens: Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manentes perſeveraveritis in conſpectu Dei. Judith. 4.

Scire cupiebant famuli regis Aſſueri, utrum Mardochæus perſeveraret in ſententia de non adorando Aman, qui ita conſtanter perſtitit in propoſito, ut non ſolum eum non adorare voluerit, ſed nec ei aſſurgere tranſeunti. Eſther 3. & 5.

Socii Danielis conſtanter dixerunt regi Babylonis: Notum ſit tibi rex, quod deos tuos non colimus, & ſtatuam tuam non adoramus. Dan. 3.

Non prætermiſit Daniel, propter crudele decretum Darii regis Perſarum, quin oraret ter in die, ſicut

A ante conſueverat Deum ſuum. Dan. 6.

Conſtanter reſtitit Suſanna duobus ſenibus presbyteris, qui eam tanti vexamenti tentatione pulſabant. Dan. 13.

Multi de populo Iſrael diffinierunt apud ſe, ut non manducarent immunda, & elegerunt magis mori, quam cibis coinquinari. 1. Mach. 1.

Miram conſtantiam, & perſeverantiam habuit Eleazarus in tormentis, & magis elegit graviſſima morte perimi, quam contra leges carnes porcinas comedere, vel ſimulare ſe comediſſe. 2. Mach. 6.

Septem illi fratres cum pia matre ſua, bene perſeveraverunt uſque in finem, nec potuerunt ad prævarica-

B tionem legis adduci blanditiis, aut tormentis. 2. Mach. 7.

Firmiſſimum virginitatis propoſitum habuit Beata Virgo, quæ noluit conſentire in conceptione tanti Filii, donec intellexit quod hoc fieret, non viri opere, ſed virtute Spiritus ſancti. Luc. 1.

Ponit Dominus exemplum. Luc. 13. de illo homine ab aliis illudendo qui cœpit turrim ædificare, & non potuit conſummare.

Cæcus ille natus, & a Domino illuminatus conſtanter perſeveravit contra Phariſæos veritatem confitens, & defendens. Joan. 9.

Omnes diſcipuli Domini erant perſeverantes unanimiter in oratione,

C cum mulieribus, & Maria matre Jeſu. Act. 1.

Principes Judæorum videntes Petri conſtantiam, & Joannis, comperto quod eſſent homines ſine litteris, & idiotæ admirabantur. Act. 4.

Videns Barnabas quod multi Antiocheni erant ad fidem converſi, gaviſus eſt, & exhortabatur omnes in propoſito cordis permanere in Domino. Act. 11.

Paulus & Barnabas ſuadebant fratribus, ut permanerent in gratia Dei. Act. 13.

Spiritus ſanctus per omnes civitates proteſtabatur Paulo, quoniam vincula, & tribulationes in Hieruſalem ſuſtinere debebat. Sed nihil horum, inquit, vereor, nec facio animam meam pretioſiorem quam me, dum-

modo conſummem curſum meum, &c. Act. 20.

Caput LXXXI.

De impatientia, & murmure.

AGar Ancilla Saræ non ferens correptionem dominæ ſuæ, quæ affligebat eam, præ illius ſuperbia fugam inivit, ſed ad mandatum Angeli rediit. Gen. 26.

Præpoſiti filiorum Iſrael dixerunt Moyſi, & Aaron: Videat Dominus, & judicet, quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone. Exod. 5.

Videntes Ægyptios filii Iſrael, dixerunt ad Moyſen. Exod. 14. Forſitan non erant ſepulcra in Ægypto, vel contuliſtis nos, ut moreremur in ſolitudine.

Prima murmuratio filiorum Iſrael in deſerto fuit, pro defectu potus. Exod. 15. Murmuravit populus contra Moyſen dicens: Quid bibemus? deinde pro cibo. Exod. 16. Murmuravit omnis congregatio filiorum Iſrael, &c. Cur induxiſtis nos in deſertum iſtud, ut occideretis omnem multitudinem fame? Item poſtquam miſit Dominus populo coturnices, & manna, murmuravit præ ſitis anguſtia. Exod. 17. Cum patiebatur famem populus in deſerto, cum murmure, & impatientia recordabatur carnium, quas comederat in Ægypto, ſed de duriſſima ſervitute, qua opprimebatur, non faciebat mentionem aliquam. Exo. 16.

Videns populus quod moram faceret deſcendendi Moyſes de monte, congregatus adverſus Aaron, ait: Surge fac nobis deos qui præcedant, &c. Exod. 32.

Ortum eſt murmur populi, quaſi dolentium pro labore, contra Dominum, & accenſus eſt in eos ignis Domini, & devoravit extremam caſtrorum partem. Num. 11. Et nota perverſitatem illorum dicentium: Recordamur piſcium quos comedebamus in Ægypto gratis, cum tamen ita care emerent.

Poſt terribilem mortem Chore, & complicum ſuorum, multitudo mur- A muravit contra Moyſen, & Aaron dicens: Vos interfeciſtis populum Domini, &c. Num. 16.

Rurſus propter defectum potus, & fructuum murmuraverunt, & jurgati ſunt filii Iſrael contra Moyſen, ad aquas contradictionis. Num. 20.

Videns Achitophel, quod non eſſet factum, juxta conſilium ſuum, in tantum impatiens fuit quod receſſit ab Abſalom, & abiens in domum ſuam ſuſpendio interiit. 2. Reg. 17.

Quia durius locuti ſunt filii Juda cum illis de decem tribubus, ſeparatus eſt omnis Iſrael a David, & ſecutus eſt Sebam filium Bochri. 2. Reg. 20.

Cum dixiſſet Tobias de hœdo, quem balantem audivit: Videte ne fortivus B ſit: uxor ejus impatienter reſpondit. Tob. 2.

Sara filia Raguelis, unam de ancillis pro culpa ſua increpabat, & illa nimis injurioſe reſpondit, dicens: Amplius ex te non videamus filium, aut filiam ſuper terram, interfectrix virorum tuorum. Tob. 3.

Nuntiatum eſt Holoferni quod filii Iſrael præparaviſſent ſe ad reſiſtendum, & furore nimio exarſit in iracundiam magnam. Judith. 5. Item cum ceſſaſſet loqui Achior indignatus eſt Holofernes vehementer. Jud. 7.

Pro eo quod Mardochæus Aman noluit adorare, ille ita indignans, & impatiens fuit, quod viſus eſt procu- C rare mortem ejus, & omnium Judæorum. Eſther 3.

Videns Elihu quod amici Job diſputantes cum eo, non poterant eum convincere, oſtendit multa ſigna impatientiæ verbis ſuis. Job 33.

Audiens Nabuchodonoſor, quod ſocii Danielis auream ſtatuam, quam fecerat, adorare nolebant, in ira, & furore eos coram ſe adduci præcepit. Dan. 3.

Audiens Herodes natum eſſe regem Judæorum, turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. Matt. 2. Diſcumbente Domino in domo Matthæi murmurabant Phariſæi, & Scribæ, dicentes ad diſcipulos ejus: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis? Luc. 5.

Simile habetur. Luc. 15. Erant appro-

pro-

Digitized by Google

propinquantes ad Jeſum publicani, A & peccatores, &c. & murmurabant, &c.

Item de Zachæo Luc. 19. murmurabant dicentes, quod ad hominem peccatorem divertiſſet.

Frater ſenior filii prodigi audiens feſtum quod faciebat pater adoleſcentiori filio revertenti, indignatus eſt, & nolebat introire. Luc. 15.

Videntes principes ſacerdotum, & Scribæ, miracula quæ Dominus faciebat, & pueros clamantes Oſanna filio David, indignati ſunt, &c. Matt. 21. Luc. 19.

Phariſæi videntes ſe per unum cæcum natum a Domino illuminatum, verbis efficacibus confutari, maledixerunt ei, & dixerunt: Tu diſcipulus B ejus ſis, & poſt, In peccatis natus es totus, & tu doces nos, &c. Joan. 9.

Factum eſt murmur Græcorum adverſus Hebræos, eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano, viduæ eorum, &c. Act. 6.

Caput LXXXVII.

De bello temporali, & victoria, ut plurimum divinitus obtenta.

Abraham cum paucis ſociis debellavit quatuor reges, qui tamen ita potentes erant, quod ipſi terras multas vaſtaverant, & tamen quinque reges de Pentapoli vicerunt, & illos de Sodoma, & Gomorra ſpoliaverunt, ipſe vero Abraham ſpolia recuperavit, & Loth nepotem ſuum liberavit. Gen. 14.

Nota quod in bello juſto, non tenetur homo inimicis ſuis pugnam prædicere, vel eos præmunire; immo etiam licet eis inſidias tendere, ſicut patet per Abraham. Gen. 14. & Joſue 8. & 10. Item 8. de Gedeone.

Contra Amelech filios Iſrael impedire nitentem, miſit Moyſes Joſue ad pugnandum ipſe vero in propria perſona non ivit, ſed in oratione remanſit, & plus fecit orando, quam ille manibus feriendo. Exod. 17.

Filii Iſrael motu valde animoſo aggreſſi ſunt bellum contra Amalechitas, & Chananæos prohibente Moyſe, illi autem percutientes, & concidentes filios Iſrael, perſecuti ſunt eos, uſque Horma. Num. 14.

Rex Arad pugnavit contra filios Iſrael, duxit inde prædam, illi vero poſtea voto Domino ſe obligantes vicerunt, & urbes oſtium ſubverterunt. Num. 21.

Ex præcepto Domini pugnantes filii Iſrael contra Madianitas, tantam victoriam habuerunt, quod triginta duo millia mulierum virginum habuerunt in præda, & tamen de populo Iſrael non fuerunt niſi duodecim millia pugnatorum, de quibus, nec unus quidem in prælio mortuus eſt. Num. 31.

Vociferante populo, & clamante clangentibus tubis, ſicut præceperat Dominus Joſue, muri Jericho corruerunt, & ſic capta eſt civitas. Joſue 6.

Occaſione prævaricationis Achan filii Iſrael fugati fuerunt ab illis, de civitate Hai. Poſt expiationem autem peccati, ad præceptum Domini capta fuit civitas, & ſubverſa. Joſue 7. & 8.

Cum pugnaret Joſue contra quinque reges, qui venerunt ad deſtruendum Gabaonitas. Miſit Dominus ſuper illos lapides magnos de cœlo, & mortui ſunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percuſſerant filii Iſrael, tunc & ad vocem Joſoe ſtetit ſol ſpatio unius diei, ut poſſent deleri funditus inimici. Joſue 10.

C Notabile eſt autem quod licet in acquiſitione terræ Promiſſionis, dicatur quod Joſue percuſſerit omnem terram cum regibus, ſuis, & quod præter Gabaon omnes debellando cepit; tamen legitur ibi: Dominus Iſrael pugnabat pro eo. Unde quamvis filii Iſrael manibus fortiter pugnarent, tamen Deo attribuebatur victoria. Joſue 10. 11. 12.

Poſt mortem Joſue filii Iſrael non leguntur iviſſe ad prælium, niſi conſulto prius Domino, & ſic iverunt, & tradidit Dominus Chananæum, & Pherezæum in manus eorum. Jud. 1.

Multas gentes dimiſit Dominus inter filios Iſrael, ut erudiret in eis, Iſrael, & omnes qui noverant bella Chananæorum, ut diſcerent filii eorum certare cum hoſtibus, & haberent

rent conſuetudinem prӕliandi. Jud. 3.

Suſcitavit Dominus Iſraeli ſalvatorem, vocabulo Ahod, qui percuſſit Eglon regem Moab, & deſcenderunt cum eo filii Iſrael, ipſo in fronte gradiente, qui dixit ad eos, Sequimini me. Tradidit enim Dominus inimicos veſtros in manus noſtras, & percuſſerunt de Moabitis circiter decem millia. Jud. 3.

Dixit Debbora ad Barach: Surge; hӕc eſt enim dies in qua tradidit Dominus Siſaram in manus noſtras. Perterruit enim Dominus Siſaram, & omnes currus ejus, &c. Jud. 4.

In trecentis viris, qui manu ad os projiciente aquas biberunt, liberavit Dominus Iſrael de manu Madian, & Amalech, qui erant in maxima multitudine, tempore Gedeonis. Judic. 7.

Abimelech filius Gedeonis ex concubina, interfecit ſeptuaginta fratres ſuos, ut ſolus poſſet dominari. Poſtea quӕdam mulier cerebrum ejus fregit fragmen molӕ jaciens ſuper ipſum, cum obſideret turrim Sichem. Jud. 9. Reddidit Dominus malum, &c.

Tranſivit Jephte ad filios Ammon, ut pugnaret contra eos, quos tradidit Dominus in manus ejus, percuſſitque viginti civitates filiorum Ammon plaga magna nimis, Jud. 11.

Ex magna fortitudine quam dedit Dominus Samſoni, plures mirabiles victorias obtinuit de Philiſthӕis, qui tunc gravi ſervitute opprimebant filios Iſrael. Judicum 13. 14. 15. & 16.

Sexcenti viri de tribu Dan, venerunt in Lais ad populum quieſcentem, atque ſecurum, & percuſſerunt eos in ore gladii urbemque incendio tradiderunt, nullo penitus ferente prӕſidium, eo quod procul eſſent a Sidone, & cum nullo hominum haberent quidquam ſocietatis, & negotii, Jud. 18.

Licet filii Iſrael juſte moverentur contra filios Beniamin, & eſſent plures ſeptuplum, quam illi, tamen in fortitudine a numero confidentes, bis fuerunt ab eis debellati. Poſtea flentibus coram Domino, & jejunantibus, dixit eis Dominus: Cras tradam eos in manus veſtras; & tunc plenam victoriam habuerunt deinceps. Judic. 20.

A Tempore Heli ſacerdotis filii Iſrael debellati fuerunt a Philiſthӕis, poſtea quaſi tentantes Deum tulerunt arcam Domini ſecum, Philiſtӕi vero confortantes ſe mutuo, iterum vicerunt eos, & Arcam Domini ceperunt, 1. Reg. 4.

Clamante ad Dominum Samuele pro Iſrael, & ſacrificium offerente. Intonuit Dominus fragore magno ſuper Philiſtiim, & cӕſi ſunt Philiſtӕi. 1. Reg. 7.

Cum obſeſſi eſſent viri de Jabes Galaad a Naas Rege Ammonitarum ſuccurit eis Saul, nam cum multis bellatoribus ingreſſus eſt caſtra in vigilia matutina, & ſic diſperſi ſunt, ita ut non relinquerentur in eis duo

B pariter. 1. Reg. 11.

Videns Jonathas filius Saul ſtationem Philiſtinorum, dixit ad armigerum ſuum: Non eſt Domino difficile ſalvare in multis, vel in paucis, & accidit quaſi miraculum a Deo. Fuit enim per eos multitudo proſtrata, & huc illuque diffugiens. 1. Reg. 14.

Ad mandatum Samuel, percuſſit Saul Amalech vivum, omne autem vulgus interfecit. 1. Reg. 15.

Audiens David quod Amalechitӕ ſuccenderant Siceleg, & captivas duxerant mulieres, conſuluit Dominum, utrum deberet perſequi latrunculos illos. *Dixitque Dominus. Perſequere,* & cum quadringentis viris debellavit eos, & prӕdam integraliter reduxit.

C 1. Regum 30.

Poſt multas perſecutiones iniquas, quas Saul in David commovit, Philiſtim pugnaverunt adverſus eum, totumque pondus prӕlii verſum eſt in Saul: arripit autem gladium ſuum, & irruit ſuper eum. Mortuus eſt ergo Saul, & tres filii, & univerſi viri ejus pariter, 1. Regum. 31.

Crudele bellum fuit inter duodecim pueros ex parte David, & duodecim ex parte Isboſeth filii Saul, quando mutuo, ſe occiderunt. 2. Reg. 2.

Audierunt Philiſthӕi, quod David eſſet unctus in regem ſuper Iſrael, & aſcenderunt univerſi, ut quӕrerent eum qui conſuluit Dominum, & percuſſit eos, alia vice accidit ei ſimile. 2. Reg. 5. Poſtea percuſſit iterum Philiſtӕos & tulit frenum tri-

buti

buti de manu eorum. Item percuſſit A Moab, & factus eſt Moab ſerviens ſub tributo. Item percuſſit Regem Soba, & de Syria duodecim millia virorum, ſervavitque Dominus David in omnibus, ad quæcumque profectus eſt. 2. Reg. 8.

Videns Joab quod præparatum eſſet adverſum ſe prælium, & ex adverſo, & poſt tergum dixit Abiſai fratri ſuo: Si prævaluerint adverſum me Syri, eris mihi in adjutorio, Si filii Ammon prævaluerint adverſum te, auxiliabor tibi: eſto vir fortis, & pugnemus pro populo noſtro, & civitate Dei noſtri, Dominus autem faciet quod bonum eſt in conſpectu ſuo. Inito ergo prælio fugerunt omnes adverſarii Joab. 4. Reg. 4.

Bellum inhoneſtum habuit Abſalom contra David patrem, ſuum, & male ſucceſſit ei & populo, qui eidem adhæſit. 2. Reg. 18.

Benadad rex Syriæ cum triginta duobus regibus obſidebat Samariam, & victus fuit, & fugatus ad mandatum Domini, pugnantibus contra exercitum tantum pueris principum provinciarum, qui erant ducenti triginta duo. Sequenti autem anno venit iterum Benadad cum maximo exercitu, & ceciderunt centum millia peditum de Syris, qui dixerunt, Deus montium eſt Dominus, & non Deus vallium. 3. Reg. 20.

Cum eſſet congregatus rex Juda, & rex Iſrael, & rex Edom, ut pugnarent contra Moab, & magnum paterentur aquæ defectum; dixit Eliſeus Propheta: Alveus iſte replebitur aquis, & inſuper tradet Dominus Moab in manus veſtra, & ita factum eſt. 4. Reg. 3.

Samaria tamdiu obſeſſa fuit a Rege Syriæ, quod vendebatur caput aſini octoginta argenteis, ſed ad verbum Eliſei fugati ſunt Syri, & ex hoc habuerunt maximam rerum abundantiam. 4. Reg. 6. & 7.

Rex Iſrael multoties debellaverat regem Syriæ, ſed propter peccata hominum cœpit Dominus tædere ſuper Iſrael & percuſſit eos Azael rex Syriæ in univerſis finibus Iſrael. 3. Reg. 4.

Amaſias rex Juda obtenta victoria de Edom, miſit ad regem Iſrael provocans eum ad prælium, ſed fuit ab illo fugatus, & magna pars murorum civitatis Hieruſalem deſtructa fuit occaſione elationis ipſius Amaſiæ. 4. Reg. 14.

Licet Jeroboam filius Joas rex Iſrael eſſet malus, tamen Dominus per manum illius ſalvavit eos, & multa bona fecit eis. 4. Reg. 14.

Bene pugnavit Dominus pro Ezechia rege Juda, quando Angelus Domini una nocte percuſſit de exercitu Sennacherib regis Aſſyriorum centum octoginta quinque milla, & ipſe Sennacherib poſt modicum tempus a filiis ſuis interfectus eſt. 4. Reg. 19.

Abia rex Juda cum exercitu ſuo B videns, quod inſtaret bellum ex adverſo, & poſt tergum clamavit ad Dominum, ac ſacerdotes tubis cœperunt canere, & perterruit Dominus Jeroboam, & omnem Iſrael, & ceciderunt vulnerati ex Iſrael quinquaginta millia virorum fortium, humiliatique ſunt filii Iſrael, & vehementiſſime confortati filii Juda, eo quod ſperaſſent in Domino. 2. Paral. 13.

Egreſſus eſt contra Aſa regem Juda Zara Æthiops cum exercitu ſuo decies centenis millibus, & invocavit Aſa Dominum dicens: Domine non eſt apud te ulla diſtantia, utrum in paucis auxilieris, an in multis, &c. exterruit itaque Dominus Æthiopes, & ruerunt uſque ad internecionem; C quia Domino cædente contriti ſunt, &c. 2. Paral. 14.

Congregati ſunt filii Moab, & filii Ammon, ut pugnarent contra Joſaphat, at ille ſe totum contulit ad rogandum Dominum, &c. cumque cœpiſſent cantores Deum laudare, vertit Dominus inſidias adverſariorum in ſemetipſos, & mutuis vulneribus conciderunt. 2. Paral. 20.

Phacee filius Romeliæ rex Iſrael occidit de Juda centum viginti millia in una die, omnes viros bellatores, eo quod reliquiſſent Dominum. 2. Paral. 28.

Victoria quam dedit Dominus populo Iſrael per manum Judith famoſa eſt. Judith quaſi per totum, unde ipſa dixit occiſo Holoferne, Dominus omnipotens nocuit eum, & tra-

Digitized by Google

traditum in manu fœminæ, & confudit eum. Judith. 16.

Videns Judas Machabeus exercitum Seron magnum, ſociis timentibus, dixit: Facile eſt concludi multos in manus paucorum, & non eſt differentia in conſpectu Dei cœli liberare in multis, aut in paucis, &c. & contritus eſt Seron, & exercitus ejus. 1. Mac. 3.

Item Machabæus cum tribus millibus virorum, qui tegumenta & gladios non habebant, debellavit Gorgiam cum magno exercitu. Mach. 4.

Item ſequenti anno vicit Lyſiam qui habebat in exercitu ſuo ſexaginta millia electorum virorum & equitum quinque millia facta oratione ad Dominum, eum tamen niſi decem millia hominum, tunc habuiſſe legitur. 1. Mac. 4.

Venit Bachides in virtute multa, ut pugnaret contra Jonatham, & dixit Jonathas ad ſuos: Pugnemus, & clamemus in cœlum, ut liberemur de manibus inimicorum noſtrorum, quod & factum eſt. 2. Mach. 9.

De Juda Machabæo ſatis notabile eſt, quod cum totiens pugnaverit, & tot probitates fecerit, quandocumque pugnaturus oravit, & divinum invocavit auxilium ſemper vicit. In duobus autem præcipuis bellis oraſſe non legitur, unum fuit contra Antiochum Eupatorem. 2. Mac. 7. ſecundum contra Bachidem & Alcimum, & tunc ipſe in prælio cecidit, & ceteri fugerunt. 2. Machab. 9.

Caput LXXXIII.

De puſillanimitate.

CUm dixiſſent Angeli ad Loth, In monte ſalvum te fac, reſpondit ille, Non poſſum in monte ſalvari, ne forte apprehendat me malum, &c. Gen. 19. & tunc pejus ei accidit.

Videntes filii Iſrael Ægyptios poſt ſe timuerunt valde, licet vidiſſent tot mirabilia facta pro eis poteſtate divina. Exod. 14.

Loquente Domino Moyſi in monte, populus audiebat voces, lampades & ſonitum buccinæ, montemque

A fumantem, & perterriti, ac pavore percuſſi ſteterunt procul dicentes Moyſi: Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Exod. 20.

Relatione facta de conditione terræ promiſſionis, quod habebat cultores fortiſſimos, & urbes grandes, atque muratas; dixerunt illi de populo, Utinam mortui eſſemus in Ægypto. Num. 13. & 14. & dixerunt, Nuntii terruerunt nos, ſicut dicitur. Deut. 1.

Videns Balach rex Moab omnia quæ fecerant filii Iſrael Amorrhæo, & quod timuiſſet populus ejus, plus confiſus in verbis, quam in armis; nuntios miſit ad Balaam, ut veniret & B malediceret filiis Iſrael. Num. 22.

Exploratoribus qui venerant ex parte Joſue, dixit Rahab; Novi quod tradiderit Dominus terram, etenim irruit in nos terror veſter, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Joſue 2.

Poſtquam Acham tulerat de anathemate Jericho, fugaverunt viri Hai filios Iſrael, & corruerunt ex eis triginta ſex homines, pertimuitque cor populi, & inſtar aquæ liquefactum eſt. Joſue vero ſcidit veſtimenta ſua. Joſ. 7.

Gabaonitæ audientes cuncta quæ fecerat Joſue *Jericho*, & *Hai* timuerunt, & venientes ad Joſue fecerunt pacta ad voluntatem illius. Joſue 9.

C Cum haberet Gedeon in exercitu ſuo triginta duo millia hominum clamantium dixit, Qui formidoloſus, & timidus eſt revertatur, & reverſi ſunt ex populo duodecim millia.

Saul & omnes Iſraelitæ audientes ſermones Goliath Philiſthæi ſingulare certamen petentis, ſtupebant, & metuebant nimis. 1. Reg. 17.

Roboam rudis, & corde pavido non potuit reſiſtere exercitui, quem Jeroboam congregavit contra eum. 2. Paral. 13.

Cum audiſſet exercitus Aſſyriorum Holofernem eſſe decollatum fugit mens, & conſilium ab eis, & ſolo tremore & metu agitati, fugæ præſidium ſumunt. Judit. 5.

Nuntiatum eſt domui David, quod rex Iſrael, & rex Syriæ confœderati de-

deberent contra Hieruſalem pugnare, & commotum eſt cor ejus, & cor populi ejus ejus, ſicut commoventur ligna ſylvarum a facie venti. Iſa. 7.

Onus Tyri deſcribens Iſaias dicebat: Foritudo, fovea, & laqueus ſuper te, qui habitatores terræ. Iſa. 4.

Propheta Domini Jeremias ex parte Domini prophetavit Hieruſalem capiendam eſſe, dixerunt principes populi Sedeciæ, rogamus, ut occidadatur homo hic: qui tamquam pavidus, & miſer reſpondit eis: Ecce ipſe in manibus veſtris, nec enim fas eſt regem vobis quicqam negare. Jer. 33.

Darius rex Perſarum ſtatuit de conſilio Satraparum quoddam decretum, quod cum tranſgreſſus eſſet Daniel, miſſus eſt in lacum leonum, tamen diſciplicuit regi, ſed illis Satrapis viriliter contradicere non audebat. Dan. 6.

Videns Judas Machabæus, quod defluxit exercitus ſuus, & bellum perurgebat eum, confractus eſt corde & in illo bello cecidit, nec legitur idem Judas alias timuiſſe. 1. Mac. 9. Nicanor contraxit amicitias cum Juda Machabæo, quod diſplicuit Antiocho regi, & mandavit Nicanori, ut vinctum mitteret ei Judam, qui hoc invite faciebat, ſed tamen voluntati regis reſiſtere non audebat, unde ſi potuiſſet malam voluntatem regis impleſſet. 2. Mac. 14.

Ambulans ſuper mare Petrus veniebat ad Dominum, videns autem ventum validum timuit, &c. Matt. 14.

Puſillanimitas videtur fuiſſe in Nicodemo, quod ipſe venit ad Jeſum nocte, quaſi non auderet venire de die. Jo. 3.

Videntes diſcipuli capi Dominum, & ligari, relicto eo fugerunt omnes. Petrus autem ſequebatur eum a longe; quia de prope non audebat. Marc. 14.

Arguit Dominus puſillanimitatem diſcipulorum, quia commotionem maris ipſo præſente timebant. Matt. 8. Quid timidi eſtis modicæ fidei?

Nimis puſillanimis Petrus, quando ad vocem unius ancillæ Dominum poſt tantæ audaciæ verba, negavit.

A Mat. 26. Luc. 22. Mar. 14. Jo. 18.

Similiter adoleſcens ille amictus ſindone, cum teneretur a miniſtris maluit amittere ſindonem, & nudus aufugere; quam amplius ibi remanere. Mar. 14.

Parentes illius cæci nati a Domino illuminati reſponderunt timide Phariſæis, eo quod timebant extra ſynagogam fieri. Jo. 19.

Caput LXXXIV.

De fortitudine ad faciendum malum.

Cain fuit fortior quam Abel quando conſurrexit adverſus eum Gen. 4.

B Multum laboraverunt illi quatuor reges, qui poſt magnam ſtragem hominum debellaverunt regem Sodomorum cum ceteris, & Loth nepotem Abrahæ captivum duxerunt. Gen. 14.

Abimelech filius Gedeonis magnam fatigationem ſuſtinuit occidendo ſeptuaginta fratres ſuos, & poſtea Sichimitas oppugnando, & deinde ſatis cito miſerabiliter occiſus eſt. Jud. 9.

Multis & magnis laboribus, & periculis Saul ſe expoſuit ad perſequendum David, & numquam propoſitum obtinere potuit. 1. Regum 18. & deinceps.

Abſalom volens patrem ſuum expellere de regno, grande negotium arripuit, & peſſime ei ſucceſſit. 2. Reg.
C 15. 17.

Excogitando & bellando multum laboravit Jeroboam ad hoc, quod populum Iſrael poſſet a domo David avertere, & averſum retinere. 3. Reg. 12. 13. 14.

Terras multas perambulavit Holofernes & devaſtavit, ut eas poſſet imperii ſuo dominio ſubiugare, ſed tandem una mulier decapitavit eum, etiam antequam propoſitum compleviſſet. Judith quaſi per totum.

Antiochus Epiphanes multum ſuſtinuit, ut cultum Dei deſtrueret in Judæa, & tandem depauperatus, & confuſus in aliena terra miſerabili morte defunctus eſt. 1. Machab. 9.

Non ſolum prudentiores, ſed etiam ferventiores, & potentiores filii hujus ſæculi filis lucis in generatione ſua

Digitized by Google

ſua ſunt frequenter, nam diſcipulis dormientibus Judas procurando traditionem Domini ſolicitus vigilabat. Matth. 26.

Principes ſacerdotum multa ſolicitudine, & labore fatigati fuerunt ad hoc quod poſſent extinguere, & ad nihilum redigere nomen Chriſti. Corruperunt enim cuſtodes Dominici ſepulcri per copioſam pecuniam, quam dederunt, ut dicerent eum ejus diſcipulos fuiſſe furatum. Matth. 28.

Item diſcipulos ejus nunc carceribus monuerunt, nunc ſermonibus arctaverunt, nunc verberibus & contumeliis affecerunt, ut non loquerentur, nec docerent omnino, in nomine Domini Jeſu. Act. 3. & 4.

B Cum tribunus Lyſias vinctum Paulum detineret, fuerunt amplius, quam quadraginta Judæi qui voverunt, ſe nihil guſtaturos, donec occiderent Paulum: unde volebant quod Paulus produceretur in medium, ut eo viſo ſtatim cum impetu occiderent eum. Act. 23.

Caput LXXXV.

De homicidio.

Nota quam graviter Deus homicidium Cain commiſſum punivit, & tamen nondum erat prohibitum aliqua lege ſcripta. Gen. 4.

C Occidit Cain Abel fratrem ſuum, Moyſes Ægyptium, David Goliam, Joab Abner, & Amaſam, Salomon Semei, & Adoniam, Herodes Joannem Baptiſtam, Petrus Ananiam & Saphiram, & conſidera varias intentiones & cauſas.

Voluit Dominus, ut homo mirabiliter abhorreret homicidium, unde & ſanguinem cum carne comedere prohibuit. Gen. 9.

Homicida debet reputari quaſi occiſus, unde dixit Rebecca. Gen. 27. Cur utroque orbabor, &c.

Si Zebee, & Salmana fratres Gedeonis non occidiſſent, nequaquam poſt ab eodem occiſi fuiſſent. Jud. 8.

Abimelec filius Jerobaal occidit ſeptuaginta fratres ſuos, ſcilicet ut ſolus poſſet regnare. Jud. 9. Sed ipſe modico tempore dominatus fuit, & multa mala ſuſtinuit, & male finivit.

A Quia ſacerdos Achimelech confortavit David fugientem, Saul ipſius David perſecutor occidit eum cum multis aliis ſacerdotibus, mulieribus, & parvulis. 1. Reg. 22.

Occidi fecit David adoleſcentem, qui dixit ſe Saul occidiſſe. 2. Reg. 1. Joab occidit Abner in ultione Aſael fratris ſui, quem ille occiderat. 2. Reg. 3. Fecit occidi David Uriam per manum Joab. 2. Reg. 11. Abſalom invitans ad convivium Amnon fratrem ſuum, illum ibidem occidit. 2. Reg. 13. Tantus eſt horror effundendi humanum ſanguinem quod licet David alias eſſet optimus, tamen noluit Dominus, ut ædificaret ei templum, ſed Salomon filius ejus. 2. Reg. 7.

Quamvis Joab fuerit miles probus, & domino ſuo valde fidelis, quia tamen occidit duos viros proditioſe, omnes ejus gratiæ ſunt pro nihilo computatæ, unde fecit eum occidi Salomon, licet teneret cornu altaris. 3. Reg. 2.

Procurante impia Jezabel Naboth fuit crudeliter lapidatus. 4. Reg. 20.

Joas rex Juda juſſit Zachariam filium Jojadæ ſacerdotis a populo lapidari, cum tamen pater illius reſtituiſſet ei regnum, & Athaliam occidiſſet. 1. Paral. 25.

Duo ſenes presbyteri, qui mortem Suſannæ nequiſſime cogitabant, convicti per Danielem a populo ſunt occiſi. Dan. 13.

Occidit Tryphon Jonatham, & duos filios ejus, cum tamen recepiſſet a Simone centum talenta argenti pro liberatione Jonathæ, & duos ejus filios pro obſidibus. 1. Machab. 13.

Ptolomæus filius Abobi fecit convivium Simoni ſummo ſacerdoti, & duobus filiis ejus, & cum inebriati eſſent proditorie occidit eos. 2. Machab. 15.

Caput LXXXVI.

De ſtragibus hominum diverſis.

Terribilis hominum, & aliorum animalium ſtrages fuit, quando tempore Noe omnes homines, præter octo perierunt diluvio. Gen. 7.

Digitized by Google

Illi quatuor reges, qui debellave- A runt quinque reges magnam cædem hominum fecerunt, veniendo uſque illuc, & pugnando contra illos, licet eorum numerus, non ſit ſcriptus. Gen. 14.

Quot homines perierunt in Ægypto diverſis plagis, & ſubmerſi fuerunt in mari Rubro; numerus per Scripturam non poteſt ſciri, ſed maximus debet exiſtimari in Exodo.

De ſexcentis millibus hominum bellatorum, a viginti annis, & ſupra qui numerati ſunt: Num. 1. Nullus intravit in terram promiſſionis exceptis Caleb & Joſue, ſed omnes interierunt variis calamitantibus in deſerto.

Maximam cædem fecerunt filii Iſrael, præcepto Moyſi de Madianitis, quod per prædam quam rapuerunt poteſt deprehendi, quia viginti duo millia virginum ſunt inventa, omnes autem mulieres corruptæ & maſculi fuerunt jugulati. Num. 31.

Tempore Joſue in ingreſſu terræ Promiſſionis, tam in civitatibus, quam in campis fuit apud homines infinitus occiſorum numerus.

Temporibus etiam Debbore, Gedeonis, & Jephte judicum Iſrael, fuerunt multi occiſi, quamvis certus numerus eorum non poſſit haberi.

Occaſione uxoris Levitæ, fuerunt occiſi ſexagintaquinque millia hominum bellatorum, præter mulieres & parvulos, qui omnes in tribu benjamin perierunt. Ju. 20.

In diebus Heli, quando capta fuit arca Domini, ceciderunt de Iſrael triginta millia peditum pugnatorum. 1. Reg. 4.

Saul qui Amalech delevit, plurimos ibi occidit. 1. Reg. 14. & poſtea interfecto Goliath Philiſtæo multi fuerunt Philiſthæi interfecti. 1. Reg. 17. In morte autem Saul, & filiorum ejus, multi de Iſrael ceciderunt. 1. Reg. 31.

David de Syris, & de filiis Moab, & de Ammon, & de Philiſtæis ſanguinem multum fudit, ſicut patet in diverſis locis ſecundi libri Regum.

Peccato elationis David in enumeratione populi ceciderunt ſeptuaginta millia virorum. 2. Reg. 24.

Congregatis triginta duobus regibus, & nimia multitudine pugnatorum Benadad rex Syriæ, bis fugatus fuit ab Achab rege Iſrael, & ſecunda vice centum millia peditum ex parte Syriorum occiſi fuerunt. 3. Reg. 20.

Abia rex Juda, & exercitus ejus vulneraverunt uno die de exercitu Jeroboam quingenta millia virorum fortium. 2. Paral. 13.

Aſa rex Juda habuit in exercitu ſuo quinquaginta octo millia: Æthiopes vero fuerunt decies centum millia & ruerunt Æthiopes uſque ad internecionem, quia Domino cædente contriti ſunt, & exercitu illius præliante. 2. Paral. 14.

B Rex Iſrael Phacee filius Romeliæ, occidit de Juda centum millia virorum bellatorum, in die una eo quod dereliquiſſent Dominum. 2. Paral. 28.

Quando Salmanaſar cepit Samariam, & tranſtulit filios Iſrael in Aſſyrios. Item quando Nabuchodonoſor cepit Hieruſalem, & captivaverat regem Juda, ſatis veriſimile eſt multos homines ibi corruiſſe, licet numerus non ſit certus.

Occaſione ſuperbi, & crudelis Aman, qui propter ſolum Mardochæum voluit cunctos jugulare Judæes, occiderunt Judæi in regno Aſſueri ſeptuaginta quinque millia hominum, quos ſuos reputabant inimicos. Eſther. 9.

C Miſit Jonathas Demetrio apud Antiochiam, tria millia virorum in auxilium, contra illos de civitate, qui volebant Demetrium occidere, & occiſi ſunt in una die centum millia hominum. 2. Mach. 11.

Tanta cædes hominum fuit in Hieruſalem, quando Antiochus Epiphanes eam cepit, quod in toto triduo fuerunt octoginta millia hominum interfecti, quadraginta millia vincti, non minus autem venundati. 2. Machab. 5.

Adverſus Galatas in Babylone ſex millia hominum tantum peremerunt centum viginti millia hominum propter auxilium eis datum de cælo. 2. Mach. 8.

Præter prælia, quæ commiſit Judas Machabæus contra Apollonium, & con-

contra Seron principem exercitus Syriæ, de quibus agitur 1. Mach. 3. Legitur ipſe Machabæus duodecim ſpeciales habuiſſe conflictus, videlicet ab 8. cap. ſecundi Machabæi, uſque ad finem, in quibus primo ceciderunt novem millia hominum de illis, qui erant cum Nicanore; deinde viginti millia cum Timotheo, & Bachide, poſtea vero viginti quinque millia de Idumæis; iterum de Idumæis viginti millia, in duabus turmis minutis, conſequenter viginti unum millia cum Timotheo. Item viginti duo millia cum Lyſia; poſtea viginti millia, in quodam præſidio Timothei. Item triginta millia cum Timotheo, deinde viginti quinque millia in Carnion civitate fortiſſima. Item in alia civitate, nomine Ephron viginti quinque millia; poſtea in caſtris Antiochi Eupatoris interfecit quatuor millia, tandem occiſus eſt Nicanor cum triginta quinque millibus pugnatorum. Summa omnium duo & centum triginta ſex millia hominum, præter illos, qui quandoque de Judæ exercitu ceciderunt. Item illis, qui in diverſis munitionibus & præliis occubuerunt, quorum certus numerus non habetur. Non computantur hic etiam illi; qui in alio prælio contra Bachidem, & Alcimum mortui ſunt, ubi commiſſum eſt prælium a mane, uſque ad veſperam, ubi etiam dicitur, quod Judas cecidit, & ceteri fugerunt. 1. Machab. 9.

Caput LXXXVII.

De abſtinentia, & ſobrietate.

PRæcepit Dominus Adam dicens: Ex omni ligno paradiſi comede; de ligno ſcientiæ boni & mali, ne comedas. Geneſ. 2. In quo abſtinentia commendatur, dum non omni cibo voluit Deus hominem uti etiam in paradiſo.

Moyſes fuit cum Domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Exod. 24. & non manducavit, neque bibit. Abſtinentia eſt bona diſpoſitio ad percipiendas revelationes divinas, ut homo refectus divina conſolatione ſolet corporales delitias abhorrere.

A Filios Iſrael præcepit Dominus a multis cibis abſtinere. Levit. 11.

Vir ſive mulier cum votum fecerit, ut ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare, a vino, & ab omni illo quod inebriare poteſt, abſtineant. Num. 6. Uxori Manue filium liberatorem populi concepturæ Angelus apparens abſtinentiam indixit. Jud. 13.

Filii Iſrael de undecim tribubus primo & ſecundo a filiis Benjamin debellati, poſtea fleverunt coram Domino, & jejunaverunt die illo, &c. prævaluerunt in eos. Jud. 20.

Philiſthæi tempore Heli debellaverunt filios Iſrael una vice, & altera, & arca Domini fuit capta. 1. Reg. 4. B Poſtea tertio congregati ſunt Philiſthæi ſub Samuele, ſed filii Iſrael jejunaverunt die illa, atque dixerunt: Tibi peccavimus Domine, &c. Sequitur quod cæſi ſunt a filiis Iſrael. 1. Reg. 7.

Populus Iſrael erat in caſtris eſuriens, & erat mel per agrum, nullus comedit de eo, præter Jonatham filium Saul. 1. Reg. 24.

Cum deſideraſſet David aquam de ciſterna Bethlehem allatam, poſtea noluit bibere, quia nimis avide concupierat eam. 2. Reg. 23.

Uxor Jeroboam vadens ad Ahiam prophetam, *&c. Tulit decem panes*, & vas mellis, non fit ibi mentio de carnibus, quia ſupponebat prophetam C non veſci talibus cibis. 3. Reg. 14.

Tenuis victus ſufficiebat Eliæ, qui petiit a vidua Sareptana paululum aquæ, & buccellam panis. 3. Reg. 17.

Notabile eſt, quod Eliam paverunt corvi bis in die. 3. Reg. 17. Sed Angelus Domini oſtendit ei panem, & non carnes, & vas aquæ ſemel tantum. 3. Reg. 19.

Audiens Achab comminationem factam ſibi a Domino per Eliam prophetam, poſt occiſionem Naboth, operuit cilicio carnem ſuam, jejunavitque, & dormivit in ſacco, & ambulabat demiſſo capite, propter quod illam quam comminatus fuerat, temperavit pœnam. 3. Reg. 21.

Congregati ſunt filii Moab, & filii Ammon, & cum eis de Ammonitis, ut pugnarent contra Joſaphat regem Ju-

Juda, quod ille audiens totum ſe contulit, ad rogandum Dominum, & prædicavit jejunium in univerſo Juda: ſequitur quod per jejunium victoriam obtinuit. 2. Paral. 20.

A

Eſdras prædicavit jejunium, & fecit, quod omnes affligerent animas ſuas, quia petituri erant a Domino, ut viam rectam & proſperam daret eis. 1. Eſdr. 8. Sequitur, jejunavimus, & rogavimus Dominum noſtrum pro hoc, & evenit nobis proſpere.

Rogaturus Nehemias Artaxerxem regem pro civitate ſua, ut muri ejus poſſent reparari, dicit de ſeipſo: Jejunabam, & orabam ante faciem Dei cœli. Nehem. 1.

Convenerunt filii Iſrael in jejuniis, & in ſaccis, & humus ſuper eos, & ſteterunt, & confitebantur peccata ſua, & legerunt in volumine legis, &c. Nehem. 9.

B

Dum eſſet factum prandium bonum in domo Tobiæ, & audiſſent unum de filiis Iſrael jugulatum jacentem in in platea, ſtatim exiliens de accubitu ſuo relinquens prandium, jejunus venit ad corpus. Tob. 2. De Tobia juniore, & ſociis ejus, ac ceteris amicis dicitur. Tob. 9. Cum timore Domini nuptiarum convivium, exercebant. Angelus poſtea dixit utrique Tobiæ: Bona eſt oratio cum jejunio, & eleemoſyna.

Audientes filii Iſrael terribilem potentiam Holofernis; humiliaverunt animas ſuas in jejuniis. Jud. 4.

C

De Judith etiam dicitur, quod jejunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, præter ſabbatha, & Neomenias, & feſta domus Iſrael. Judith. 8.

Locutura ad regem Aſſuerum Eſther dixit Mardochæo: Congrega omnes Judæos, quos in Suſan repereris, & orate pro me; non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus, & ego cum ancillulis meis ſimiliter jejunabimus. Eſther. 4.

Commendatur a Domino abſtinentia Rechabitarum, quia noluerunt bibere vinum, ſicut præceperat eis pater eorum. Jerem. 35.

Baruch legit verba libri ſui, ad aures Jeconiæ filii Joachim regis Juda; & ad aures univerſi populi, qui audientes plorabant, & jejunabant, & orabant in conſpectu Domini. Baruch. 1.

Duram dietam impoſuit Dominus Ezechieli prophetæ, dicens: Sume tibi frumentum, & hordeum, & fabam, & lentem, & milium, & viciam, &c. Ezech. 4. Propoſuit Daniel ne pollueretur de menſa regis. Sequitur, Pueris illis dedit Deus ſcientiam in omni libro, &c. Dan. 1.

De ſeipſo loquens Daniel, ait: Poſui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari in jejuniis, ſacco, & cinere. Dan. 9. Et tunc præcepit ſpecialem revelationem de incarnatione, & occiſione Chriſti. Daniel tres hebdomadas panem deſiderabilem non comedit, & caro, & vinum non introierunt in os ejus; & tunc mirabilem oſtendit ei viſionem Deus. Dan. 11.

Gregorius in homilia 30. dicit, quod Spiritus ſanctus implevit abſtinentem puerum, & judicem ſenum fecit ſicut apparet. Dan. 13. de duobus malis ſenibus. *Greg. hom 30 in Ev. poſt med.*

Panem & pulmentum miſit Dominus per Prophetam Habacuc Danieli poſito in lacu leonum, non carnes, aut alia cibaria. Dan. 14.

Eleazarus vir ætate provectus maluit occidi crudeli morte, quam carnes porcinas comedere, vel etiam ſimulare, ſe comediſſe. 2. Mach. 6.

Contingit ſeptem fratres cum matre ſua compelli a rege carnes porcinas contra legem manducare. Illi vero magis elegerunt crudeliſſima ſuſtinere tormenta. 2. Mach. 7.

De beato Joanne Baptiſta dicitur, quod eſcæ ejus erant locuſtæ, & mel ſilveſtre. Mar. 3. Qui propter multam abſtinentiam in cibo, & potu dicebatur, quaſi non manducans, nec bibens. Matth. 11.

Anna propheteſſa filia Phanuel, inter cetera commendatur, quia non diſcedebat a templo jejuniis & obſecrationibus ſerviens die ac nocte. Luc. 2.

Salvator noſter ſtatim poſt baptiſmum ductus eſt in deſertum, & ibi jejunavit, donec eſuriit. Matth. 4. & Luc. 4. Contra multos qui jejunant cum fœditate conſcientiæ, vel nolunt tempore jejunii eſuriem ſuſtinere.

Ad commendandum ſobrietatem, quæ

quæ eſt in eſu piſcium, & in abſtinentia a carnibus multum facit; quod Dominus in Evangelio pluries multiplicavit piſces, non carnes; unde Luc. 5. Ad præceptum Domini concluſerunt multitudinem piſcium copioſam. Præterea panes & piſces bis multiplicaſſe legitur, numquam carnes. Matth. 14. De quinque panibus, & duobus piſcibus, de eodem miraculo. Matth. 6. Luc. 9. Item de eodem. Joan. 6. De ſeptem autem panibus, & paucis piſciculis ab ipſo Domino multiplicatis habetur. Matth. 15. Marc. 8.

Poſt reſurrectionem etiam ſeptem diſcipulis piſcantibus, & nihil prehendentibus manifeſtavit ſe Salvator dicens: Mittite in dexteram navigii rete, & invenietis, & traxerunt rete plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. Joan. 21. Et de illis piſcibus dedit Dominus diſcipulis ſuis. Populo autem Judaico tamquam carnali, & de carne curanti dedit Deus carnes ad veſcendum, licet in malum ipſius. Exod. 16.

Multum valet abſtinentia, ad hoc quod homo poſſit vigilare facilius, & orare. Nam poſt cœnam increpavit Dominus diſcipulos ſuos dicens: Non potuiſtis una hora vigilare mecum. Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22.

Salvator noſter, cujus actio eſt noſtra inſtructio, numquam carnem legitur comediſſe, niſi de agno Paſchali, & de piſce uno ſibi oblato, ad manducandum. Luc. 24. & Joan. 21.

Mittens Dominus diſcipulos ad prædicandum dixit Luc. 10. In quamcumque domum intraveritis, &c. edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt; hoc eſt, ut eſſent contenti cibariis, quæ haberent, non curioſe alia quærerent.

Volens Petrus rationabiliter oſtendere, quod diſcipuli Spiritui ſancto pleni, non eſſent ebrii, dixit: Quia hora diei tertia erat dans intelligere, quod ante horam tertiam inconveniens eſt manducare. Act. 2.

Cum eſuriret Petrus in domo Simonis Coriarii, cecidit ſuper eum mentis exceſſus, & vidit cœlum apertum, &c. & forte ſi ſatur fuiſſet illam viſionem utilem non vidiſſet, in qua etiam viſione oblata ſibi animalia ſecundum legem vetita comedere renuit, quamvis, ut dictum eſt, eſuriret. Act. 10.

Erant in Eccleſia quæ erat Antiochiæ, prophetæ, & doctores, &c. Miniſtrantibus autem illis Domino, & jejunantibus dixit illis Spiritus ſanctus: Segregate mihi Barnabam, & Saulum, &c. Act. 13.

CAPUT LXXXVIII.

De gula, & ebrietate.

PRimum hominis peccatum vitio gulæ fuit completum. Gen. 3.

Noe bibens vinum, inebriatus & nudatus eſt in tabernaculo ſuo. Gen. 9.

Loth inebriatus inceſtum cum filiabus commiſit. Gen. 19.

Eſau pro lentis edulio vendidit primogenita ſua. Gen. 25.

Stetit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Exod. 32.

Dixit Dominus Aaron, vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu filii tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonii, ne moriamini. Lev. 10.

Quicumque fecerat votum in lege, & ſe volebat Domino conſecrare, a vino, & ab omni illo quod inebriare poteſt, abſtinere debebat. Num. 6.

Flagrabat populus deſiderio carnium ſedens & flens, & ait: Quis dabit nobis ad veſcendum carnes; &c. Num. 11.

Prima tentatio filiorum Iſrael in deſerto fuit de potu. Exod. 16. Secunda de cibo. Exod. 17. & poſtea ſimili occaſione multotiens peccaverunt. In trecentis viris, qui aquas lambuerunt, & moderate biberunt, liberavit Dominus Iſrael de manu Madian. Judic. 7.

In epulis ſunt homines audaciores, & loquaciores. Jud. 9. inter epulas & pocula maledicebant Abimelech, &c.

Epulantibus Philiſtiim domus cecidit ſuper eos. Jud. 16.

Volebant filii Heli carnes crudas ab offerentibus accipere, ut eas ſibi lau-

Digitized by Google

lautius præpararent. 1. Reg. 2.

A Comedit Jonathas modicum mellis contra inhibitionem patris, & ideo occiſus a patre fuiſſet, niſi populus occurriſſet. 1. Reg. 14.

Ammon filius David in convivio Abſalom temulentus fuit occiſus. 2. Reg. 13.

Benadab rex Syriæ temulentus in ſuis caſtris habebat maximam multitudinem bellatorum, & tamen victus fuit, & fugatus per pueros principum provinciarum. 3. Reg. 20.

Videns Zambri Dominum ſuum regem Iſrael temulentum occidit eum. 3. Reg. 16.

Comederunt & ſaturati ſunt, & impinguati, & abundaverunt deliciis in bonitate tua magna: provocaverunt autem te ad iracundiam. Nehe. 9.

Prævalet vinum omnibus hominibus, qui bibunt illud, ſeducit mentem. Itemque regis & orphani facit mentem vanam. 3. Eſdr. 3.

Holofernes bibit vinum multum nimis, quantum umquam una die biberat in vita ſua, & poſt pauca ſequitur: Erat Judith ſola in cubiculo, porro Holofernes jacebat in lecto nimia ebrietate ſopitus, quo facto Judith habuit opportunitatem occidendi eum. Jud. 13.

Egreſſus eſt Aman a convivio Eſther reginæ lætus & alacer, ſed in craſtino fuit triſtis, & confuſus cum decem filiis patibulo crucis affixus. Eſt. 5.

Noverat Job multa in conviviis ſæpe committi peccata, & idcirco poſtquam epulati fuerunt filii ejus, conſurgens diluculo offerebat holocauſta per ſingulos. Job. 1.

Pro tempore illo quo debebat deſtrui Hieruſalem, dicitur Iſa. 22. Vocabit Dominus ad fletum, & ad planctum, & ecce gaudium, & lætitia, occidere vitulos, jugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.

Sacerdos & Propheta neſciere præ ebrietate, abſorpti ſunt a vino, erraverunt in ebrietate. Omnes enim menſæ repletæ ſunt vomitu, ſordiumque, &c. Iſa. 28.

Ptolomæus filius Abobi fecit convivium Simoni ſummo ſacerdoti, & duobus filiis ejus, & cum inebriati eſſent, occidit eos. 1. Mach. 15.

Primi parentes per eſum ligni vetiti peccaverunt. Gen. 3.

Filii Iſrael venientes in deſertum, primo pro aquis amaris, deinde pro defectu cibi murmuraſſe leguntur. Similiter in tentatione Domini, tam ſecundum Matthæum, quam ſecundum Lucam prima fuit: ſi filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. Matth. 4. & Luc. 4.

Herodes natalis ſui cœnam fecit, filia vero Herodiadis ibi ſaltavit, & Herodi ſimulque diſcumbentibus placuit, qua occaſione decollatus eſt Joannes Baptiſta ad petitionem ipſius ſaltatricis. Matth. 14. Mar. 6.

B Spiritus immundi loca immunda diligunt, unde dæmoniacus ille qui habebat legionem in corpore, habitabat in monumentis. Luc. 8. & dæmones illi rogabant Dominum, ut exeuntes mitterentur in porcos, non in boves, vel in agnos qui ſunt munda animalia mundo veſcentes cibo.

Contra edaces comeſſationibus vacantes multum valet exemplum divitis epulonis, qui querebatur ſe pati in lingua ſpiritualem cruciatum. Luc. 16.

Non eſt mirum, ſi poſt magnas cœnas & comeſſationes ſplendidas multi non vigilant, nec orant, cum etiam diſcipuli poſt cœnam cum Domino celebratam non potuerint una hora vigilare cum eo. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

C

Caput LXXXIX.

De matrimonio.

QUod uxor debeat viro ſuo eſſe ſocia æqualis, quoad multa non domina vel ancilla, patet per hoc, quod Evam formavit Dominus de coſta Adæ, non de capite vel pede. Item patet quod vir eſt caput uxoris, quia fuit quodammodo principium eſſendi, & facta eſt mulier de viro, non vir de muliere. Item debet eſſe vir magiſter & doctor, unde præceptum a Deo fuit datum

Adæ, & per Adam Evæ. Gen. 2.

Quod unus vir tantum unam uxorem habere debeat, oſtendit Dominus dicens: Erunt duo in carne una. Gen. 2.

Ante diluvium ſolus Lamech legitur duas habuiſſe uxores. Gen. 4.

In arca Noe tot viros quot mulieres juſſit Dominus reſervari, ut videlicet eſſe unica uni. Gen. 7.

Ægyptii tempore Abrahæ plus abominari videbantur adulterium, quam homicidium, unde timebat Abraham, ne eum occiderent, & poſtmodum Sarai uxorem ſuam Pharaoni offerrent; quaſi nollet ipſam cognoſcere, quamdiu ipſam crederet virum habere. Gen. 12.

B Sara uxor Abrahæ obediebat ipſi marito, & dominum eum vocabat. Gen. 12. & 18. & 1. Pet. 3. ipſe etiam Abraham interdum illius votis condeſcendebat. Gen. 16. & 21.

Propter Saram uxorem Abrahæ flagellavit Dominus Pharaonem plagis maximis. Item Abimelech Dominus minando per ſomnum exterruit. Gen. 20.

Conſenſus exigitur ad matrimonium. Gen. 24. Vocemus puellam, & audiamus ipſius voluntatem.

Ille Blaſphemus qui fuit lapidatus in deſerto, fuit filius Iſraelitidis de viro Ægyptio generatus. Lev. 24. per hoc haberi poteſt, quod non expedit de diverſis ritibus matrimonia copulare; quia pueri inde nati male imbuuntur.

C Secretum quod Samſon parentibus ſuis dicere noluit, uxor ejus extorſit ab eo in damnum ipſius. Jud. 14.

Dixit Helcana ad Annam, Numquid non ego melior ſum tibi, quam decem filii. 1. Reg. 1.

Nabal durus & peſſimus, & ſtultus habuit uxorem Abigail, quæ erat prudentiſſima, & ſpecioſa. 1. Reg. 25.

Quamvis haberet David multas uxores, tamen adulterium cum Bethſabe commiſit. 2. Reg. 11.

Joram rex Juda fecit malum coram Domino, & ambulabat in viis Achab, & ſubditur cauſa hujus, *Filia* enim Achab erat uxor ejus. 3. Reg. 8.

A Filii tranſmigrationis qui duxerant uxores alienigenas ſecundum mandatum Eſdræ dimiſerunt eas. 1. Eſdr. 10.

Videns Nehemias Judæos ducentes uxores alienigenas, obiurgavit eos, & maledixit eos, & verberavit aliquos, & decalvavit. Nehe. 13.

Sara filia Raguel dicebat in oratione ſua. Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea conſenſi ſuſcipere. Tob. 3.

Dixit Angelus Tobiæ: in eos qui conjugium ita ſuſcipiunt, ut Deum a ſe, & a ſua mente repellant, & ſuæ libidini ita vacent ſicut equus & mulus, habet poteſtatem dæmonium. Tob. 6.

Prima nocte qua introductus eſt Tobias junior cum uxore, hortatus eſt virginem, dicens ei: Sara ſurge, & deprecemur Deum hodie, cras, & ſecundo cras, quia iſtis tribus noctibus Deo jungimur; tertia autem tranſacta nocte erimus in noſtro conjugio. Tob. 8.

Honeſtam cauſam ducendi uxorem, expoſuit Angelus Tobiæ: *Accipies* virginem cum timore Domini, & amore filiorum magis quam libidine ductus. Tob. 6.

Parentes Saræ monent eam honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & ſeipſam irreprehenſibilem cuſtodire. Tob. 10.

Mulieres translatæ de terra Juda in Ægyptum, quæ ſacrificabant reginæ cœli, excuſabant ſe per viros ſuos, qui ſimilia faciebant. Jer. 44.

Pro ſervanda fide matrimonii Suſanna expoſuit ſe morti & infamiæ, niſi per Danielem juſtus Dominus ei ſuccurriſſet. Dan. 13.

Salvator noſter convivio nuptiarum voluit intereſſe. Joan. 2.

Joannes Baptiſta fuit decollatus, quia Herodem de adulterio arguebat. Matth. 14. Mar. 6.

Quærentibus Phariſæis, ſi liceret homini dimittere uxorem ſuam quacumque ex cauſa, dixit Dominus: Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet. Matt. 19.

Inter illos qui ad cœnam vocati fuerunt, & non iverant, ille, qui uxorem

Digitized by Google

rem duxit; non rogavit ſe excuſatum haberi, quia ſtatus ille hominem vehementer allicit, & ſæpe retrahit a divinis. Luc. 14.

Quantum ad actum conjugalem ad paria, vel ſimilia judicat Apoſtolus Paulus virum & uxorem. Cor. 7. mulier corporis ſui poteſtatem non habet, ſed vir: ſimiliter vir poteſtatem ſui corporis non habet, ſed mulier, &c.

Ananias conſcia uxore ſua Saphira fecit fraudem de pretio agri venditi, ſic ambo graviſſime ſunt puniti. Act. 5.

Caput XC.

De caſtitate.

Quamdiu primi parentes in paradiſo fuerunt, virgines extiterunt, ſed ipſis ejectis dicitur. Gen. 4. Adam cognovit Evam uxorem ſuam.

Cum Sichem violaſſet Dinam filiam Jacob, fratres ejus turbati ſunt valde, eo quod fœdam rem eſſet operatus in Iſrael, & violata filia Jacob rem illicitam perpetraſſet, tandem & violatorem & patrem ejus, & eorum populum occiderunt. Gen. 34.

Nota quod hoc fuit ante legem ſcriptam ſub lege naturæ; quantum ergo ſub lege gratiæ virginitas debet honorari, & ſtuprum puniri?

Quamvis Joſeph eſſet filius emptitius, & elegantis formæ juvenis ſine uxore, tamen ſolicitatus a domina ſua recuſavit ſtuprum, & maluit eam offendere, & in carcerem trudi quam perdere caſtitatem. Gen. 39.

Judas qui caſtus non erat, deteſtatus eſt fornicationem Thamar. Gen. 38.

Poſt debellationem Madianitarum factam per Phinees, & alios pugnatores, juſſit Moyſes mulieres corruptas jugulari, & virgines reſervari. Num. 31.

Mundi eſſe debebant maxime a mulieribus, qui panes ſacerdotales comedebant. 1. Reg. 11.

Quando mulier Sunamitis hoſpita Eliſei volebat ei loqui, mittebat ad eam Eliſeus puerum ſuum, quaſi vitans colloquia mulierum. 4. Reg. 4.

Sara in oratione dicebat Tob. 3. Tu ſcis Domine, quia numquam concupivi virum, & mundam ſervavi animam meam ab omni concupiſcentia, &c.

Mortuo viro ſuo Judith alium neſcivit, & ſemper caſtitatem amavit. Sed nota quod faciebat, quia cum puellis ſuis clauſa manebat, & habens cilicium ſuper lumbos ſuos, jejunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, præter ſabbata, & neomenias, & feſta domus Iſrael. Jud. 8.

Graviter fuit pulſata ab illis ſenibus Suſanna, ſed ſuæ caſtitati, nec famam, nec vitam præponendam eſſe putavit. Dan. 13.

Ad hoc quod nullus de ſola caſtitate confidat, illud valere poteſt, quod de virginibus Evangelicis tot fuerunt fatuæ, quot prudentes. Matth. 25.

Beata Virgo ab Angelo venerabiliter ſalutata, non eſt oblita voti, & propoſiti caſtitatis, licet Angelus promitteret ei, quod ex ea Filius Altiſſimi naſceretur. Luc. 1.

Per hoc, quod Salvator dixit, Quia in futuro ſæculo neque nubent, neque nubentur; patet quod illi beatæ virgines ſpecialiter appropinquant. Matth. 22. Luc. 20.

Caſtitatis argumentum fuit in beato Stephano. Quia ipſe ab Apoſtolis ad cuſtodiam mulierum, &c.

Caput XCI.

De luxuria & incontinentia.

Peccatum carnis præcipua videtur fuiſſe cauſa propter quam Deus diluvio delevit mundum. Gen. 6. Omnis caro corruperat viam ſuam.

Nota quot & quanta evenerunt pro ardenti amore Sichem filii Hemor, qui Dinam violenter oppreſſit. Gen. 34.

Luxurioſi quandoque deteſtantur luxuriam in aliis, ut patet de Juda, qui dixit de Thamar, Producite eam, ut comburatur. Gen. 38.

Occaſione uxoris Levitæ, a viris Belial in Gabaa Benjamin incredibili libidinis furore vexatæ, occiſi ſunt pluſ-

pluſquam ſexaginta millia hominum. Jud. 20. Isboſeth filius Saul redarguit Abner, quia ingreſſus fuerat ad concubinam patris ſui. Abner autem iratus ſuper hoc, procuravit ei auferri terram, & cito poſt amiſit uterque perſonam. 2. Reg. 3. & 4.

David captus amore Bethſabeæ uxoris Uriæ, cum illa adulterium, & cum proditione homicidium perpetravit. 2. Reg. 11.

Amnon filius David pro amore Thamar ſororis ſuæ ægrotavit, & poſtea illam oppreſſit, & ſic eam nequiter effugavit, & tamen ipſemet hac de cauſa occiſus fuit. 2. Reg. 13.

Deteſtabilem luxuriam commiſit Abſalom con concubinis patris ſui. 2. Reg. 16.

Adamavit Salomon mulieres alienigenas multas, &c. ſequitur, quod ita damnatum eſt cor ejus per eas, ut coleret Deos earum. 3. Reg. 11.

Sed nota damna, quæ inde paſſus eſt, cum enim prius ſapientiſſimus fuerit, adeo infatuatus eſt, ut ſequeretur deos earum, cum prius amabilis Domino, cor ejus depravatum eſt, & iratus eſt Dominus contra eum, prius eſſet ditiſſimus, multa bona conſumpſit in ædificando templa idolis nationum; cum prius eſſet nominatiſſimus in bono, poſtea fuit uſque hodie fœdatus opinione. Eccl. 47.

Dixit Angelus Tobiæ juniori. In eos, qui conjugium ita ſuſcipiunt, ut Deum a ſe, & a ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent ſicut equus & multus, habet poteſtatem dæmonium. Quid ergo de fornicatoribus, & adulteris, qui nihil aliud intendunt, niſi fœdam ſuam explere libidinem? Tob. 6.

Stetit Judith ante faciem Holofernis, cor autem Holofernis concuſſum eſt; erat enim ardens in concupiſcentia ejus, &c. Jud. 12.

Duo ſenes presbyteri ita fuerunt amore Suſannæ decepti, quod quando illa voluntatem eorum facere recuſavit, mortem illius procurare conati ſunt. Dan. 13.

Tempore Antiochi templum luxuria & comeſſationibus erat plenum, & ſcortantium cum meretricibus, ſacratiſque ædibus mulieres ſe ultro ingerebant. 2. Mac. 6.

A

Occaſione Herodiadis, quam contra legem duxerat Herodes, Joanne Baptiſta decollatus fuit ad inſtantiam ſaltantis mulieris. Matth. 14. Mar. 6.

Spiritus immundi loca immunda diligunt; unde rogaverunt Dominum Jeſum ut permitteret eos intrare porcos, non in boves, vel agnos quæ ſunt animalia munda. Matth. 8. Luc. 8.

Inter alios qui vocati fuerunt ad magna cœnam, nec iverunt, ille qui uxorem duxit, non petiit ſe excuſatum haberi, per quod patere poteſt quam longe ſunt a cœna Dei, luxurioſi homines, ut immundi, ſi ducere uxorem ita homines implicat, & involvit, quod quaſi nihil aliud cogitare poſſunt. Jud. 14.

B

Exemplo filii prodigi, qui diſſipavit ſubſtantiam ſuam, vivendo luxurioſe, patet quod illud peccatum depauperat. unde dicitur Luc. 15. Quod ipſe cœpit egere. Item vilificat. Nam ſequitur quod ipſe paſcebat porcos, &c. Item non extinguit ardorem libidinis, ſed accendit, dicitur enim ibi: Cupiebat implere ventrem ſuum ſiliquis, quas porci manducabant, &c.

Caput XCII.

De incauto aſpectu.

C

Prima mulier viſo ligni vetiti fructu pulchro, tulit de illo pulchro, & comedit. Gen. 3.

Pulchritudo viſa mulierum fuit occaſio multorum malorum. Gen. 6. Videntes filii Dei filias hominum quod eſſent pulchræ, &c.

Ex eo quod Cham filius Noe vidit verenda patris, & ipſum nudatum eſſe fratribus nuntiavit, maledictionem patris incurrit. Gen. 9.

Abraham dixit Sarai uxori ſuæ: Novi quod pulchra ſis mulier, & quod cum viderint te Ægyptii, interficient me, & te reſervabunt. Gen. 12.

Volens videre regionis mulieres Dina, viſa, & corrupta fuit. Gen. 34.

Ju-

Digitized by Google

Judas vidit Thamar in bivio, & cum ea peccavit. Geneſ. 33.

Domina cui ſerviebat Joſeph, oculos in eum iniecit. Gen. 39.

Dixit Dominus ad Moyſen. Exod. 19. Conteſtare populum, ne forte velint tranſcendere terminos ad videndum Dominum, &c.

Vidit David de ſolario ſuo mulierem lavantem ſe ex adverſo, & tulit eam, & poſtea virum ejus doloſe occidi fecit. 2. Reg. 11.

Cum intraſſet Judith ante faciem Holofernis, ſtatim captus eſt ille in oculis ſuis. Jud. 10. Unde dicitur 16. Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus, pulchritudo ejus captivam fecit animam ejus.

Videbant duo ſenes Suſannam quotidie ingredientem, & deambulantem, & exarſerunt in concupiſcentiam ejus. Dan. 13.

Quia filia Herodiadis placuit Herodi ſaltando, ipſe ei ſtulte promiſit, quod crudeliter implevit. Matth. 14. Marc. 6.

CAPUT XCIII.

De ſilentio, & loquacitate.

PRæceptum dedit Dominus Adæ, non Hevæ, niſi per Adam: ut mulier minus haberet occaſionem loquendi, ſed potius interrogandi a viro, & diſcendi. Gen. 2. Heva prius legitur cum ſerpente, quam cum viro habuiſſe colloquium, quod ſibi, & poſteris damnoſum fuit. Gen. 2.

Item nota ibi, quoniam male repetiit mandatum datum homini. Cham filius Noe cum vidiſſet verenda patris, nuntiavit fratribus ſuis, & inde maledictionem incurrit. Gen. 9.

Poſtquam locutus fuit Dominus ad Moyſen, impeditioris linguæ, & tardioris fuit. Exod. 7. Ex quo innuitur quod ſpirituales viri, qui ſæpe cum Deo loquuntur, tardi eſſe debent ad loquendum.

Filii Iſrael fugientes de Ægypto, viderunt exercitum Pharaonis, & timuerunt valde, quibus ait Moyſes: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Exod. 14.

Axa filia Caleb ſedens in aſino, & ſuſpirans, ſine ſermone monuit patrem ad quærendum quid haberet, & poſt impetravit a patre irriguum inferius, & ſuperius. Joſue 15.

Samſon ſecretum quod parentibus noluit dicere, uxori expoſuit, quæ ſtatim illud in damnum mariti publicavit. Judic. 14. Item Samſon indicavit Dalilæ, quomodo poſſet amittere fortitudinem ſuam, & illa ſine mora hoſtibus revelavit. Judic. 16.

Anna mater Samuelis veniens ad tabernaculum Domini, loquebatur in corde ſuo tantum, quia labia ejus movebantur, & vox penitus non audiebatur. 1. Reg. 1. Samuel dormiens in tabernaculo, oſtenſam ſibi viſionem, non indicavit Heli, donec interrogatus, & adiuratus fuit ab illo. 1. Regum 3.

Cum filii Belial dicerent de Saule novo rege, Num ſalvare nos poterit iſte? ille diſſimulabat ſe audire. 1. Reg. 10. Ex quo intelligitur quod caute tacebat. Cum David contra Nabal turbatus, poſtmodum per Abigail prudenter locutam placatus fuiſſet, illa non indicabat ipſi Nabal viro ſuo, verbum puſillum, aut grande uſque mane, cum vinum quod biberat, digeſſit.

Tobias auditis verbis injurioſis ab uxore, non legitur ei reſpondiſſe, ſed ingemuit, & incœpit plorare cum lacrymis. Tob. 2. & 3.

Cum ancilla Sara dixiſſet dominæ gravis improperii, & maledictionis verbum, Sara tacens ceſſit liti & pergens in cubiculum domus ſuæ, devote cœpit orare. Tob. 3.

Diu tacuit Eſther, non indicans populum ſuum, & patriam ſuam, ſicut præceperat ei Mardochæus, ne ſcilicet a rege haberetur exoſa. Eſther 2. & 3.

Beato Job a Domino percuſſo, uxor ejus ſtulte locuta eſt. Job. 2.

Sanctus Job magis videtur ſeipſum reprehendere de actu loquendi, quam de alio quocumque. Unde dicit Job 39. Qui leviter locutus ſum, &c. quod utinam non dixiſſem, &c. & 42. Inſipienter locutus ſum, & quæ ultra modum excederent ſcientiam meam.

Cum Raſin rex Syriæ, & Phacee

Digitized by Google

rex Iſrael propoſuiſſent præliari pari- A
ter contra Judam, dixit Iſaias propheta Achaz regi Juda: Vide ut ſileas, noli timere, & cor tuum ne formidet, &c. Iſa. 7.

Mandavit Ezechias rex Juda, ne populus aliquid reſponderet Rapſaci: & ſiluerunt, & non reſponderunt ei verbum. Iſa. 36.

Hieremias in utero ſanctificatus, & a Domino Propheta datus excuſabat ſe dicens, A, a, a, Domine Deus: ecce neſcio loqui, &c. Hierem. 1.

Adducta Suſanna, ut iniqui ſenes presbyteri ferrent teſtimonium falſum contra eam; flens ſuſpexit ad cœlum, & clamavit ad Dominum, ſed accuſatoribus non legitur directe
reſpondiſſe. Dan. 13. Judæi agricul- B
turæ operam dabant, ſed Nicanor, & quidam alii non ſinebant eos in ſilentio agere, & quiete. 2. Mach. 12.

Beata Maria virgo legitur in Evangeliis tantummodo fuiſſe locuta cum Angelo. Luc. 1. Item cum Eliſabeth. Luc. 1. Item cum filio ſuo. Luc. 2. Fili, quid feciſti. Item Joan. 2. Vinum non habent. Iterum, quando miniſtros nuptiarum inſtruit. Joan. 2. Quodcumque vobis dixerit, facite, licet autem Eliſabeth eam magnifice commendaſſet: nihil tamen ei directe reſpondit, ſed ad laudandum Dominum ſe convertit.

Maria peccatrix veniens ad pedes Domini in domo Simonis nihil dixiſſe
refertur, ſed lacrymis cœpit riga- C
re pedes ejus. Luc. 7. Similiter ſorori de ipſa conquerenti, nihil reſpondit. Luc. 4. Rurſus indigne ferentibus effuſionem unguenti, & in eam frementibus, nihil dixit. Mar. 14. Quod autem bene tacuit Dominus, pro ea reſpondit, & eam ubique defendit.

Mulier in adulterio deprehenſa, & coram Domino accuſata, non legitur aliquid locuta eſſe. Dominus autem pro ea verbum aſſumpſit, & eam denique miſericorditer abſoluit. Joan. 8.

Locutus in ſynagoga Paulus ſurrexit, & manu ſilentium indixit Act. 13. Sciebat enim non eſſe effundendum ſermonem, ubi non eſt auditus, quod ſæpe in ſcriptura probatur.

CAPUT XCIV.

De affectu carnali:

MOyſes diſtribuit duodecim boves, & ſex plauſtra, quos obtulerant principes filiorum Iſrael, ſed nullum dedit filiis Caath, licet eſſent magis propinqui. Num. 7.

Non legitur Moyſes alicui de filiis ſuis magnum officium dediſſe, licet ipſe a populo in tanta reverentia haberetur.

Moriturus Moyſes ſollicite rogavit Dominum pro populo, ut ei de duce idoneo provideret, nullum tamen de genere ſuo voluit nominare. Num. 27. Diſtribuens Joſue terram filiis Iſrael, ita parvam portionem dedit illis de tribu ſua, quod de hoc fecerunt ſpecialem querelam, ſed nota reſponſionem quam fecit eis. Joſue 17.

Audiens Heli mortem duorum filiorum in prælio, non viſus eſt multum curare, ſed cum nuntius ille dixiſſet, arcam Dei eſſe captam, cecidit de ſella, & mortuus eſt. 1. Reg. 4.

Quia David nimis flebat occiſum Abſalom filium ſuum, impoſuit ei Joab, quod non doluiſſet, ſi totum exercitum amiſiſſet. 2. Reg. 20.

Supra modum mater mirabilis, & bonorum memoria digna, quæ pereuntes ſeptem filios ſub unius diei tempore conſpiciens bono animo ferebat, &c. 2. Mach. 7. Euntibus ad prælium Judæis contra Nicanorem, erat pro uxoribus, & filiis, itemque pro fratribus, & cognatis minor ſolicitudo, maximus autem, & primus pro ſanctitate timor templi. 2. Mach. 15. Loquente Jeſu ad turbas, dixit ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te; qui reſpondit, Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, &c. Matth. 12.

Petenti matertera Chriſti, ſecundum carnem, ut duo filii ſederent juxta eum in regno ſuo, reſpondit Dominus ita dure, ac ſi fuiſſet aliena omnino, & ita bonum forum de regno ſuo paratus eſt ibi facere Dominus, ſicut illis. Matth. 20.

Quamvis beatus Joannes, & duo

Jaco-

Digitized by Google

Jacobi eſſent maximæ ſanctitatis: nulli tamen eorum commiſit curam Eccleſiæ generalem, ſed Petrum qui non ſibi carne attinebat, conſtituit caput, principem, & paſtorem. Joan. 21.

Salvator noſter poſt reſponſionem Petri, quam fecit de ipſo, cum dixit: Tu es Chriſtus filius Dei vivi; conſequenter ſubjungit: Caro & ſanguis non revelavit tibi. Matth. 16. Per illud innuens, quod caro pravas revelationes facere conſuevit.

ApoſtolusPaulus commendansEvangelium ſuum dicit. Gal. 1. Complacuit ille qui me ſegregavit ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam ſuam, &c. Continuo non acquievi carni, & ſanguini, &c.

Caput XCV.

De ira hominis per zelum.

Cum loqueretur Moyſes Pharaoni, & ille nollet audire, exivit a Pharaone iratus nimis. Exod. 11.

Præceperat Moyſes filiis Iſrael, quod nullus de manna relinqueret uſque mane, qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eo, uſque mane, & ſcaturire cœpit vermibus, & computruit, & iratus eſt Moyſes contra eos. Exod 17.

Revertens Moyſes cum appropinquaſſet ad caſtra, vidit vitulum, & choros, iratuſque valde projecit de manibus tabulas, & confregit eas ad radices montium. Exod. 32.

Cum quæreret Moyſes hircum qui oblatus fuerat pro peccato exuſtum reperit, iratuſque contra Eleazar, & Thamar ait: Cur non comediſtis, &c. Lev. 10.

Videns Moyſes rebellionem Chore, & complicum ſuorum, iratus valde, ait ad Dominum: Ne reſpicias ſacrificia eorum, &c. Num. 16.

Conſiderans Jonathas filius Saul nequitiam patris contra David, ſurrexit a menſa in ira furoris, & non comedit panem in illo die. 1. Reg. 20.

Audita David parabola Nathan prophetæ iratus indignatione adverſus hominem dixit: Vivit Dominus quoniam filius mortis eſt vir, qui fecit hoc. 2. Reg. 12.

Eliſeus iratus fuit contra Joas regem Iſrael, eo quod non percuſſit terram ſagitta, quinquies aut ſexies, ut totam deſtruxiſſet Syriam. 4. Regum 13.

Audiens Nehemias clamorem populi propter uſuras, quas exigebant optimates, iratus eſt nimis, &c. Nehe. 5.

Audita querimonia, quam dixit Eſther de Aman, qui omnes Judæos occidere procurabat: Aſſuerus ſurrexit iratus de loco convivii, &c. Eſther 6.

Circumſpexit Dominus cum ira Judæos, qui obſervabant eum, & contriſtatus eſt ſuper cæcitatem cordis eorum. Mar. 3.

B

Caput XCVI.

De ira hominis per vitium.

Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus. Sequitur: Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus ejus, &c. Gen. 4.

Iratus Balac contra Balaam comploſis manibus, ait: Ad maledicendum inimicis meis, vocavi te, qui bus e contrario benedixiſti. Num. 24.

Audiens Saul poſt victoriam commendari David, iratus eſt nimis, & diſplicuit in oculis ejus ſermo, &c. 1. Reg. 18.

C

Cum excuſaſſet Jonathas David ad patrem ſuum; iratus Saul adverſus Jonatham dixit: Fili mulieris virum ultro rapientis, &c. 1. Reg. 20. Venit Achab rex Iſrael in domum ſuam indignans, & frendens ſuper verbis, quæ locutus fuerat ad eum Naboth Iſraelites. 3. Reg. 21.

Poſt facile & ſalubre conſilium Eliſei, iratus Naaman recedebat dicens: Putabam quod egrederetur ad me, & invocaret nomen Dei ſui, &c. 4. Reg. 5.

Hanani propheta venit ad Aſam increpans eum, quia confiſus erat in Benadad rege Syriæ: iratuſque Aſa adverſus Videntem juſſit eum mitti in nervum. 2. Paral. 16.

Separavit Amaſias exercitum, qui re-

Digitized by Google

venerat ad eum ex Ephraim, pro eo, A ſcilicet quod mali erant, nec voluit quod ſecum venirent ad bellum: at illi vehementer irati contra Judam, reverſi ſunt in regionem ſuam. 2. Paral. 25.

Sacerdotes arguebant Oziam regem Juda, volentem adolere incenſum: iratuſque Ozias, & tenens thuribulum minabatur illis. 2. Paral. 26.

Cum audiſſet Sanaballat, quod ædificaretur murus Hieruſalem, iratus eſt valde, & motus nimis ſubſannavit Judæos. Nehem. 4.

Cum reverſus eſſet Sennacherib fugiens a Juda, plagam quam fecerat Dominus propter blaſphemiam ſuam, iratus multos occidit Judæos. Tob. 1.

Tobia dicente, de hœdo balante: B Videte ne furtivus ſit, &c. Uxor ejus irata reſpondit, Manifeſte vana facta eſt ſpes tua, &c. Tob. 2.

Nuntiatum eſt Holoferni, quod filii Iſrael præpatarent ſe, ad reſiſtendum ei, & furore nimio exarſit in iracundiam magnam. Judith. 5.

Cum dixiſſet Achior magnam eſſe potentiam Dei Iſrael, irati ſunt magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum. Judith. 5.

Cum audiſſet Aman, & experimento probaſſet, quod Mardochæus ſibi non flecteret genua, nec ſe adoraret, iratus eſt valde. Eſther. 3.

Iratus indignatuſque eſt Eliu Buzites adverſum Job, eo quod juſtum ſe eſſe diceret coram Deo, &c. Job. C 32.

Principes Juda putantes, quod Jeremias fugeret ad Chaldæos, irati ſunt contra eum, & cæſum miſerunt in carcerem. Jer. 37.

Nabuchodonoſor rex Chaldæorum in ira magna præcepit, ut perirent omnes ſapientes Babylonis, pro eo ſcilicet, quod ſomnium ſuum non poterant ei indicare. Dan. 2. Idem etiam poſtea in furore & ira præcepit, ut tres viri adducerentur in conſpectu ejus, &c. Dan. 3.

Arguit Dominus Jonam Prophetam, quia iraſcebatur ſuper hedera. Joan. 4.

Audiens Antiochus prælia Judæ, & victoriam quam obtinuerat, iratus eſt animo, & congregavit exercitum, &c. 1. Mach. 3.

Factum eſt, cum audirent gentes, quia ædificatum eſt altare, & ſanctuarium ſicut prius, iratæ ſunt valde. 1. Mach. 5.

Tortores Eleazari audientes verba conſtantiæ ipſius in iram verſi ſunt, qui paulo ante fuerant mitiores. 2. Mach. 6.

Poſt ſeptimi fratris verba rex Antiochus accenſus ira in illum ſuper omnes crudelius deſæviit. 2. Mac. 7.

Videns Antiochus, quod non poterat ſpoliare Perſepolim civitatem, elatus in iram arbitrabatur ſe injuriam, illorum, qui ſe fugaverant, poſſe in Judæos retorquere. 2. Mac. 9.

Herodes videns, quod illuſus eſſet a magis, iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros, &c. Matt. 2.

Cum audiſſent illi de Nazareth Dominum dicentem, Nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua, &c. ſequitur: Repleti ſunt omnes in ſynagoga ira, &c. Luc. 4.

Demetrius quidam argentarius faciens ædes argenteas Dianæ, convocatis opificibus illius artis, dixit quod Paulus avertebat multam turbam, dicens; Quoniam non ſunt dii; qui manibus fiunt, &c. iis autem auditis repleti ſunt ira, &c. Act. 19.

CAPUT XCVII.

De humilitate.

Dixit Angelus ad Agar, revertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu ipſius. Gen. 16.

Humiliter loquebatur Abraham Domino dicens, Loquar ad Dominum meum, cum ſim pulvis, & cinis. Gen. 18.

Multum humiliavit ſe Jacob coram Eſau, & ſic compeſcuit iram ejus. Gen. 33.

Quinquies Moyſes antequam vellet recipere ducatum populi, quem Dominus tamen imponebat ei, renuit, nec acquievit, donec Dominum intellexit iratum. Exod. 3. & 4. Iratus Dominus in Moyſen, &c.

Quamvis Moyſi ita familiariter Dominus loqueretur, tamen ipſe Moyſes utile conſilium pagani non deſpexit,

xit, ſed ei humiliter acquievit. Exod. 18.

Moyſes videbat ſe habere ducatum Domini ſpecialem, & tamen non dedignabatur ob filium Raguel, ut ſecum veniret, & ductor populi eſſet. Num. 10.

Gedeon Angelo dicenti ſibi, Vade in hac fortitudine tua liberabis Iſrael, reſpondit, Ecce familia mea infima eſt in Manaſſe, & ego infimus in domo patris mei. Jud. 6.

Viri Ephraim jurgantes fortiter, & tumide contra Gedeonem placati fuerunt per ejus manſuetam & humilem reſponſionem. Jud. 8.

Dixerunt omnes filii David ad Gedeonem, Dominare noſtri tu, & filius tuus, quibus ille ait: Non dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus, &c. Jud. 8.

Humilitatem prætendebat Saul in opere & ſermone, antequam eſſet unctus in regem, quando quærebat aſinas patris, & excuſabat ſe apud Samuel. 1. Reg. 9. & poſtea dictum eſt ei. 1. Reg. 15. Nonne cum parvulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es?

David licet per Samuelem eſſet unctus in regem, tamen de mandato patris portabat victualia fratribus ſuis, quibus fuerat prælectus. 1. Reg. 17.

David humiliavit ſe coram Saule, quando debebat fieri gener regis. 1. Reg. 18.

Item coram ſervo ſuo Semeï audiens quod malediceret ei, 1. Reg. 16. Coram Deo, quando ſaltabat ante arcam. 2. Reg. 6. & quando venit Nathan ad eum, nuntians ei voluntatem Domini de perpetuitate regni. 2. Reg. 7.

Humiliter reſpondit Miphiboſeth inique accuſatus a ſervo ſuo, & exheredatus injuſte. 2. Reg. 19.

Achab ſceleratiſſimus rex Iſrael audiens pœnam ſibi juſte pro criminibus infligendam, humiliatus eſt coram Domino, & propter hoc Dominus illam pœnam aliqualiter minoravit. 3. Reg. 21.

Princeps ille, qui humiliter locutus eſt ad Eliam, non eſt tactus ab igne, ſicut alii duo quinquagenarii, qui venerant ante illum. 4. Reg. 1.

A Veniens ad Jordanem Eliſeus, primo percuſſit aquas nihil dicens, & non ſunt diviſæ aquæ. 4. Reg. 2.

Semejas Propheta ad Roboam dixit, & principes ejus, Hæc dicit Dominus: Vos reliquiſtis me, & ego reliqui vos, qui conſternati dixerunt. Juſtus eſt Dominus. Cumque vidiſſet Dominus, quod humiliati eſſent, factus eſt ſermo Domini ad Semejam dicens; Quia humiliati ſunt mei cauſa, non diſperdam eos. 2. Par. 12.

Humiliatus eſt Ezechias poſtquam elevatum fuerat cor ejus in adventu nunciorum regis Babylonis, & idcirco non venit ira Domini in diebus illis. 2. Paral. 32.

B Audientes filii Iſrael potentiam Holofernis terribilem, clamaverunt ad Dominum inſtantia magna, & humiliaverunt animas ſuas, &c. Jud. 8.

Heſther regina confugit ad Dominum, & corpus ſuum humiliavit jejuniis, oranſque inter cetera dixit: Tu ſcis Domine, quia abominor ſignum ſuperbiæ, &c. Eſt. 14.

Cum mitteret Dominus Jeremiam Prophetam, ſe excuſans ait: Ecce neſcio loqui, &c. Jer. 1.

Ambulans Nabuchodonoſor in aula Babylonis arroganter locutus eſt: deinde ejectus ab omnibus, & in beſtiam mutatus recuperavit ſenſum, & recognovit, quod omnes habitatores terræ apud Dominum in nihilum reputati ſunt. Dan. 4.

C Cum percuſſus eſſet a Deo Antiochus inſanabili plaga, ita ut nec ipſe fœtorem ſuum ferre poſſet, ait: Juſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire. 2. Mach. 9.

Joſeph humiliter reputans ſe non eſſe dignum conſortio beatæ Mariæ, quam concepiſſe videbat, & non humano opere, ſed divino munere hoc factum eſſe credebat, voluit occulte dimittere eam. Matth. 1.

In illis tribus Magis apparet mira fuiſſe humilitas, quando invenerunt Puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum. Matth. 2.

Cum tantæ eſſet reputationis Joannes, ut populus ipſum crederet eſſe Chriſtum, dixit: Veniet fortior me-

cu.

Digitized by Google

cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus. Luc. 3. ſimile habetur Matth. 3. Joan. 1.

Non erubuit Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia ab eodem themate prædicationem ſuam incipere, a quo ſuam incœperat Joannes Baptiſta. Matth. 3. & 4. Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cœlorum.

Beata virgo Maria ab Angelo tam venerabiliter ſalutata, & mater filii Altiſſimi appellata, non ſuperbiit inde, nec ſe vocavit matrem Dei, vel dominam, ſed ancillam.

Item non miſit pro Eliſabeth cognata ſua, ſed humiliter ivit ad illam, cumque Eliſabeth Spiritu ſancto repleta cognoviſſet, quod factum fuiſſet circa ipſam, divinam commendavit miſericordiam, & potentiam dicens: Magnificat anima mea Dominum, &c. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, &c. Luc. 1.

Humiliter & fideliter reſpondit Centurio dicens Domino volenti ire ad ſanandum puerum ſuum: Domine, non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, &c. Matth. 8.

Videns Petrus ſe ad præceptum Domini concluſiſſe multitudinem piſcium copioſam, procidit ad genua ejus dicens, Exi a me, quia homo peccator ſum, Domine. Luc 5.

Salvator noſter publicari ſua miracula prohibebat, ut doceret fugere jactantiæ, & vanitatis vitium, & dare veræ humilitatis exemplum, ſicut patet in leproſo mundato. Matth. 8. Item in duobus cæcis ab eo illuminatis. Matth. 9. Item in ſurdo, & muto ſanato. Mar. 7. Item de transfiguratione dixit, Nemini dixeritis, &c. Matth. 17.

Cum dixiſſet Dominus mulieri Chananææ, Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus, illa humiliter dixit: Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, &c. Matth. 15.

Quærentibus diſcipulis, quis eſſet major in regno cœlorum? Reſpondit Dominus: Quicumque humiliaverit ſe, ſicut parvulus iſte, hic major eſt in regno cœlorum. Matth. 18. exem-
A plum vel parabolam humilis urbanitatis inducit Dominus Luc. 14. Cum invitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, &c.

Ad fugiendam jactantiam, & ad humilitatem multum valet exemplum, quod inducit Dominus de ſuperbo Phariſæo, & de humili Publicano. Luc. 18.

Humilitas Joannis Baptiſtæ apparet multipliciter, quia videlicet de ſe humiliter ſentiebat. Luc. 3. Exiſtimante omni populo, ne forte ipſe eſſet Chriſtus. Item Joannis 3. Non ſum ego Chriſtus, &c. Item humiliter loquebatur. Joannis 1. Ego vox clamantis in deſerto, & negavit ſe eſſe Chriſtum, aut Eliam, aut Prophe-
B tam. Item induebatur humiliter, ſcilicet pilis camelorum. Matth. 3. Item humilem habitationem eligebat. Luc. 1. Erat in deſerto, &c.

Humilis Maria Magdalena frequenter legitur ſecus pedes Domini ſe poſuiſſe. Luc. 7. & 10. Jo. 11. Matth. 28.

Quærenti Domino, An Petrus diligeret ipſum plus aliis diſcipulis, reſpondit humiliter dicens: Tu ſcis Domine, quia amo te, non dixit, amo te plus aliis. Joan. 21.

Præcipua humilitatis exempla accipere poſſumus, & debemus in ſalutari noſtro Domino Jeſu Chriſto, circa cujus converſationem in terris conſiderari poteſt, quod ipſe concipi
C voluit in patria deſpecta, videlicet Galilæa, de qua Jo. 7. Scrutare & vide, quia Propheta a Galilæa non ſurgit. Unde admirando dixit Nathanael: A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe. Jo. 1.

Item de matre humili natus fuit, quæ dicit: Reſpexit humilitatem, &c. Luc. 1. in civitate parva, & loco humillimo. Luc. 2. Reclinavit eum in præſepio, &c.

Item quaſi per annos triginta latuit in mundo, ita quod nihil de eo legitur, niſi quod cum eſſet annorum duodecim, remanſit in Hieruſalem, & inventus eſt in templo audiens & interrogans, non docens, & determinans contra præſumptuoſos, qui nimis feſtine ad officium docendi prorumpunt. Sequitur ibi Luc. 2. De-

ſcen-

Digitized by Google

ſcendit cum Maria, & ſubditus erat illis. Exinde circa annum triceſimum ad Joannem Baptiſtam venit, ut baptizaretur ab eo, non pro eo miſit. Matth. 2. contra multos, qui ad minores pergere dedignantur.

Item humiles diſcipulos elegit. Matth. 4. & Luc. 5. & cum eis humiliter converſatus eſt, & eos præcipue de humilitate docuit. Matt. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Unde filium hominis ſæpius ſe dicebat, non filium Dei, licet utrumque eſſet verum ſecundum duas naturas in ipſo, tamen ab inferiore frequentius ſe nominavit.

Converſatus cum hominibus interesse voluit pauperibus nuptiis, ubi vinum defecit. Jo. 2. non autem interfuiſſet ſplendidis, & divitibus nuptiis, in quibus fiunt frequenter enormes exceſſus.

Cum cognoviſſet, quia venturi erant, ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit in montem. Jo. 6.

Didrachma ſeu tributum quaſi ſervus aut alienus exſolvit. Matth. 27.

Non habebat ubi caput reclinaret. Luc. 9. & circuiens civitates & caſtella pedes ibat. Ita quod quandoque fatigatus ex itinere ſedebat ſuper fontem, & a muliere Samaritana bibere poſtulabat. Jo. 4. quando vero vectura uti voluit, non equum, ſed aſellum habuit. Matth. 21. Marc. 11. Luc. 19. Joan. 12.

Tranſiturus ex hoc mundo ad patrem relinquere voluit ſpeciale humilitatis exemplum, & pedes diſcipulorum lavit, & linteo quo præcinctus erat, exterſit. Joan. 13.

Præcipue autem in paſſione nimis humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, non quamcumque, ſed crucis, quæ erat genus mortis turpiſſimum in Evangeliis omnibus, & Phil. 2.

De quo notari poteſt, quod homines ſuperbi & mundi amatores circa ſeptem verſari ſolent & appetere, vel in adeptis ſpecialiter gloriari, quibus conſtat in cruce Dominum caruiſſe, & contraria habuiſſe. Hæc autem dici poſſunt terrena affluentia, mundana ſapientia, carnalis lætitia, popularis fama, turba famulorum,

A dejectio inimicorum, & numeroſitas amicorum. Chriſtus autem Jeſus Dominus noſter in cruce fuit pauperrimus, & veſtimentis nudatus. Jo. 19. fuit ſtultus & inſipiens reputatus: nam verbum crucis gentibus ſtultitia eſt. 1. Cor. 1. Item diffamatus fuit, & ſeductor populi appellatus. Matt. 27. Dixerunt de eo principes ſacerdotum, Recordati ſumus, quod ſeductor ille dixit, &c. in cruce inſuper quodammodo fuit victus, quia occiſus. Jo. 19. Inclinato capite reddidit ſpiritum. Ibi etiam amicum non habuit. Iſa. 63. Torcular calcavi ſolus, & de gentibus non fuit vir mecum.

B Pſal. 87. Elongaſti a me amicum, & proximum. Item famulis & ſervitoribus in cruce caruit. Matth. 26. Diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. Pſal. 87. Factus ſum ſicut homo ſine adjutorio, &c.

Poſt miraculum de claudo per Petrum ſanato, humiliter locutus eſt Petrus, non aſcribens factum ſibi, ſed divinæ virtuti, & invocationi nominis Chriſti. Act. 3.

Dum introiſſet Cæſaream Petrus, obvius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes ejus, adoravit eum; Petrus vero elevavit eum dicens: Surge & ego ipſe homo ſum. Actor. 10.

Audientes Paulus & Barnabas, quod homines de civitate Lyſtris dicebant eos eſſe deos, & eis ſacrificare vole-

C bant, conſciſſis tunicis exilierunt in turbas clamantes, & dicentes eis, Viri quid facitis, & mortales ſumus ſimiles vobis homines, &c. tandem vix ſedaverunt turbas, ne eis immolarent. Act. 14.

Paulus Apoſtolus manibus operabatur, ut haberet neceſſaria ſibi, & ſociis, propter quod etiam morabatur cum Aquila & Priſcilla, qui erant artis ſcenofactoriæ, ſicut & ipſe. Act. 18. Item Act. 20. dicit ipſe, ad ea quæ opus erant, & iis qui mecum ſunt, miniſtraverunt manus iſtæ.

Humiliter de ſe ſentiebat Paulus, qui in fratrum orationibus confidebat. 2. Cor. 1. adjuvantibus vobis in orationibus pro nobis. Item orationes aliorum ſolicitus poſtulabat. Rom. 15. Obſecro fratres per Dominum noſtrum

Je-

Jeſum Chriſtum, & per charitatem Spiritus ſancti, ut adjuvetis me in orationibus, & Col. 4. & 1. Theſ. 3. verbis etiam ſuis humilitatem veram interius indicabat 1. Cor. 15. Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, &c. 1. Tim. 1. Chriſtus Jeſus venit in hunc mundum peccatores ſalvos facere, quorum primus ego ſum.

Item ad humilitatem alios ſolicitus inducebat. Ro. 12. Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Phil. 3. & in humilitate ſuperiores ſibi invicem arbitrantes.

CAPUT XCVIII.

De ſuperbia.

EVa propter appetitum excellentiæ, cum audiviſſet a ſerpente: Eritis ſicut dii, de ligno vetito comedit. Gen. 3.

Datum eſt hominibus a Deo dominium ſuper piſces, & aves, & beſtias terræ. Gen. 1. Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, &c. Item Gen. 9. Terror veſter & tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, &c.

Superbia volentium ædificare turrim uſque ad cœlum damnata fuit per confuſionem linguarum. Gen. 11.

Agar ancilla Sarai ſe concepiſſe videns dominam ſuam deſpexit. Gen. 16.

Contra gloriantes de primogenitura facit, quod Cain fuit natus ante Abel. Gen. 4. & Eſau ante Jacob. Gen. 25. & Judas fuit quartogenitus inter filios Iſrael. Gen. 29. & Manaſſes filius Joſeph natus fuit ante Ephraim, qui tamen habuit benedictionem dexteræ. Gen. 48. & David minimus inter fratres ſuos. 1. Reg. 16. & Adonias natus fuit ante Salomonem, 2. Reg. 3. & ſic de multis aliis.

Nimis ſuperbe reſpondit Pharao, quando dixit: Neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam. Exod. 5.

Rebellio Chore, & aliorum facta contra Moyſen ex ſuperbia proceſſerunt. Nam dixit illis Moyſes: Multum erigimini filii Levi. Num. 16.

A Percuſſus Abimelech vocavit armigerum ſuum, & ait illi: Percute me, ne dicatur, quod a fœmina interfectus ſum. Jud. 9.

Saul petiit a Samuele, ut eum coram ſenioribus populi honoraret. 1. Reg. 14.

Graviter fuit punitum elationis peccatum, quando David fecit populum numerari ſibi ſubjectum. 2. Reg. 24.

Libido dominandi, quam habuit Jeroboam, timens ne populus reverteretur ad domum David, fecit eum excogitare vitulos aureos, quos fecit a populo adorari, & maluit eos recedere a vero Deo, quam a dominio ſuo. 3. Reg. 12.

Amaſias rex Juda debellaverunt Edom, & elatus in ſuperbiam, voluit contra Joas regem Iſrael præliari, ſed male ſucceſſit ei. 3. Reg. 14.

B

Cum roboratus eſſet Ozias rex Juda, elevatum eſt cor ejus in interitum ſuum, & adolere voluit incenſum in templo. 2. Paral. 26.

Superba nimis & blaſphema verba miſit rex Aſſyriorum ad Ezechiam, quaſi neque Deus, neque homo poſſet eum de manu ſua liberare. 4. Reg. 19.

Lætatus eſt Ezechias, & elevatum eſt cor ejus in adventum nuntiorum regis Babylonis, & oſtendit ei omnia, quæ erant in theſauris domus ſuæ. 4. Reg. 20. 1. Par. 32.

Poſt obtentam victoriam de Arphaxad rege Medorum, exaltatum eſt regnum Nabuchodonoſor regis Aſſyriorum, & cor ejus elevatum eſt. Jud. 1.

C

Nabuchodonoſor ſuperbe juravit, quod defenderet ſe ab illis, qui imperio ſuo ſubjugari nollent, quaſi injuriam paſſus ab eis. Jud. 1.

Præceperat Nabuchodonoſor Holoferni, ut omnes deos terræ exterminaret, ut ipſe ſolus Deus diceretur ab iis regionibus, quæ potuiſſent per Holofernis potentiam ſubjurgari. Jud. 3.

Videns ſuperbus Aman, quod Mardochæus ipſum adorare nolebat, ſuaſit regi, ut totus Judæorum populus deleretur. Heſt. 3.

Aman ſuperbiſſimus volebat coram ſe genuflecti, & ab omnibus adorari.

Sed

Sed notabile eſt, quod illa ſuperbia tot mala in ipſo cauſavit, ut iratus, & indignatus exiſteret, & omnia alia quæ habebat quaſi nihilum reputaret. Heſt. 3. & 5.

Signa ſuperbiæ deteſtatur Dominus per Iſaiam dicens; Pro eo quod elevatæ ſunt filiæ Sion, & ambulaverunt collo extento, &c. Iſa. 3.

De Nabuchodonoſor intelligitur ad litteram illud Iſa. 14. Dicebas in corde tuo, in cœlum conſcendam, &c.

De Moab dicitur: Audivimus ſuperbiam, ſuperbus eſt valde, ſuperbia ejus & arrogantia ejus, & indignatio ejus, pluſquam fortitudo ejus. Iſa. 16.

Quoniam elevatum fuit cor Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſpiritus illius obfirmatus ad ſuperbiam depoſitus eſt de ſolio ſuo, & gloria ablata eſt ei, &c. Dan. 4.

Balthaſar filius Nabuchodonoſor rex Babylonis non humiliavit cor ſuum, ſed adverſus Dominatorem cœli elevatus eſt, & ideo interfectus eſt, & Darius Medus ei ſucceſſit in regnum. Dan. 5.

Antiochus aſcendit Hieroſolymam in multitudine gravi, & intravit ſanctificationem cum ſuperbia, & accepit altare aureum, &c. 1. Mach. 1.

Dixerunt illi, quos dimiſit Judas Machabæus ad cuſtodiam terræ, dum iret ad prælium: Faciamus nobis nomen, & eamus pugnare adverſus gentes. 1. Mach. 5.

Alcimus qui volebat fieri ſacerdos, & quidam alii iniqui ivere ad regem Demetrium, & accuſaverunt Judam, & populum Judæorum. 1. Mac. 7.

Cum vidiſſet Nicanor holocauſta, quæ offerebantur a Judæis pro rege, irridens ſprevit eos, & locutus eſt ſuperbe. 1. Mach. 7.

Antiochus exiſtimabat ſe præ ſuperbia terram quidem ad navigandum, pelagus vero ad iter agendum deducturum propter mentis elationem. 2. Mach. 5.

Nicanor veniens ad pugnandum contra Judam & ſocios ejus; ita credebat eſſe ſecurus de victoria, quod vendidit Judæos antequam in campo videret eos. 2. Mach. 8.

A Fugatus turpiter Antiochus de Perſide ſuperbe locutus eſt ſe venturum Hieroſolymam, & congeriem ſepulcri Judæorum eſſe facturum, ſed Deus percuſſit eum inſannabili plaga. 2. Mach. 9.

Nicanor Judæis dicentibus: Eſt Deus potens in cœlo, qui juſſit agi ſeptimam diem; Et ego, inquit potens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma, & negotia regis impleri. De quo etiam ſubditur, quod cum ſumma ſuperbia erectus, cogitavit commune trophæum ſtatuere de Juda, a quo tamen cito poſtea victus fuit. 2. Mach. 15.

Cum dixiſſent diſcipuli: Domine etiam dæmonia ſubiiciuntur vobis in

B nomine tuo: compeſcuit eos Dominus dicens; Videbam Satanam quaſi fulgur de cœlo cadentem, in hoc nolite gaudere, &c. Luc. 10.

Superbia Phariſæi qui ſe jactabat, quod proximum contemnebat, damnatur. Luc. 18.

Statuto die Herodes veſtitus veſte regali, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad populum: populus autem acclamabat voce Dei, & non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo, & conſumptus a vermibus expiravit. Act. 10.

Caput XCIX.

De jactantia.

C Gaal filius Obed dicebat ſociis, Quis eſt Abimelech, & quæ eſt Sichen, ut ſerviamus ei? Utinam daret aliquis populum iſtum ſub manu mea, ut auferrem, &c. Jud. 9.

Samſon leonem manibus inermibus laceravit, nec tamen tantam proſperitatem parentibus ſuis indicare voluit. Jud. 14.

Goliath Philiſtæus exprobrabat exercitui Iſrael, & petebat, ut aliquis veniret cum eo ad ſingulare certamen. 1. Reg. 17.

Adonias filius Agith elevabatur dicens: Ego regnabo. 3. Reg. 1. ſed parum duravit regnum ejus.

Benadad rex Syriæ miſit nuntios regi Iſrael, & ait hæc faciant mihi dii,

dii, & hæc addant, ſi ſuffecerit pul- A vis Samariæ pugillis omnis populi, qui ſequitur me. Sed pulchre reſponſum eſt ei: Ne glorietur accinctus æque, & diſcinctus, &c. 3. Reg. 20.

Grandia verba dixit Rapſaces ex parte Aſſyriorum, dicens: Numquid liberaverunt de manu Aſſyriorum, &c. 4. Reg. 18.

Holofernes dixit ad Achior: Cum percuſſerimus omnes, quaſi hominem unum, tunc, & ipſe cum illis Aſſyriorum gladio interibis. Jud. 6.

Aman invitatus ad convivium Eſther vocavit amicos, & uxorem ſuam, & expoſuit illis magnitudinem divitiarum ſuarum, & filiorum turbam, B & quomodo apud reginam ſolus cum rege prandere debebat. Eſth. 5. Sed nota quod ſuſpenſus fuit in craſtino in eadem trabe, quam paraverat Mardochæo. Eſth. 7.

Eliu dixit multa verba jactantiæ, & arrogantiæ. Job 32. Oſtendam vobis ſapientiam, plenus ſum ſermonibus, &c.

Ponit Iſaias verba ipſius regis Aſſyriorum, dicens. Iſa. 10. In fortitudine manus meæ feci, & in ſapientia mea intellexi, &c. Non fuit qui moveret pennam, & aperiret os ſuum, & ganniret.

De Nabuchodonoſor intelligitur ad litteram illud Iſa. 14. Dicebas in corde tuo, In cœlum conſcendam, ſu- C per aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ero ſimilis altiſſimo.

Per Hieremiam dicitur de Moab, Sublimitatem ejus & arrogantiam ejus, & ſuperbiam, & altitudinem cordis illius, ego ſcio, ait Dominus: jactantiam, & arrogantiam ejus, & quod non ſit juxta eam virtus ejus, &c. Hierem. 48.

Nabuchodonoſor rex Babylonis dixit tribus ſociis Danielis, qui nolebant ſtatuam ejus adorare, Quis eſt Deus, qui vos eripiat de manu mea? Dan. 3.

Deambulans in aula Babylonis Nabuchodonoſor, ait: Nonne hæc eſt Babylon civitas magna, quam ædificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris meæ? Cum adhuc ſermo eſſet in ore ejus, &c. Dan. 4.

Audivit Seron quod congregavit Judas Eccleſiam fidelium, & ait: Faciam mihi nomen, & debellabo Judam, ſed cito econtrario fuit debellatus ab illo. 1. Mach. 3.

Demetrius filius Demetrii miſit ad Jonathan dicens: Deſcende ad nos in campum, & comparemur illic invicem, quia mecum eſt virtus bellorum: interroga, & addiſce quis ſum ego, &c. Sed paulo poſt male ſucceſſit ei. 1. Mach. 10.

Nicanor pugnaturus contra Judam vocavit negotiatores, promittens ſe daturum pro uno talento nonaginta mancipia Judæorum. 2. Mach. 8.

Multitudine ad arma concurrente fugatus eſt turpiter Antiochus de Perſepoli civitate Perſidis, & ſuperbe locutus eſt dicens: Venturum ſe eſſe Hieroſolymam, & congeriem ſepulcri Judæorum eam facturum. 2. Machab. 9.

Nicanor interrogavit Judæos, Si eſt potens in ſæculo, qui imperavit diem ſabbatorum? & reſpondentibus illis; Eſt Dominus potens in cœlo, qui juſſit agi ſeptimam diem, ait: Et ego potens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma, & negotia regis impleri. 2. Mach. 15.

Petrus valde audacter dixit Domino: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint, &c. Sed poſtea longe aliter accidit Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Joan. 17.

Qui ſe jactant, & dilatant maxime ii mentiuntur, diabolum imitantur, qui cum ante dixiſſet Domino: Tibi dabo poteſtatem hanc, &c. dixit: Omnia regna mundi mihi tradita ſunt, & cui volo, do illa. Luc. 4.

Contra jactantes ſe, & arrogantes inducit Dominus exemplum illius Phariſæi dicentis: Non ſum ſicut ceteri homines, &c. velut & hic Publicanus, &c. Luc. 18.

Magnæ arrogantiæ verbum dixerunt Phariſæi cæco nato, quem Dominus illuminaverat, & illos rationabiliter confundebat: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Joan. 9.

Arrogantes nimis dixit Salvatori

Pi-

Pilatus; Neſcis quia poteſtatem habeo dimittere te? Joan. 19.

Caput C.

De electionibus.

Conſilio Jethro ſacerdotis Madian Moyſes uſus humiliter, elegit judices, ſeu prælatos minores, viros potentes & timentes Dominum, in quibus erat veritas, & qui oderant avaritiam. Exod. 18.

Præcepit Dominus Moyſi, ut tolleret duodecim virgas juxta numerum tribuum filiorum Iſrael, nomen autem Aaron erat in tribu Levi: quas cum poſuiſſet in tabernaculo, ſequenti die invenit virgam Aaron germinaſſe, &c. Num. 17.

Volens Moyſes ulciſci Iſrael de Madianitis, ait: Mille viri de ſingulis tribubus eligantur, qui mittantur ad bellum. Num. 31.

Moyſes advertens ſe juxta mandatum Domini moriturum, oravit devote Dominum, & dixit; Provideat Dominus Deus ſpirituum omnis carnis hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc, &c. Ordinavit autem Dominus, quod Ioſue filius Nun eſſet ſucceſſor ipſius, & dux populi loco ejus. Num. 27.

Poſt mortem Joſue conſulverunt filii Jſrael Dominum, dicentes: Quis aſcendet ante nos, & erit dux belli? dixitque Dominus: Judas aſcendet. Jud. 1.

Videntes filii Iſrael, quod Gedeon ſtrenue pro eis pugnaverat, dixerunt omnes ad eum; Dominare tu noſtri, &c. Jud. 8.

Majores natu de Galaad perrexerunt ad Jephte, dixeruntque ad eum: Veni & eſto princeps noſter, & pugna contra filios Ammon. Jud. 11.

Erat vir de Benjamin nomine Cis, & ei filius vocabulo Saul, electus & bonus, & non erat vir de filiis Iſrael melior illo: hunc revelavit Dominus Samueli eligendum fore, & inungendum regem ſuper populum Iſrael. 1. Reg. 9.

De mandato Domini ſpeciali ivit Samuel in Bethlehem, & unxit David filium Iſai in regem ſuper Iſrael A 1. Reg. 16. Mortuo autem Saule venerunt viri de tribu Juda, & unxerunt eum ſuper ſe in regem. 2. Reg. 2. Deinde univerſæ tribus Iſrael venerunt ad eum, & unctus eſt in regem ſuper totum populum Iſrael. 2. Reg. 5. Unde ipſe dixit in Pſ. 77. Elegit David ſervum ſuum. 1. Par. 28. Placuit Domino, ut me eligeret regem ſuper cunctum Iſrael.

Appropinquans morti David dixit majoribus: De filiis meis elegit Dominus Salomonem, ut ſederet in throno regni Domini ſuper Iſrael. 1. Paral. 28. Terribili judicio Dei aſſumptus fuit Jeroboam, ut eſſet rex ſuper decem tribus Iſrael & tamen occaſio fuit populo recedendi a Deo.
B 3. Reg. 11. & 12.

Scripſit Jehu litteras, & miſit in Samariam ad optimates civitatis, &c. dicens: Eligite meliorem, & eum quem vobis placuerit de filiis Domini veſtri, & ponite eum ſuper ſolium patris ſui, & pugnate pro domo Domini veſtri, 4. Reg. 10.

Congregati ſunt omnes amici Judæ & dixerunt Jonathæ: Ex quo frater tuus Judas mortuus eſt, vir ſimilis non eſt ei, nunc itaque te elegimus hodie pro eo eſſe nobis principem, & ducem ad bellandum bellum noſtrum. 1. Mach. 9.

Vocavit Dominus Jeſus diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos appellavit, Simonem, quem cognominavit Petrum,
C &c. Luc. 6.

Poſt Aſcenſionem Domini diſcipuli ſtatuerunt duos, Joſeph, & Matthiam, & orantes dixerunt: Tu Domine, qui noſti corda omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus, unum accipere in locum miniſterii hujus, & Apoſtolatus, &c. Act. 1.

Sermo quem dixerunt Apoſtoli, placuit omni multitudini: & elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu ſancto, & Philippum, &c. Act. 7.

Miniſtrantibus diſcipulis Domino, & jejunantibus dixit illis Spiritus ſanctus: Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos. Act. 13.

Caput CI.

De bonis Principibus, & Prælatis.

Bonus Prælatus Moyſes, multoties intravit ad Pharaonem pro cauſa populi, ut eum liberaret de Ægyptiaca ſervitute. Exod. 6. 7. 8. 9. & 10.

Populum timentem confortavit Moyſes, dicens; Nolite timere, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Ore quidem verba dicebat, ſed corde Dominum exorabat, ſicut apparet ibi. Exod. 14.

Clamabat pro populo Moyſes ad Dominum, quando murmurabat populus contra eum. Exod. 15.

Omnia debet retorquere ad Deum bonus Prælatus: unde dicebat Moyſes. Exo. 16. Nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum: nos enim quid ſumus?

Cum pugnaret Amalech contra Iſrael, non ivit Moyſes ad prælium, ſed tantum miſit Joſue famulum ſuum, & tamen erat ex parte ipſius juſtiſſimum bellum. Ipſe vero ſtans in vertice montis ad orandum Dominum ſe convertit. Exod. 17.

Receſſurus Moyſes a populo, & iturus ad montem bonos vicarios dereliquit, videlicet Aaron, & Ur. Exod. 24.

Videbatur Dominus velle confundere populum peccatorem, & promittebat magnum ſtatum, vel honorem ipſi: & tamen Moyſes pro populo inceſſanter orabat. Exod. 32. Et non tanta ſeveritate populum punivit, pro quo tam inſtanter oravit. Moyſes diſtribuit Levitis duodecim boves, & ſex plauſtra, quæ obtulerant principes tribuum filiorum Iſrael: ſed nullum dedit filiis Caath, licet eſſent ei magis propinqui, quia propriis humeris onera portare debebant. Num. 7.

Deſiderabat Moyſes, quod omnes de populo prophetarent, licet honor ſuus in hoc minui videretur. Num. 11.

Poſt reditum exploratorum dixit Dominus ad Moyſen Num. 14. Uſquequo detrahit mihi populus iſte? feriam igitur eos peſtilentia, te autem faciam principem ſuper gentem magnam, & fortiorem, quam hæc eſt. Sed noluit Moyſes ad majorem prælationem transferri.

Pereunte populo pro murmure, & tumultu, quos faciebant contra Moyſen & Aaron, dixit Moyſes ad Aaron: Tolle thuribulum, & hauſto igne de altari mitte incenſum, pergens cito ad populum, ut roges pro eis, &c. Num. 16.

Moriturus Moyſes ſolicite rogavit Dominum, ut populo de duce idoneo provideret, nullum vero in ſpeciali voluit nominare. Num. 27.

Servivit Iſrael Domino cunctis diebus Joſue, &c. Bonus enim prælatus multum confert ad populum in manu Domini dirigendum. Joſue 24.

Samuel judicabat Iſrael, & ibat circumiens Bethel, & Galgala, & Maſphath, ut homines qui eo indigebant, facilius ad eum poſſent habere acceſſum. 1. Reg. 7.

Dixit Samuel ad populum: Abſit a me hoc peccatum, ut ceſſem pro vobis orare, & docebo vos viam rectam, & bonam. 1. Reg. 12.

Videns David Angelum percutientem populum obtulit ſe pro eo percutiendum. 2. Reg. 24. Vertatur obſecro manus tua contra me, &c.

Audivit omnis Iſrael judicium, quod judicaſſet Salomon rex de duabus mulieribus: & timuerunt regem, videntes ſapientiam Dei eſſe in illo. 3. Reg. 3.

Signum eſt, quod Deus diligat populum, cum dat ei bonum prælatum. Unde dixit regina Saba Salomoni: Quia diligit Deus Iſrael, ideo poſuit te regem ſuper eum, ut facias judicium atque juſtitiam. 2. Paral. 9.

Voluit Dominus tradere regem Syriæ in manu regis Iſrael, & mandavit ei per Prophetam, quod ipſe rex debebat incipere præliari. 3. Reg. 12. & 2. Paral. 24.

Ezechias rex Juda fecit ſerpentem æneum confringi, eo quod eſſet populo idololatriæ occaſio. 4. Reg. 18.

Joſaphat rex Juda conſtituit judices ſuper

ſuper populum, & eos valde fideli-
ter & prudenter inſtruxit. 2. Para-
lip. 19. Videte, inquit, quid facia-
tis, &c.

Perrexerunt curſores cum epiſtolis
ex regis Ezechiæ imperio, & prin-
cipum ejus, in univerſum Iſrael, &
Judam prædicantes, Revertimini ad
Dominum, &c. 2. Paral. 30.

Orante Eſdra, & flente pro tran-
ſgreſſione populi, collectus eſt ad eum
cœtus magnus virorum, ac mulie-
rum, & flevit populus multo fletu ad
exemplum iſtius. 1. Eſdr. 9.

Audiens Holofernis potentiam Elia-
chim magnus ſacerdos, circuivit om-
nem Iſrael, allocutuſque eſt eos di-
cens: Scitote quoniam exaudiet Do-
minus preces veſtras, &c. Sicque po- B
pulum bonis exhortationibus confor-
tabat. Judith 4.

Bonus prælatus debet eſſe quaſi
pater populi ſibi commiſſi. Nam de
Eliachim, quem ſuſtituit Dominus
loco Sobnæ, dicitur. Iſa. 22. Erit
quaſi pater habitantibus Hieruſa-
lem.

Mortuo Juda Machabæo emerſe-
runt iniqui in omnibus finibus Iſrael,
& exorti ſunt omnes, qui operaban-
tur iniquitatem. In diebus illis facta
eſt fames, &c. 1. Mach. 9.

Cum crederetur occiſus Jona-
thas a Tryphone, quæſierunt omnes
gente, quæ erant in circuitu eorum
conterere eos. Dixerunt enim: Non
habent principem, & adjutorem: C
nunc ergo expugnemus illos, & tol-
lamus ex hominibus memoriam eo-
rum. 1. Mach. 12.

Cauſa pacis, & boni ſtatus ſanctæ
civitatis, pulchre dicitur fuiſſe pru-
dentia, & pietas Oniæ ſummi ſa-
cerdotis, & bonitas ſubditorum. 2.
Mach. 3.

Bene reſtitit Onias Heliodoro vo-
lenti ſpoliare templum, & depoſita
viduarum, ac pupillorum auferre. 2.
Mach. 3.

Salvator noſter Dominus Jeſus Chri-
ſtus, ubi ſe bonum paſtorem dicit,
ſtatim cauſam, ſubjungit dicens. Joan.
10. Bonus paſtor animam ſuam dat
pro ovibus ſuis; & poſt pauca, Ani-
mam meam pono pro ovibus meis.
In quo intelliges quid exigitur ad hoc
A quod aliquis bonus paſtor vocari me-
reatur.

Quando Salvator noſter per reſur-
rectionem ſuam voluit gregem Eccle-
ſiæ Petro committere, primo exami-
navit eum, ſeu probavit dicens.
Joan. 21. Simon Joannis diligis me
plus his. Et nota quod examinavit
eum de dilectione, non de cognitio-
ne; de practica, non de theorica;
de facto, non de jure. Item non ſo-
lum interrogavit eum, ſi ſimpliciter
eum diligebat. Item nota, quod ter
dixit ei, paſce, notandum. Bonus e-
nim prælatus commiſſum ſibi gregem
debet paſcere exemplo, verbo, & tem-
porali ſubſidio.

Videns Petrus Judæos admirantes,
& male de diſcipulis ſentientes, ele-
vavit vocem ſuam, & locutus eſt eis:
Viri Judæi, &c. Ubi gregem con-
ſtanter defendit, & adverſarios ſalu-
briter ſuperavit. Act. 2.

Conſiderari poteſt hic de Paulo A-
poſtolo eximiæ bonitatis prælato.

Ad bonum enim prælatum ſpecia-
liter, & ſumme pertinet dilectio,
quam habere debet ad ſuos, ſicut di-
ligebat ille Paſtor optimus, princeps
paſtorum: qui poſuit animam ſuam
pro ovibus ſuis. Qui cum dilexiſſet
ſuos in finem dilexit eos. Paulus au-
tem miro modo hac dilectione ferve-
vebat, unde dicebat. 2. Cor. 12. Ego,
libentiſſime impendam, & ſuperim-
pendar ipſe, pro animabus veſtris,
licet plus vos diligens, minus diligar
a vobis. Item Philip. 4. Fratres mei
chariſſimi, &c.

Item debet eſſe in eo ſcientia Scri-
pturarum. Sap. 6. Diligite lumen Sa-
pientiæ, qui præeſtis populis. Alio-
quin non poſſet lepram diſcernere,
vel commiſſum ſibi populum judicare.
Ipſe vero Paulus Apoſtolus de divi-
nis, & ſimiliter etiam de humanis
veram & excellentiſſimam notionem,
ſeu cognitionem habebat: qui parvu-
lis in Chriſto lac potum dabat, &
inter perfectos ſapientiam loquebatur.
1. Cor. 2. quippe qui raptus uſque ad
tertium cœlum, & audivit ibi arca-
na verba, quæ non licet homini lo-
qui. 2. Cor. 12.

Ex amore vero ſubditorum & no-
titia ſcripturarum ſolicitudo in præſi-

dente cauſatur. Rom. 12. Qui præeſt A in ſolicitudine, qua quidem ſolicitudine Paulus proximos ardentiſſime hortabatur, per quod ait 2. Cor. 11. præter illa quæ extrinſecus ſunt inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium Eccleſiarum. Item Coloſ. 2. Volo vos ſcire qualem ſolicitudinem habeam pro vobis.

Ex tribus prædictis debet ſequi inſtructio imperitorum, unde promittit Dominus. Jer. 3. Dabo paſtores vobis juxta cor meum, qui paſcent vos ſcientia & doctrina, juxta illud quod dixit Artaxerxes rex Eſdræ, & judicibus populi: Imperitos docete libere 1. Eſdr. 7. & hoc profecto liquet feciſſe Paulum doctorem gentium, qui verbo vel ſcripto docuit univerſum B mundum. 1. Tim. 2. Doctor gentium in fide & veritate. 2. Cor. 2. odorem ſuæ notitiæ Deus per nos manifeſtat in omni loco, & ad hoc quis tam idoneus?

Debet etiam bonus prælatus officia diſponere inter ſubditos, & ordinare ſicut Moyſes, qui conſilio Jethro inſtituit in populo centuriones, quinquagenarios, & decanos. Paulus quoque in Eccleſia ſimilia faciebat. 2. Cor. 11. Cetera cum venero, diſponam; propter quod dicebat Eph. 1. Reliqui te Cretæ, ut quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per civitates presbyteros, ſicut ego diſpoſui tibi.

Item debet puſillanimes, & timidos animare, ſicut fecit Moyſes, C quando dixit populo paveſcenti. Exo. 14. Nolite timere, Dominus pugnabit pro vobis, & utique Paulus faciebat. Eph. 6. Confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus, induite vos armaturam Dei, &c. Heb. 12. Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit adverſus ſemetipſum a peccatoribus contradictionem, ut non fatigemini animis veſtris deficientes.

Item in bono prælato debet eſſe defenſio oppreſſorum, ſicut Onias ſummus ſacerdos, qui conſtanter reſtitit Heliodoro volenti templum Domini ſpoliare. 2. Mach. 3. quam viriliter autem Paulus reſtitit pſeudo-apoſtolis & Judæis, patet. Act. 13. & deinceps uſque ad finem. 2. Cor. 11. In quo quis audet, audeo & ego, & ideo dicebat ſe pugnare. 1. Cor. 9. Sic pugno non quaſi aerem verberans. 2. Tim. 4. bonum certamen certavi.

Præterea conſolatio afflictorum, velut Eliachim cum Holofernes Bethuliam obſediſſet. Judith. 4. Paulus autem non erat inferior in hac parte, unde ait 2. Cor. 1. Benedictus Deus & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, ut poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt. Heb. 13. rogo vos fratres, ut ſufferatis verbum ſolatii. Verba vero conſolatoria habuit maxime ad Phil. & Theſſ. ſicut patet intuenti.

Debet inſuper bonus prælatus pigros & tepidos excitare, quod fecit Patriarcha Jacob, quia audiens, quod alimenta vendebantur in Ægypto, dixit filiis ſuis: Quare negligitis, &c. & hoc ſtrenuus, & vigil Paulus optime noverat facere. Rom. 14. Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere. Item Epheſ. 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus, & 2. Tim. 1. Admoneo te, ut reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.

Item debet indigentibus pro poſſibilitate ſua, quantum ad neceſſaria ſubvenire: *exemplum eſt de hoc in Eliſeo*, qui panes fecit diſtribui filiis Prophetarum. 4. Reg. 4.

Quod etiam Paulus diligenter implebat, memor illius verbi Domini: Beatius eſt magis dare, quam accipere, prout ipſe refert. Act. 20. quando vero non habebat, quid dare poſſet, ab aliis ſolicite procurabat, & hoc apparet 1. Cor. 16. De collectis autem, &c. Item 2. Cor. 9. Qui parce ſeminat, parce metet.

Item ad eum pertinet, ſuperbos & tumidos refrænare & humiliare, quod volens facere Moyſes increpando dicebat. Num. 16. Multum erigimini filii Levi.

Samuel etiam dixit Sauli. 1. Reg. 15. Quare non audiſti vocem Domini, &c. in hac autem arte Paulus erat valde peritus, unde 1. Cor. 4. Tamquam non venturus ſim ad vos, ſic inflati ſunt quidam. Veniam autem cito, & co-

Digitized by Google

& cognoſcam non ſermonem eorum, A qui inflati ſunt, ſed virtutem. 1. Tim. 6. Divitibus hujus ſæculi præcipe non ſublime ſapere, &c.

Rurſus etiam bonus prælatus diſtantes, & ad eum accedere non valentes debet perſonaliter viſitare, quod Samuel adimplebat, qui ibat circuiens Bethel, & Galgala, & Maſphat, & judicabat Iſraelem. 1. Reg. 7. & quis hoc exercuit ſicut Paulus, qui ab Hieruſalem uſque ad Illyricum mare replevit Evangelium Chriſti, Rom. 15. ita quod vitam ſuam quemdam curſum vocabat. 1. Cor. 9. ſic curro non quaſi in incertum. 2. Tim. 4. curſum conſummavi.

Item debet delinquentes, & tranſgreſſores punire, ſicut fecit Moyſes, B quando populus vitulum conflatilem adoravit. Exod. 32. In hac etiam parte Paulus negligens non erat, dicebat enim 2. Cor. 10. Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Deo in promptu habentes ulciſci inobedientiam. Item 1. Cor. 4. In virga veniam ad vos, an in ſpiritu manſuetudinis.

Item bonus prælatus debet contumaces de populo, & peſtiferos extirpare, ſicut fecit Moyſes de Chore, & iis, qui adhæſerunt ei. Num. 16. Tu, inquit, & omnis congregatio tua ſtate ſeorſum. Deinde dixit aliis: Recedite a tabernaculis impiorum. Paulus autem de illo, qui tenebat novercam ſuam ait. 1. Cor. 5. Ego C judicavi hujuſmodi tradere Satanæ in interitum carnis, & poſt. Expurgate vetus fermentum, &c. Hymenæum & Alexandrum tradidit Satanæ, ut diſcerent non blaſphemare. 1. Tim. 1.

Poſtremo debet pro univerſis orare. Sic faciebat Moyſes. Exod. 32. Moyſes orabat Dominum, &c. & Samuel 1. Reg. 12. Abſit a me hoc peccatum, ut ceſſem orare pro vobis; hoc autem Paulus diligentiſſime implebat. Rom. 1. Sine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis, & 2. Theſſ. 1. Oramus ſemper pro vobis, ut Deus dignetur vos vocare vocatione, &c. Item hoc ipſum hortatur fieri dicens. 1. Tim. 2. obſecro primum omnium fieri obſecrationes, orationes, &c.

Caput CII.

De malis principibus & prælatis.

Præcepit Dominus Moyſi dicens: Tolle principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis. Num. 25.

Dixit Moyſes ad Aaron. Exo. 32. Quid tibi fecit hic populus, ut induceres ſuper eum peccatum maximum, quaſi multum peccaret prælatus in ſubditos, quando malæ eorum acquieſceret voluntati. Male corripuit Heli filios ſuos, quod multum diſplicuit Domino. 1. Reg. 2. & tamen corripuit eos verbo, ſed lente non viriliter & ſevere, quid ergo de illis, qui in malis favent eis, vel qui dant eis occaſionem peccandi. Etiam malis prælatis debent deferre ſubditi, ſicut David qui percuſſit cor ſuum, quia præciderat oram chlamydis illius, neque aliud malum voluit facere ei. 1. Reg. 24.

Totum pondus prælii verſum eſt in Saul, unde cecidit in prælio, & occiſus fuit. 1. Reg. 31.

Propter peccatum, quod commiſit David in numeratione populi mortui ſunt ex populo ſeptuaginta millia virorum. 2. Reg. 24. Quia Roboam populum nimis gravare voluit magnam partem ejus amiſit. 4. Reg. 12.

Ocaſionem dedit Jeroboam populo recedendi a cultu Dei, quando vitulos fecit, & eos adorari præcepit. 3. Reg. 13.

Propter malos prælatos interdum ſubditi temporaliter affliguntur, unde dixit Elias ad Achab, Tu conturbas populum Iſrael, & domus patris tui, &c. 3. Reg. 17.

Rex Syriæ præcepit principibus curruum ſuorum, Non pugnabitis contra majorem, & minorem quempiam, niſi contra regem Iſrael ſolum: ille autem erat Achab nequiſſimus. 3. Reg. 22.

Minaſſes ſeduxit Judam & habitatores Hieruſalem, ut facerent malum ſuper omnes gentes, quas ſubverterat Dominus a facie filiorum Iſrael. 2. Paral. 33.

Digitized by Google

Malorum prælatorum in Hieruſalem habitantium conditiones expreſſit Iſaias dicens: Principes tui infideles ſunt, ſocii furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, &c. Iſa. 1.

De Nabuchodonoſor principe peſſimo dicitur Iſa. 14. Tu terram tuam diſperſiſti, tu populum tuum occidiſti, &c.

Sobna præpoſitus templi credebat in Hieruſalem diu vivere, & mori, & honorifice ſepeliri, ſed mandavit ei Dominus, Quid tu hic, aut quaſi quis hic, &c. & poſt pauca ſequitur: Expellam te de ſtatione tua, &c. Iſa. 22. Et nota, quod ille Sobna videtur fuiſſe de illis, qui dicebant paulo ante: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.

Sedecias rex Juda dixit principibus Jeremiam occidi petentibus: Ecce in manibus veſtris eſt. Non enim fas eſt regem aliquid vobis negare. Jer. 38.

Contra malos Prophetas & prælatos dixit Dominus Ezech. 14. Non aſcendiſtis ex adverſo, non oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, ut ſtaretis in prælio in die Domini.

Malis prælatis Dominus per Ezechielem comminatur dicens. Ezech. 34. De paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos: Nonne greges paſcuntur a paſtoribus?

Poſtea ſtatim deſcribitur actus malorum paſtorum. Lac, inquit, comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis, quod infirmum fuit non conſolidaſtis, & ægrotum non ſanaſtis, quod fractum eſt non alligaſtis, & quod abjectum eſt non reduxiſtis, quod perierat non quæſiviſtis, ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia, &c.

Mali fuerunt illi presbyteri, qui condemnabant Suſannam ad mortem, eo quod noluit conſentire illis, cum ex hoc magis meruiſſet laudari. Dan. 13.

Rex Demetrius Alcimum proditorem impium conſtituit in ſacerdotio, & mandavit ei facere ultionem in filios Iſrael. 1. Mach. 7.

A Elegit Bachides viros impios, & conſtituit eos dominos regionis, & expugnabant amicos Judæ, & adducebant eos ad Bachidem, &c. 1. Mach. 9.

Jaſon frater Oniæ, qui ſummum ſacerdotium emit ab Antiocho, ſtatim ut obtinuit principatum, ad Gentilem ritum contribules ſuos transferre cœpit. 2. Mach. 4.

Proprietates malorum prælatorum, bene tangit Dominus Jeſus. Matth. 23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, &c. dicunt & non faciunt, alligant autem onera gravia, &c. ſequitur: Clauditis regnum cœlorum ante homines, & vos non intratis; &c.

B Item Jo. 18. Mercenarius, & qui non eſt paſtor, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit, &c. non pertinet ad eum de ovibus, ſed rat tantum de velleribus.

Sciebat Pilatus, quod Judæi per invidiam Dominum tradidiſſent, ſciebat eum innocentem: tamen propter favorem populi, & timorem Cæſaris tradidit illum voluntati eorum. Matth. 27.

Principes ſacerdotum vocantes Petrum, & Joannem denuntiaverunt eis, ne omnino loquerentur, nec docerent in nomine Jeſu. Act. 3.

Videns princeps ſacerdotum multa ſigna per Apoſtolos fieri, exurgens ipſe, & omnes qui cum eo erant, C injecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia ſua publica. Angelus autem Domini eduxit eos: tunc abiit magiſtratus cum miniſtris, & adduxerunt illos, & poſt multa concilia vocaverunt Apoſtolos, & cæſis denuntiaverunt, ut amplius non loquerentur in nomine Jeſu. Act. 5.

Raptus fuit Stephanus a Judæis, & adductus in concilium, cumque falſa obiicerentur ei, principes ſacerdotum dixerunt ei, Si hæc ita ſe haberent, qui cum fideliter ſe excuſaret, & duritiam Judæorum acriter increparet, lapidatus eſt ab eis, præfato principe nullam diſplicentiam oſtendente. Act. 6. & 7.

Productus Paulus in conſilium cœpit irrationabiliter loqui, ſed ad primum

Digitized by Google

mum verbum, quod dixit, Princeps ſacerdotum præcepit eum percuti: tunc Paulus dixit: Percutiet te Dominus, paries dealbate, & tu ſedens judicas me ſecundum legem, & contra legem jubes me percuti. Act. 23.

Malos præſides, & iniquos habuit Paulus Felicem, & Feſtum, qui volebant gratiam Judæis præſtare, & idcirco compulſus eſt Cæſarem appellare. Act. 45.

Caput CIII.

De ambitioſis.

Locuta eſt Maria, & Aaron contra Moyſen, & dixerunt: Nonne & nobis ſimiliter locutus eſt Dominus, per hæc verba videbantur ambire ducatum populi. Num. 12.

Chore & complices ſui anhelantes ad regnum populi, cœperunt ipſum populum commendare. Moyſen vero, & Aaron accuſare dicentes: Sufficiat vobis, quod omnis multitudo ſanctorum eſt & in ipſis eſt Dominus, cur elevamini ſuper populum Domini? Num. 16.

Abimelech filius Gedeonis callide procuravit ſe eligi per amicos ex parte matris ſuæ, ſed poſtea peſſime ſucceſſit utriſque. Jud. 9.

Parabola illa quam propoſuit Jonatham, quod oliva, vitis, & ficus noluerunt ſuper ligna accipere principatum, rhamnus vero arbor modica, & vilis regnum uſurpare præſumpſit, poteſt ad ambitioſos aptari. Jud. 9.

Dicebat Gaal filius Obed. Jud. 9. Utinam daret aliquis populum iſtum ſub manu mea, ut auferrem de medio Abimelech.

Abſalom hominibus ad judicium regis David venientibus blandiendo, detrahendo ſimul, & ambiendo dicebat: Videntur mihi ſermones tui boni & juſti, ſed non eſt qui te audiat conſtitutus a rege. Quis me conſtituat judicem ſuper terram, &c. Sed nota quomodo accidit ei poſtea. 2. Reg. 15. 16. & 18.

Adonias filius Agith elevabatur dicens, Ego regnabo. 3. Reg. 1.

Dixit Ahias ad Jeroboam: Regnabis ſuper omnia, quæ deſiderat anima tua: ſed adeptus regnum ſuper decem tribus Iſrael peſſime ſe habuit. 4. Reg. 12.

Zambri videns Hela dominum ſuum regem Iſrael temulentum occidit eum, & regnavit poſt eum diebus ſeptem. 3. Reg. 16.

Athalia mater Ochoziæ regis Juda videns eſſe mortuum filium ſuum, in tantam exarſit libidinem dominandi, quod interfecit omne ſemen regium, excepto Joas, qui fuit a ſorore Ochoziæ furtive ſublatus. 4. Regum 11.

Sellum filius Jabes conjuravit contra Zachariam regem Iſrael dominum ſuum, & interfecit eum, & regnavit pro eo uno menſe. 4. Reg. 15.

Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum vocavit duces bellatores ſuos, dixitque cogitationem ſuam eſſe, ut omnem terram ſuo ſubjugaret imperio. Judith. 2.

Ambitioſi, & ſuperbi plus affliguntur de paucis, qui eos præcedunt, vel eis non obediunt, quam lætentur de multis, qui eis ſubſequuntur; unde ſuperbus Aman, qui erat ſecundus a rege, & filios, & divitias multas habebat, nihil ſe habere reputabat, quamdiu vidit Mardochæum ante fores regias. Eſther. 5.

Audivit Seron, quod congregavit Judas Eccleſiam fidelium, & ait: Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Judam, ſed ipſe cito fuit debellatus a Juda. 1. Mach. 3.

Alcimus qui volebat fieri ſacerdos ſummus, & quidam alii iniqui de populo Judæorum, venerunt ad regem Demetrium dicentes ei: Perdidit Judas, & fratres ejus amicos tuos, & nos diſperſerunt de terra noſtra, &c. 1. Mach. 7.

Ptolemæus rex Ægypti voluit dolo obtinere regnum Alexandri, & tandem obtinuit Alexandro devicto, & in Arabiam fugato: & abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & miſit Ptolomæo, qui parum gaviſus eſt, quia die tertio mortuus eſt. 1. Mach. 11.

Ptolemæus filius Abobi habebat argentum, & aurum multum, & exaltatum eſt cor ejus, & volebat obtinere regionem, & quaſi occaſione hac proditorie occidit Simonem ſacerdotem, & duos filios ejus. 2. Mach. 15.

Ambiebat Jaſon frater Oniæ ſummum ſacerdotium & propter hoc adiit regem Antiochum Nobilem, promittens trecenta ſexaginta argenti talenta, & multa alia. 2. Mach. 4. Quod cum rex annuiſſet modico tempore ſacerdotii honore functus eſt, quia Menelaus, quem miſit ad Antiochum, retorſit ad ſe ſummum ſacerdotium, qui etiam cito fuit amotus, & Lyſimachus frater ejus, loco ejus ſubſtitutus. 2. Mach. 4.

Cum vidiſſet Simon, quod per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus obtulit eis pecuniam dicens: Date mihi hanc poteſtatem, ut cuicumque impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctum. Petrus autem dixit ei: Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Act. 8.

Caput CIV.

De tentatione diaboli.

SErpens callidus ad tentandum, id eſt diabolus in ſerpente, humanum genus, ex parte debiliori, & ad peccandum proniori, aggreſſus eſt, non enim Adam prius tentavit, sed Hevam. Item explorando a longe incœpit: non ſtatim comedere vetitum fructum ex abrupto ſuaſit. Item negavit pœnam ſecuturam, pro mandati tranſgreſſione, & magna bona aſſeruit affutura, pro una tali comeſtione. Item non tentavit mulierem de peccatis, ad quæ nullam inclinationem habebat, ſed de comeſtione ſuavis fructus, & ſapidi, & curioſitate ſciendi, & de dignitate majori. Gen. 3.

Spiritus mendax frequenter in tentatione mentitur, unde dixit Hevæ: Nequaquam moriemini. Gen. 3.

Item dixit Domino Salvatori, cum oſtendiſſet ei omnia regna mundi. Mihi tradita ſunt omnia, & cui volo do illa. Luc. 4.

Item Scripturam ſacram interdum perverſe allegat: dixit enim Domino Angelorum, &c. Matth. 4.

Cum ſurrexiſſet ſatan contra Iſrael, incitavit David, ut numeraret Iſrael. 1. Paral. 21.

Petivit ſatan a Domino, ut Job tangeretur in liberis, & rebus, & perſona, in quo poteſt notari calliditas, malignitas, & infirmitas inimici. Job 1. & 2.

Non expedit tentationes ſuas revelare homini, quem credit tentari de ſimili peccato, ſed magis alicui diſcreto, & ſancto, qui eum confortet in bono, unde duo ſenes, quando ſibi invicem concupiſcentiam indicaverunt pejus provocati fuerunt. Dan. 13.

Tentatio Domini nos inſtruit ad vincendum omne genus tentationis, fuit enim tentatus de tribus, ad quæ omnia poſſunt tentamenta reduci. Et nota, quod non per potentiam, ſed per Scripturam vicit tentatorem. Mat. 4. Luc. 4.

Ait Dominus Simoni Petro inſtante paſſione ſua: Ecce ſatanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum, ego autem rogavi pro te, &c. Luc. 22.

Diabolus immiſit in cor Judæ, ut traderet Dominum Chriſtum.

Dixit Petrus Ananiæ: Cur tentavit ſatanas cor tuum mentiri te Spiritui ſancto, & fraudare de pretio agri. Actor. 5.

Caput CV.

De peccato in generali, & variis pœnis, quæ ex peccato ſequuntur.

QUod peccatum cauſet in homine erubeſcentiam patet per hoc, quod in ſtatu innocentiæ erant primi parentes nudi, & non erubeſcebant, poſt peccatum vero ſtatim ſibi operimenta fecerunt. Gen. 2. & 3.

Peccatum infatuat peccatorem. Unde Adam poſt peccatum credebat ſe abſcondere a facie Domini. Gen. 3. Item

Item peccatum facit hominem timidum. Unde Adam poſtquam peccaverat, dixit: Timui eo quod nudus eſſem, & abſcondi me. Gen. 3.

Enormitas ſceleris clamat pro vindicta ad aures Dei. Gen. 4. Vox ſanguinis fratris tui, &c. Gen. 19. Clamor Sodomorum, &c. Etiam pœna temporali punit Dominus quandoque peccatum, ut patet in Adam, & Heva. Gen. 3. Et in Cain. Gen. 4. In Sodomitis. Geneſ. 19. Item in filiis Iſrael multoties. Item Joan. 5. Jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Pharao propter peccatum recognoſcebat ſe a Domino flagellatum dicens. Exod. 10. Peccavi in Dominum, & in vos.

Fecerunt Flii Iſrael malum in conſpectu Domini: iratuſque Dominus tradidit eos in manibus diripientium, qui ceperunt eos, & vendiderunt hoſtibus. Judic. 2.

Peccatum ipſum peccatorem quieſcere non facit. Unde percuſſit eum cor David, poſtquam numeratus eſt populus. 2. Reg. 24.

Salomonem ſapientiſſimum peccatum infatuavit. 3. Reg. 11. Ipſius etiam famam maculavit. Eccleſ. 47. Dediſti maculam in gloria tua.

Poſtquam Joram rex Juda cœpit ambulare per vias regum Iſrael peſſimas, receſſit Edom ab eo, & noluit ei ſolvere tributum conſuetum. 3. Reg. 8.

Dereliquerunt filii Iſrael præcepta Domini, & fecerunt ſibi deos conflatiles, ſervieruntque Baal, &c. Sequitur: Translatus eſt Iſrael de terra ſua. 4. Reg. 17.

Factum eſt verbum Domini contra Judam, ut auferret eum coram ſe, propter peccata quæ fecit Manaſſes, & propter ſanguinem innoxium, quem effudit, &c. 4. Reg. 24.

Deſerta eſt Hieruſalem, & omnes urbes Juda, & non eſt habitator in eis, propter malitiam quam fecerunt, ut me ad iracundiam provocarent. Conſecutive, non cauſaliter intelligi debet. Hier. 44.

Tanta eſt gravitas peccati, quod dicitur. Hiere. 44. Non poterat Dominus ultra portare propter malitiam ſtudiorum veſtrorum.

Propter peccatum debilitatur homo. Thren. 1. Peccatum peccavit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt: unde ſervus Salomonis auſus eſt inſurgere in dominum ſuum poſt ipſius peccatum. 3. Reg. 11.

Cum ſanaſſet Dominus Jeſus hominem languidum in grabato jacentem, invenit eum in templo, & dixit: Ecce ſanus factus es, jam amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Joan. 5.

Mulieri in adulterio deprehenſæ, & a Judæis coram Domino accuſatæ dixit ipſe Salvator: Vade, & amplius jam noli peccare. Joan. 8.

Caput CVI.

De confeſſione peccati.

MOnebat Dominus Adam poſt peccatum recognoſcere culpam ſuam, ſed ille quodammodo retorſit in Deum, & mulierem, & mulier in ſerpentem. Gen. 3. Mulier quam dediſti mihi ſociam, &c. Et poſt: Serpens decepit me.

Cham recognovit peccatum ſuum dicens. Gen. 4. Major eſt iniquitas mea, &c.

Item Pharao dixit: Peccavi. Exo. 9. & 10. Item dixit Saul. 1. Reg. 25. Item Judas. Matth. 27. Nullus tamen ex prædictis veniam conſecutus eſt: quia non recto corde dixerunt. Simile dixit David, corde humili. 2. Reg. 12. Et audire meruit; Dominus tranſtulit peccatum tuum, &c.

Afflicti filii Iſrael per ignotos ſerpentes venerunt ad Moyſen, atque dixerunt: Peccavimus, quoniam locuti ſumus contra Dominum, & contra te, &c. Num. 21.

Vehementer oppreſſi filii Iſrael a Philiſthæis, & filiis Ammon dixerunt ad Dominum. Judic. 10. Peccavimus, redde tu nobis, quidquid tibi placet, tamen nunc libera nos.

Reprehenſus David a Nathan propheta, ſuper exceſſu quem commiſerat in Uriam, & uxorem ejus peccatum ſuum humiliter recognovit. 2. Reg.

Reg. 12. Humiliter recognovit peccatum David, quando fecerat populum numerari, ita quod etiam obtulit ſe percutiendum loco populi innocentis. 2. Reg. 24.

Dixit Nehemias: Confitebor pro peccatis filiorum Iſrael, quibus peccaverunt tibi, & ego, & domus patris mei peccavimus, vanitate ſeducti ſumus, &c. Nehem. 1.

Quamvis Tobias ab infantia Deum timuerit, & mandata ejus cuſtodierit, tamen dicebat humiliter recognoſcens: Non egimus ſecundum præcepta tua, & non ambulavimus ſinceriter coram te. Tob. 3.

Tres ſocii Danielis, qui ita ſancte inter Chaldæos vixerant, & pro quibus Deus tantum miraculum faciebat in fornace, nequaquam contra Deum murmurabant, quaſi injuſte talia paterentur; ſed dicebat Azarias: Peccavimus, injuſte egimus, &c. Dan. 3.

Orans Deum Daniel confitebatur peccata ſua, & populi dicens: Peccavimus iniquitatem fecimus, impie egimus, &c. Dan. 9.

Sextus illorum ſeptem fratrum mori incipiens, ait: Nos enim propter noſmetipſos hæc patimur, quia peccavimus in Dominum noſtrum, &c. 2. Mach. 7.

Veniebant ad Joannem Baptiſtam, omnis Judæa, & omnis regio citra Jordanem confitentes peccata ſua. Matth. 3. Mar. 1.

Prædicante Paulo per Aſiam, multi credentium venientes, & annuntiantes actus ſuos. Act. 19.

Caput CVII.

De duritia, & obſtinatione malorum.

Cain poſt increpationem quam fecit ei Dominus pejor fuit, & fratricidium perpetravit. Gen. 4.

Cor Pharaonis neque per blanda verba, quæ primo dixit Moyſes ex patre Domini, neque per dura flagella potuit emolliri. Exod. 5. uſque ad 10. cap.

Fili Iſrael dicuntur a Domino populus duræ cervicis. Exod. & Num. pluries.

A Heli ſermonibus filios ſuos corripuit, ſed nihil ei profuit.

Samuel prædixit populo conditiones regis eorum, valde graves, & quod hoc diſplicebat Domino; & tamen noluit deſiſtere ab incœpto. 1. Reg. 8.

Neque per verba Jonathæ, neque per beneficia a David recepta cor Saulis ad diligendum ipſum David potuit provocari. 1. Reg. 18. & 19.

De Nabal dicitur. 1. Reg. 25. Quod erat durus, & peſſimus, & malitioſus.

Obſtinate nimis Aſael perſequebatur Abner. 2. Reg. 2.

Mittebat Dominus viris Juda prophetas, ut reverterentur ad eum, quos illi audire nollebant; immo

B etiam Zachariæ filium Jojadæ, increpantem crudeliter occiderunt. 2. Paral. 25.

Ezechias rex Juda miſit nuntios in univerſum Iſrael dicentes: Nolite indurare cervices veſtras, ſicut patres veſtri, &c. Sequitur, quod illi irridebant, & ſubſannabant eos, &c. 2. Paral. 30.

Duriſſima fuerunt corda illorum, qui venerunt ad comprehendendum Dominum, quos cum ad terram proſtraviſſet ſolo verbo, & auriculam ejus ſanaſſet, non fuerunt moti, vel ex miraculi majeſtate, vel ex beneficii pietate. Luc. 22. & Joan. 17.

Beatus Stephanus Judæos increpans ardenter, & ait: Duri cervice, &

C incircumciſi corde, & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis, &c. Act. 17.

Caput CVIII.

De perverſitate quorumdam.

Prima mulier ordinem naturæ pervertit, quando de fructu vetito dedit. Gen. 3. & ille comedit. Cum ipſe vir eam debuiſſet docere, quid illa deberet comedere, vel vitare.

Dominus de ſpoliis Ægyptiorum ditavit Hebræos. Exod. 12. Sed ſunt multi, qui ditant Egyptios de ſpoliis Hebræorum.

Filii Iſrael in deſerto penuriam patientes dicebant ſe ſuper ollas carnium in Ægypto ſediſſe, ſed tamen ſa-

faciebant mentionem de graviſſima ſervitute. Exod. 16.

Dicebat populus in deſerto: Recordamur piſcium, quos comedebamus in Ægypto gratis. Num. 11. Cum tamen, tunc ſervitute maxima premerentur, & ibi in deſerto pane Angelorum, id eſt cibo ſapidiſſimo, ſine labore ſuo, dato cælitus, pane Angelorum alerentur.

Narrantibus exploratoribus conditiones terræ Promiſſionis doluit populus contra voluntatem Domini in Ægyptum redire, nequaquam ultra procedere; cito vero poſt voluit contra voluntatem Domini, nimium feſtinare. Num. 15.

Vocati Dathan, & Abiron a Moyſe reſponderunt: Non venimus, numquid parum eſt tibi, quod eduxiſti nos de terra, quæ lacte, & melle manabat. Num. 16.

Petiit Moyſes a rege Edon dicens: Obſecramus, ut nobis tranſire liceat per terram tuam, non ibimus per agros, ſed via publica gradiemur. Reſpondit tamen ille, non tranſibitis per me alioquin occurram armatus tibi, &c. Num. 20. Simile accidit de Sehon rege Amorrhæorum, ſed qui noluit concedere pauca, amiſit multa. Num. 21. Noluit Balaam maledicere populo quem credebat benedictum a Deo, ſed ſunt multi qui plura maledicunt de bonis quam de malis. Num. 22. Et mirum fuit quod noluit ei maledicere, nam licet oſtendiſſet ei Dominus, quod populus Iſrael erat benedictus; tamen dedit finaliter malum conſilium, per quod a mulieribus eſt ſeductus. Num. 24.

Filii Iſrael audientes mandata Domini, omnia fecerunt contraria. Judic. 2.

Viri Ephraim rogati a Jephte, ut ſecum venirent ad prælium, noluerunt, quo poſt victoriam redeunte; quaſi eos non vocaſſet contra eum jurgari cœperunt. Jud. 12.

David pſallebat coram Saule vexato a dæmone, & ipſi utiliter ſerviebat, & tamen ipſe Saul voluit eum configere parieti cum lancea, quam tenebat. 1. Reg. 18. & 19.

Saul voluit occidere Jonathan filium ſuum, qui excuſavit David innocentem. 1. Reg. 20.

A Dicebat Saul ſervos conjuraſſe adverſus eum, & David inſidiari ſibi, quia eum ad mortem quærebat, & invenire, vel capere non poterat. 1. Reg. 22.

Rex filiorum Ammon videns quod injuriam feciſſet David, & voluit impugnare eum, cum magis debuiſſet laborare ad placandum eum. 2. Reg. 4.

Ammon filius David Thamar ſororem ſuam violenter oppreſſam, turpiter a ſe expelli fecit. 2. Reg. 13.

Abſalom filius David populum contra patrem malitioſe commovit: ad concubinas illius videntibus cunctis intravit; ipſum patrem ſuum vita & regno privare voluit. 2. Reg. 15.

B Sublimatus a Domino Jeroboam ſuper decem tribus Iſrael, ſtatim avertit populum a cultu veri Dei, & commonitus per Prophetam, præcepit eum capi. 3. Reg. 13.

Achaz rex Juda altare Domini tranſtulit, & fecit fieri altare ad ſimilitudinem illius, quod viderat in Damaſco: & ſuper illud offerri holocauſta præcepit. 4. Reg. 16.

Idololatriam, ſortilegia, homicidia, & diverſa ſcelera, quæ commiſit Manaſſes rex Juda, ſatis narrantur. 4. Reg. 31. & 2. Paral. 33.

Cum debellaſſet Amaſias Idumæos, & filios Seir, & tuliſſet deos eorum, adoravit eos, & illis adolevit incenſum. 2. Paral. 25. propter quod Do-

C minus eum arguit per Prophetam dicentem ſibi: Cur adoraſti deos, qui non liberaverunt populum ſuum de manu tua.

Achaz rex Juda immolavit victimas diis Damaſci percuſſoribus ſuis, & dixit: Dii regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hoſtiis, & aderunt mihi cum e contrario ipſi fuerint ruinæ ei, & univerſo Iſrael. 2. Paral. 28.

Quia unus ſolus Mardochæus non adorabat Aman ſuperbiſſimum, ipſe Aman procuravit apud regem Aſſuerum omnes Judæos debere interfici. Eſther 3.

Arguente Hieremia Propheta populum, pro eo quod ſacrificabant diis alienis. Reſponderunt ex eo tempore, quo ceſſavimus ſacrificare reginæ

cæ-

cæli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio, & fame conſumpti ſumus. Hiere. 44.

Principes, & ſatrapæ Darii regis Perſarum accuſaverunt Danielem, quod tribus temporibus per diem orabat Deum ſuum. Dan. 6.

Alcimus impius de gente Judæorum, qui debebat diligere Judam, & fratres ejus, ivit ad Demetrium, & quidam alii iniqui ex Iſrael dicentes: Perdidit Judas, & fratres ejus, &c. Mach. 7.

Cum vellet Antiochus civitatem Perſepolim ſpoliare, fugatus eſt multitudine ad arma concurrente, quam injuriam in Judæos voluit retorquere. 2. Mach. 9.

Joppitæ tale flagitium perpetraverunt, rogaverunt ducentos Judæos, ut aſcenderent naves, qui cum eſſent in alto mari ſubmerſerunt eos. 2. Mach. 12.

Nec auſterus Joannis victus, nec condeſcenſiva manducatio Salvatoris, placuit Phariſæis. Matth. 11. Phariſæi videntes Dominum dæmonia eiicientem, turbis dicentibus, Numquid hic eſt filius David? blaſpemabant dicentes: Hic non eiicit dæmones, niſi in Belzebub principe dæmoniorum. Matth. 12. Luc. 11.

Nimia fuit perverſitas in Juda, qui pro triginta argenteis tradidit Salvatorem. Mat. 26.

Caput CIX.

De nequitia tyrannorum.

Varias adinvenit malitias Pharao, ut poſſet extinguere, vel ad numerum parvum redigere filios Iſrael. Exo. 1. In principio enim duris laboribus eos præcepit affligi, deinde maſculos occidi; poſtea mandavit eos in flumen proiici, & feminas reſervari.

Primo ſimpliciter dixit Pharao: Neſcio Dominum & Iſrael non dicens: Ite, ſacrificate Domino in terra hac; poſtea dimittere eos noluit, ut ſacrificarent Domino in deſerto; verumtamen non longius ne abirent. Exo. 8. Poſtmodum voluit ut viri A irent, dum tamen oves, & armenta dimitterent. Exod. 4.

Poſtquam intellexit Pharao quod filii Iſrael voluerunt ſervire, & ſacrificare Domino, durius afflixit eos. Exod. 5.

Septuaginta reges amputatis manuum, ac pedum ſummitatibus colligebant reliquias ſub menſa Adonibezec. Judic. 1.

Abimelech filius Gedeonis, uſurpato dominio ſuper populum ſeptuaginta viros fratres ſuos occidit ſuper lapidem unum. Judic. 9.

Poſt multa beneficia a David percepta, Saul ipſum quæſivit ad mortem, & occidit octoginta quinque viros portantes Ephod occaſione ipſius. B 1. Reg. 22.

Virum Dei arguentem Jeroboam pro altari ſacrilego quod conſtruxerat, præcepit Jeroboam apprehendi. 3. Reg. 13.

Jezabel fecit Eliam ad mortem quæri, quia prophetas Baal fecerat occidi. 3. Reg. 19.

Nabot Jezrahelites lapidatus fuit, quia procuravit Jezabel contra eum falſos teſtes produci. 3. Reg. 21.

Achab rex Iſrael fecit poni Michæam prophetam in carcerem, & ſuſtentari pane tribulationis, & aqua anguſtiæ. 3. Reg. 22.

Cum factum eſſet verbum Domini in manu Jehu prophetæ, contra Baaſa regem Iſrael, & contra domum ejus, occidit Baaſa prædictum pro- C phetam. 3. Regum 16.

Manaſſes rex Juda ſanguinem innoxium effudit, & implevit Hieruſalem cruore innocentium. 4. Reg. 24.

Cum reverſus eſſet Sennacherib fugiens a Judæa plagam quam circa eum fecerat Deus propter blaſpemiam ſuam iratus, multos Judæos occidit. 4. Reg. 19.

Nabuchodonoſor dixit Holeferni: Non parcat oculus tuus ulli regno. Judith 2. De Holoferne vero, poſtea legitur, quod tantus metus illius provinciis incubuit, ut univerſarum urbium habitatores obviam exirent venienti, excipientes eum cum coronis, & lampadibus ducentes choros in tibiis, & tympanis; & tamen iſta facien-

cien-

Digitized by Google

cientes ferocitatem pectoris ejus mitigare non poterant. Jud. 3.

Quia Mardochæus ſuperbiſſimo Aman genua non flectebat, magis elegit Aman omnes Judæos procurare occidi, quam parcere uni ſoli. Eſther. 3.

Ad petitionem principum populi, præcepit Sedecias rex Juda Hieremiam prophetam mitti in lacum, in quo non erat aqua, ſed lutum. Hierem. 38. Rex Babylonis occidit filios Sedeciæ regis Juda, in oculis ejus in Reblatha, oculos quoque ejus eruit, & vinxit eum compedibus, ut adduceretur in Babylonem. Hierem. 39.

Nabuchodonoſor rex Babylonis in furorem verſus præcepit, ut occiderentur omnes ſapientes Babylonis, pro eo, ſcilicet quod non poterant ei ſomnium, quod viderat indicare. Dan. 2.

Mira crudelitas fuit cum Nabuchodonoſor rex Babylonis fecit ſocios Danielis mitti in fornacem ignis ardentis. Dan. 3.

Antiochus aſcendit Hieroſolymam, & fecit cædem hominum; & poſt dicitur, Effuderunt ſanguinem innocentem per circuitum ſanctificationis, & multa leguntur ibi. 1. Mach. 1.

Comprehendit exercitus Antiochum filium Antiochi, & Lyſiam, & adduxit eos ad Demetrium, qui noluit eos videre, & occidit eos exercitus. 1. Mach. 7.

Tryphon cepit Jonathan proditorie, cumque teneret, petiit pro ejus liberatione centum talenta argenti, & duos filios ejus pro obſidibus, quos cum haberet, nequiſſime patrem cum duobus filiis occidit. 2. Mach. 13.

Rogatus a Menelao Andronicus, & per munera, quæ cepit ab eo corruptus, occidit Oniam ſummum ſacerdotem. 2. Mach. 4.

Rex Antiochus Menelaum hominem ſacrilegum de multis ſceleribus accuſatum abſolvit, & accuſatores ejus morte damnavit. 2. Mach. 4.

Nimiam crudelitatem exercuerunt in Eleazarum illi tyranni ab Antiocho miſſi. 2. Mach. 6. Et ſimiliter in ſeptem illos fratres, & eorum matrem. 2. Mach. 7.

Herodes videns quod illuſus eſſet A a Magis iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus ejus a bimatu, & infra. Matth. 2.

Sciebat Herodes Tetrarcha Joannem Baptiſtam eſſe virum juſtum & ſanctum; & tamen ad petitionem unius meretricis fecit eum in carcere decollari. Mat. 14. Mar. 6.

Acceſſerunt ad Dominum Jeſum quidam Phariſæorum dicentes: Exi & vade hinc; quia Herodes vult te occidere. Luc. 13.

Herodes Tetrarcha multo tempore videre Jeſum cupiebat; & viſo eo gaviſus eſt valde: & tamen ſprevit eum cum exercitu ſuo; & illuſit indutum in veſte alba, & remiſit ad Pilatum. B Luc. 23.

Miſit Herodes, Aggripa, rex, ut affligeret quoſdam de eccleſia, occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio; videns autem, quia placeret Judæis, apprehendit Petrum, & miſit in carcerem. Act. 12.

A quibuſdam quæſtuariis fuit Paulus mendaciter accuſatus pro eo, quod ipſe ſpiritum Pythonem ejecit a quadam puella; magiſtratus autem juſſerunt eum, & Silam ſocium ejus virgis cædi, & in carcerem mitti, & pedes eorum ligno ſtringi. Act. 16.

Felix præſes ſperabat, quod pecunia ei daretur a Paulo, quem tenebat vinctum, propter quod frequenter accerſens eum, loquebatur cum C eo. Succeſſit autem ei Feſtus, & volens Felix gratiam præſtare Judæis Paulum non abſolvit, ſed eum vinctum reliquit. Feſtus etiam cœpit favere Judæis, & Paulus gravari, propterea compulſus eſt Cæſarem appellare. Act. 24. & 25.

CAPUT CX.

De oppreſſione bonorum per malos.

CAin nequaquam & invidus prævaluit adverſus Abel juſtum, & occidit eum. Gen. 4.

Sodomitæ animam juſti Loth multipliciter afflixerunt. Gen. 19.

Oderat ſemper Eſau Jacob; dixitque in corde ſuo, Venient dies, &c. Gen. 27. & 28.

Ode-

Digitized by Google

Oderant filios Iſrael Ægyptii, & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum, &c. Exo. 1.

Unus ſpurius ambiens principatum, Abimelech ſcilicet filius Gedeonis occidit ſeptuaginta fratres ſuos. Jud. 9.

Saul diu perſecutus David, qui tamen fideliter ei, & utiliter ſerviebat. 1. Reg. 17. & deinceps.

Abſalom in tantum commovit populum adverſus David patrem ſuum, quod compulſus eſt exire Hieruſalem, licet cito fuerit revocatus. 2. Reg. 15. & 20.

Impiiſſima Jezabel minata eſt, quod occideret Eliam, ita quod ille timens abiit quocumque eum ferebat voluntas. 3. Reg. 19.

Rex Iſrael Joram peſſimus audiens quod maxima fames erat in civitate, miſit virum ad amputandum caput Eliſei. 4. Reg. 6.

Ad imperium regis Juda Joas lapidatus eſt Zacharias filius Jojadæ, pro eo quod arguebat regem, & populum ſculptilibus ſervientes. 2. Paral. 24.

Nabuchodonoſor præcepit Holoferni, ut omnes deos terræ exterminaret, videlicet ut ipſe ſolus Deus diceretur, & propter hoc multa regna deſtruxit, & populum Dei, qui nuper redierat de captivitate Babylonis afflixit. Judith 2. & deinceps.

Aman ſuperbus, crudelis, & impius ita potens fuit, quod pro nihilo habuit procurare necem omnium Judæorum, ſed divina providentia ejus conatibus obviavit. Eſther. 3. & 4.

Percuſſit Phaſſur Jeremiam Prophetam, & miſit eum in nervum. Jere. 20. & 28. capitulo, Hananias prophetavit plane contra id quod dicebat Jeremias, & tulit catenam ligneam de collo Jeremiæ, & confregit eam, & abiit Jeremias in domum ſuam quaſi confuſus ab illo Hanania mendace Propheta.

Nabuchodonoſor rex Babylonis Ananiam, & ſocios ejus in fornacem mitti juſſit, eo quod ipſi noluerunt adorare ſtatuam, quam idololatra iniquus erexit. Dan. 3. Et Daniel bis miſſus fuit in lacum leonum procurantibus peſſimis hominibus. Dan. 9. & 14.

A Antiochus aſcendit Hieroſolymam in multitudine gravi cum ſuperbia, & fecit ibi terribilem hominum cædem. 1. Mac. 1. & 4. & 5.

Bachides & Alcimus proditor miſſi a rege Demetrio tantum exercitum produxerunt contra Judam Machabæum, quod ipſe Judas cecidit in bello, & cæteri commilitones ſui fugerunt. 1. Mac. 9.

Proditor & doloſus Tryphon, qui dominum ſuum regem Antiochum adoleſcentem dolo occidit, Jonathan, & duos filios ejus nequiter interfecit. 1. Mac. 13.

Joannem Baptiſtam totius exemplar ſanctitatis ad petitionem unius meretricis, & Matt. 14. Mar. 6.

B Quidam Judæi commoverunt plebem, & Seniores & Scribas; rapuerunt Stephanum, & ſtatuerunt duos falſos teſtes contra ipſum, & lapidaverunt eum. Act. 6. & 7.

Miſit Herodes, Agrippa, &c. Act. 12.

Judæi concitaverunt religioſas mulieres, & primos civitatis, & excitaverunt perſecutionem in Paulum & Barnabam, & ejecerunt eos de finibus ſuis. Act. 14.

Quidam quæſtuarii ducentes unam mulierem Pythoniſſam, a qua Paulus, &c. Act. 16.

Caput CXI.

C *De oppreſſione bonorum per malos, & de tribulationibus, & eorum utilitatibus.*

Plus crevit Joſeph in exilio in terra paupertatis ſuæ, quam creviſſet inter fratres ſuos in terra nativitatis ſuæ. Gen. 41.

Fratres Joſeph locuti ſunt ad invicem: Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem noſtrum, &c. idcirco venit tribulatio. Gen. 42.

Filii Iſrael creverunt, & oppreſſionibus, & afflictionibus Pharaonis. Exo. 1. Quanto opprimebant eos Ægyptii, tanto magis multiplicabantur, & creſcebant.

Afflicti filii Iſrael a ſerpentibus ignitis dixerunt ad Moyſen, Peccavimus, quoniam locuti ſumus contra

Deum,

Digitized by Google

Deum ; & contra te. Num. 21. antequam vero Dominus illos ſerpentes immitteret, nec peccatum ſuum cognoſcebant, nec divinum auxilium poſtulabant.

Toto tempore principatus Joſue, quando filii Iſrael graviſſima prælia habuerunt, non leguntur a Domino receſſiſſe, ſed cito poſt quando in abundantia, & quiete fuerunt. Judic. 1.

Audierunt filii Iſrael, quod Philiſthini eſſent congregati, & venirent contra eos, & timentes dixerunt Samueli, ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominum, &c. 1. Reg. 7.

Fugiens David a facie Abſalom, ſervo ſuo Semei maledicente patiens fuit. 2. Reg. 16. Sed obtenta victoria ſuperbivit, quando juſſit populum numerari. 2. Reg. 24.

Videns David Dominum propter peccatum elationis ejus eſſe iratum, humiliter recognovit culpam ſuam, & petiit, ut ipſemet puniretur, & populo parceretur. 2. Reg. 24.

Eliam fugientem reginam Jezabel ipſum perſequentem, Angelus Domini confortavit, & panem, & aquam ei oſtendit. 3. Reg. 18.

Pane tribulationis, & aqua anguſtiæ juſſus eſt Michæas Propheta ſuſtentari in carcere, pro eo quod noluit Achab juxta ſuum volitum reſpondere. 3. Reg. 22.

Voluit Dominus, ut viri Juda affligerentur a rege Ægypti, ut ſcirent diſtantiam ſervitutis divinæ, & ſervitutis regni terrarum. 2. Paral. 12.

Poſtquam Manaſſes coanguſtatus eſt oravit Dominum cum eſſet vinctus in Babylonem, & egit Pœnitentiam valde coram Domino, & exaudivit Dominus orationem ejus. 2. Paral. 33.

In tempore tribulationis ſuæ clamaverunt ad te, & tu de cœlo exaudiſti eos, & ſecundum miſerationes tuas multos dediſti eis ſalvatores. Nehe. 9.

Permittente Deo poſt bona opera Tobias fuit excæcatus, & deinde irriſus ab illis, qui eum debuerant conſolari. Tob. 2. ſed poſtea Dominus multiplicieer conſolatus eſt eum.

De populo ſuo loquens Judith dixit: Memores eſſe debent, quomodo

A Abraham pater noſter tentatus eſt, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus eſt. Judith. 8.

Tribulationes ſuſtinuit Job in anima ex uxoris, & amicorum ſuorum opprobriis, & contumeliis, quæ ipſum ad triſtitiam poterant provocare. In corpore ex graviſſima infirmitate, & generaliſſima, quæ totum corpus a planta pedis uſque ad verticem occupabat, in amiſſione rerum & liberorum, & ſubtractione ſolatii, quia halitum ejus uxor illius horrebat. Item alii viles homines ipſum deridebant, & ejus faciem conſpuebant. Job. 30.

Sanctificatus in utero Jeremias, & & prophetiæ ſpiritu plenus dicebat de B ſe, quod erat vir rixæ, & diſcordiæ in univerſa terra, & quod omnes maledicebant ei. Jerem. 15.

Pro veritate vero quam populo prædicabat fuit quinquies percuſſus. Jere. 35. Pluries incarceratus. Jerem. 38. & tandem ab ipſo populo lapidatus.

Exul Ezechiel in Chaldæa in medio captivorum vidit mirabiles Dei viſiones, per quod patet, quod in tribulationibus frequenter Deus hominem conſolatur. Ezech. 1. & deinceps.

Bene apparet, Deum eſſe cum homine in tribulatione, per illos ſocios Danielis: cum quibus vidit Nabuchodonoſor quartum ſimilem filio Dei. Dan. 3.

C Nabuchodonoſor in proſperitate exiſtens fuit arrogans & ſuperbus, ejectus autem ab omnibus, & in beſtiam commutatus recuperavit ſenſum, quem amiſerat in honore elatus, & laudavit altiſſimum, quem blaſphemaverat prius. Dan. 4.

Tantum vel amplius laudatus fuit Deus ex trium puerorum patientia, quam habuerunt in fornacis tribulatione, quantum ex Danielis ſapientia, quam habuit ex ſomniorum expoſitione, ſeu interpretatione. Dan. 2. & 3.

Suſanna in condemnatione mortis poſita, nec habens recurſum ad humanum adiutorium, flens ſuſpexit ad cælum: ſicut avis in terra ab hominibus, canibus circumdata non habet effugium, niſi elevet ſe in altum Dan. 13.

Poſt

Digitized by Google

Poſt obitum Judæ Machabæi emerſerunt iniqui, & facta eſt fames valida, & conſtituit Bachides impios dominos regionis, & facta eſt tribulatio magna in Iſrael. 1. Mach. 9.

Decretum exiit contra Judæos tam iniquum, ut omnes trucidarentur, qui ſacrificare nollent, erat ergo videre miſeriam. 2. Mach. 6.

Antiochus cum eſſet ſanus fuit crudelis homicida ſuperbus, poſtea percuſſus a Deo graviſſima & inſanabili plaga propoſitum, & verba mutavit. 2. Mach. 9.

Natus in mundo cito paſſus eſt Dominus preſſuram mundi, ita quod Joſeph accepit eum, & matrem ejus, & fugit in Ægyptum. Matt. 2.

De multis aliis afflictionibus & injuriis, quas paſſus eſt require in rubrica de manſuetudine, & patientia.

Apoſtoli præcepto magiſtratuum flagellati ibant gaudentes a conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu Chriſti contumeliam pati. Act. 5.

Quamquam Paulus tunc non eſſet cum illis, tamen ipſe poſtea de ſe dixit. Ro. 5. Gloriamur in tribulationibus, & 2. Cor. 12. libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti.

Lapidato a Judæis Stephano facta eſt magna perſecutio in Eccleſia, quæ era Hieroſolymis, ac omnes diſperſi ſunt per regiones Judææ, & Samariæ præter Apoſtolos, ſed nota quod hoc multum profuit ad divulgationem Evangelii. Act. 8.

Haberi poteſt ex actibus Apoſtolorum, quod Paulus tribulationes, ſeu perſecutiones paſſus eſt poſt converſionem ſuam. Act. 9. Conſilium fecerunt Judæi, ut interficerent eum, notæ autem factæ ſunt Paulo inſidiæ, & dimiſſus eſt in ſporta per murum.

Item cum eſſent in Antiochia Piſidiæ Paulus, & Barnabas & diſſeminaretur verbum Dei per univerſam regionem, Judæi excitaverunt perſecutiones in eos, & ejecti ſunt de finibus illis; at illi excuſſo pulvere pedum in eos, venerunt Iconium. Act. 13.

In civitate Lyſtris per hominem claudum, &c. Act. 14. Deinde in Macedoniam occaſione puellæ, a qua Paulus ſpiritum Pythonem ejecit, &c. Act. 16.

Præterea apud Theſſalonicam, cum multi credidiſſent, zelantes Judæi concitaverunt per quoſdam malos homines civitatem. Fratres vero confeſtim per noctem dimiſerunt Paulum & Silam in Beroeam, ubi etiam cum multi verbum Dei avide ſuſcepiſſent; Judæi hoc cognito venerunt illuc commoventes multitudinem, & turbantes; ſtatimque Paulum dimiſerunt fratres, & per mare deduxerunt Athenas. Act. 17.

Apud Corinthum quoque inſtabat Paulus teſtificans Judæis Chriſtum Jeſum. Contradicentibus autem illis, & blaſphemantibus, excutiens veſtimenta ſua dixit ad eos: Sanguis veſter ſuper caput veſtrum; Gallione autem Proconſule Achajæ inſurrexerunt uno animo Judæi in Paulum, & adduxerunt eum ante tribunal dicentes: Quia hic homo contra legem perſuadet hominibus colere Deum, &c. Act. 18.

Exiſtente Paulo Epheſi, & fiducialiter verbum Dei loquente, ac multa ibidem miracula faciente, Demetrius quidam argentarius faciens ædes argenteas Dianæ, convocatis opificibus concitavit maximam turbationem adverſus Paulum, quem dicebat avertere turbam a cultu deorum, iis auditis repleti ſunt ira, & exclamaverunt dicentes, Magna Diana Epheſiorum. Act. 19.

Paulo navigaturo de Græcia in Syriam factæ ſunt ei inſidiæ a Judæis, habuit conſilium ut reverteretur per Macedoniam, comitati ſunt autem eum multi fratres de diverſis locis. Act. 20.

Quidam Judæi Aſiani, cum vidiſſent Paulum in templo, concitaverunt omnem populum, & injecerunt ei manus clamantes, Viri Iſraelitæ adiuvate, &c. Act. 21.

Vociferantibus Judæis adverſus Paulum, & proiicientibus veſtimenta ſua, & pulverem jactantibus in aerem; juſſit tribunus induci eam in caſtra, & flagellis cædi, & torqueri, ut ſciret propter quam cauſam ſic acclamarent ei. Act. 22.

Cum

Cum eſſet Paulus a tribuno detentus, Judæi pluſquam quadraginta dixerunt principi ſacerdotum, Devotione devovimus, nos nihil guſtaturos donec occidamus Paulum, nunc ergo faciatis, ut adducatur ad vos, &c. Actor. 23. A

Exiſtens coram Felice præſide Paulus fuit a Judæis tamquam ſeditioſus, & peſtifer accuſatus: qui cum eum & Judæos frequenter audiſſet, & tempus ita tranſiſſet, habuit quemdam Feſtum nomine ſucceſſorem. Volens autem Felix gratiam parare Judæis, reliquit Paulum vinctum, a quo judice Feſto Paulus ſentiens ſe gravari, Cæſarem appellavit. Act. 25.

Poſtea ductus Romam catena vinctus, & tempore hiemali naufragium B paſſus multas tribulationes, & anguſtias toleravit. Act. 27. & 28.

Paulus & Barnabas hortabantur fratres, ut permanerent in fide, quoniam per multas tribulationes & anguſtias oportet nos intrare in regnum Dei. Act. 14.

De ſeipſo ſcribens Apoſtolus, ait. 2. Cor. 1. Nolumus vos ignorare fratres de tribulatione noſtra, quæ facta eſt in Aſia, quoniam ſupra modum gravati ſumus ſupra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere. Idem 7. cap. Cum veniſſemus Macedoniam nullam requiem habuit caro noſtra, ſed omnem tribulationem paſſi ſumus, foris pugnæ, intus timores.

Commendans Apoſtolus Theſſalo- C nicenſes, ait: Vos imitatores noſtri facti eſtis, & domini; excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio Spiritus ſancti, &c. 1. Theſſ. 1.

Ab adventu Spiritus ſancti in diſcipulos uſque ad tempus illud, quo ſub Domitiano Joannes Apoſtolus fuit exilio relegatus, fluxerunt anni circiter quinquaginta, nec toto tempore illo legitur ipſe Joannes tot, & tantas conſolationes divinas habuiſſe, quot habuit modico tempore, quo tribulationem exilii perpeſſus eſt, ſicut apparet. Apoc. 1. & deinceps per totum.

CAPUT CXII.

De multitudine malorum.

Cum factum fuit diluvium, octo homines tantum ſalvati ſunt. Omnis caro quippe corruperat viam ſuam. Gen. 6.

Plures fuerunt filii Iſmaelis, quam filii Iſaac, & plures filios ſuſcepit Abraham ex Cethura, quam de Sara. Gen. 25.

In quinque civitatibus Sodomorum non fuerunt inventi decem juſti. Magna ergo erat ibi multitudo malorum, & paucitas bonorum. Gen. 18.

Inter omnes fratres Joſeph, non fuerunt niſi duo Ruben, ſcilicet, & Judas, qui ipſum laborarent liberare, ſed prævaluerunt mali. Gen. 37.

Moyſes exploratores miſit ad conſiderandum terram Promiſſionis, ſed duo tantum fuerunt boni, ſcilicet Caleb, & Joſue. Num. 13.

Sexcenta millia hominum pugnatorum numerati fuerunt. Num. 1. de quibus duo tantum, ſcilicet Caleb, & Joſue intraverunt terram Promiſſionis.

Plures fuerunt cum Abſalom regnum patris uſurpare nitente, quam cum David bene, & juſte regnante. 2. Reg. 15.

Major pars filiorum Iſrael erat in regno Samariæ, quia decem tribus ibi erant, & erant homines multo pejores, minor autem in regno Hieruſalem, quia duæ tantum. 3. Reg. 12.

Tantus erat numerus bellatorum regis Syriæ, qui pugnabant contra Iſrael, quod dicebat ipſe rex, pulverem Samariæ non ſufficere pugillis eorum. 3. Reg. 20.

In exercitu Holofernis tantus erat numerus bellatorum, quod cooperuerunt faciem terræ, quaſi locuſtæ. Judith. 2.

Omnis populus habitantium in terra Ægypti, & mulieres, quarum ſtabat multitudo grandis, ſacrificabant diis alienis. Hiere. 44.

Non remanſerunt cum Juda Machabæo, niſi octingenti viri, & erant in exercitu Bachidis, & Alcimi proditoris viginti millia virorum, & duo millia equitum. 1. Mach. 9.

Cum eſſet in Hieruſalem tempore Paſchali, quo paſſus eſt Dominus maxima populi multitudo, non eſt ibi inventus vir qui ſe opponeret manifeſte morti tam nequiter procuratæ. Joan. 18. Clamaverunt omnes, Non hunc dimitte nobis, ſed Barabbam.

Quidam Judæi, quos invenit Paulus Romæ, in primo adventu ſuo dixerunt ei, De ſecta hac, Chriſtianorum ſcilicet notum eſt nobis, quia ubicumque ei contradicitur. Act. 28.

Caput CXIII.

De bonis latentibus inter malos.

Quamvis ſcriptum ſit. Gen. 6. Omnis caro corruperat viam ſuam, tamen dixit Dominus ad Noe. 7. c. Te vidi juſtum coram me in generatione hac.

Loth juſtus habitavit in medio Sodomorum. Geneſ. 13. Joſeph in Ægypto caſtam, & fidelem vitam duxit. Gen. 39.

Apparuit Dominus Moyſi in terra Madian, cum oves ſoceri ſui Jethro paſceret in deſerto. Exod. 3.

Samuel inter filios Heli peſſimos ſanctus, & innocens fuit. 1. Reg. 2.

Sub Achab, & Jezabel, Elias omnes ſe ſolo excepto putabat idololatras. 3. Reg. 19. Sed dixit ei divinum reſponſum: Reliqui mihi ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt curvata ante Baal.

Quo tempore fere omnes putabantur idololatræ, & vitiis diverſis infecti; Tobias in captivitate poſitus viam veritatis non deſeruit. Tob. 1.

Mardochæus erat in Suſis, ubi quaſi omnes adorabant Aman ſuperbiſſimum, ipſe vero Mardochæus genua non flectebat. Eſth. 3. & 5.

Sanctus Job gentilis fuit, & de Eſau dicitur deſcendiſſe, quem tamen conſtat fide, & moribus mirabiliter claruiſſe. Job. 1. & per totum, qui de ſeipſo dicebat: Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum. Job. 30.

Hieremias propheta erat cum populo, qui remanſerat in Judæa poſt deſtructionem Hieruſalem, & pro ipſis orabat, ipſis voluntatem Domini nuntiabat. Illi vero dicebant: Men-

A dacium tu loqueris, non te miſit Dominus, ſed Baruch filius Neriæ incitat te adverſum nos, ut tradat nos in manus Chaldæorum. Hierem. 43.

Dixit Dominus. Ezech. 2. Fili hominis, ne timeas eos quoniam increduli, & ſubverſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas.

Daniel, & Ananias; Azarias, & Miſael habitaverunt cum Chaldæis, qui eos ad idololatriam inducere, & a cultu veri Dei retrahere laborabant. Dan. 3. 6. & 14.

Suſanna fuit caſtiſſima in Babylone, ubi ſenes presbyteri erant impudici, & judices iniqui. Dan. 13.

Videbatur tempore Antiochi Epiphanis, quod Judæi eſſent occiſi, vel

B ad ritum gentium tranſlati, ſed inventi ſunt Mathathias, & filius ejus Eleazerus, & multi alii in lege Dei valde ſtabiles, & firmi. 2. Machabæorum 6. & 7.

Commendans Dominus fidem, & devotionem Centurionis de Capharnaum dixit, quod non invenit tantam fidem in Iſrael. Matt. 8. & Luc. 7.

Nicodemus princeps Judæorum venit ad Jeſum nocte, & plane confeſſus eſt: Rabbi, ſcimus, quia a Deo veniſti magiſter. Joan. 3. Poſtea etiam crucifixo Domino venit ad ſepeliendum eum, portans centum libras unguenti pretioſi. Joan. 20.

Joſeph nobilis decurio ab Arima-

C thæa, diſcipulus erat Jeſu, occultus autem propter metum Judæorum; depoſito autem metu audacter introiit ad Pilatum devotam petitionem petens, ſcilicet corpus Jeſu ab indevoto tyranno. Matth. 27.

Honorabilis Doctor legis Gamaliel erat Phariſæus, & dedit bonum, & rationabile conſilium pro Apoſtolis, & principibus ſacerdotum. Act. 5.

Vir quidam erat in Cæſarea nomine Cornelius religioſus, & timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Dominum ſemper. Actorum 10.

CA-

Digitized by Google

Caput CXIV.

De mobilitate populi.

Rediens Moyſes de terra Madian in Ægyptum narravit omnia verba Domini, pro quibus miſerat eum. Sequitur: Et credidit populus, audieruntque quod viſitaſſet Dominus filios Iſrael, & proni adoraverunt. Exod. 4. Poſtea vero cum eſſent afflicti ab exactoribus Pharaonis dixerunt Moyſi, & Aaron: Videat Dominus, & judicet, quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone, & ſervis ejus, & præbuiſtis ei gladium, ut occideret nos. Exod. 5.

Cum poſt multas Ægypti plagas ditati, & armati egrederentur filii Iſrael de Ægypto, Domino præcedente, viam eis per nubem, & ignem oſtendente viderunt poſt ſe Ægyptios, & timuerunt valde, & dixerunt ad Moyſen: Forſitan non erant ſepulcra in Ægypto, ideo tuliſti nos, ut moreremur in ſolitudine, deinde confortati ſunt per Moyſen, cum Dominus mare Rubrum diviſiſſet, & populus ſicco pede tranſiſſet, ſubmerſus eſt ibi exercitus Pharaonis, & timuit populus Dominum, & crediderunt Domino glorioſe, &c. Exodi 14. & 15.

Satis autem cito poſt veniens in Marah, murmuravit populus propter aquas nimis amaras, quibus per lignum appoſitum dulcoratis conſequenter murmuraverunt pro defectu cibi, dixeruntque ad Moyſen, & Aaron: Utinam mortui eſſemus in Ægypto, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, &c. Et miſit eis Dominus veſpere coturnices, & mane pluit illis manna de cœlo. Exod. 16.

Poſt hæc cum daturus eſſet ei legem, dixerunt: Cuncta quæ locutus eſt Dominus, faciemus. Exod. 19. Et ſimilia verba dixerunt, cum narraſſet eis Moyſes verba, & præcepta, quæ a Domino acceperat. Exod. 24.

Cum autem moram faceret Moyſes in monte cum Domino in deſcriptione tabernaculi, congregatus eſt populus adverſum Aaron, & ait: Fac nobis deos qui nos præcedant, &c. Exod. 32.

A Deinde cum erectum eſſet tabernaculum, & factæ ordinationes principum, poſt numerationem bellatorum, & Levitarum, cum eſſent omnia ordinata, quomodo debebant proficiſci in via, poſt modicum eſt ortum murmur populi, quaſi dolentium pro labore. Numerorum. 11.

Poſtmodum audita relatione exploratorum murmuravit populus & flevit. Num. 13. & 14. Dixeruntque unus ad alterum: Conſtituamus nobis ducem, & revertamur in Ægyptum.

Audientes autem quod diſplicuit Domino murmur eorum, voluerunt aſcendere, & contra voluntatem Moyſi pugnare; & tunc fuerunt ab hoſtibus debellati. Num. 14.

B Rurſus in ſeditione Chore multi ſurrexerunt contra Moyſen, & Aaron; quibus terribiliter caſtigatis, murmuravit omnis multitudo filiorum Iſrael contra Moyſen, & Aaron, dicens: Vos interfeciſtis populum Domini, cumque oriretur ſeditio, & tumultus increſceret, &c. Num. 16.

Cum autem per miraculum virgæ Aaron compeſcuiſſet eos Dominus, dixerunt: Ecce conſumpti ſumus, omnes perivimus, quicumque accedit ad tabernaculum Domini moritur. Num. 17.

Ulterius procedentes venerunt ad aquas contradictionis, ubi taliter jurgati ſunt adverſus Moyſen, & Aaron, quod etiam ipſi diffiſi ſunt de C divina virtute, per quod & puniti ſunt a Domino. Num. 20.

Poſtea fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocaverunt eos ad ſacrificia ſua, & initiatus eſt Iſrael Beelphegor, & præcepit Dominus principes ſuſpendi contra ſolem in patibulo. Num. 25.

Cum liberaſſet Gedeon populum Iſrael de manu Madian, & occidiſſet Zebee, & Salmana, dixerunt omnes viri Iſrael ad eum: Dominare noſtri tu, & filii tui, &c. Ipſo tamen mortuo cum haberet ſeptuaginta filios, nullum accipere curaverunt. Judic. 8.

Samuel Propheta liberavit populum Iſrael de manu Philiſtiim, & recuperavit urbes quas illi abſtulerant Iſraeli. Poſtea congregati ſunt, & petierunt ſibi regem conſtitui contra

voluntatem Samuelis. 1. Reg. 7. & 8.

Quamvis David ita bene populum rexiſſet, & tot victorias habuiſſet, tamen ſatis cito facta eſt conjuratio valida contra eum, populuſque currens augebatur cum Abſalom. 2. Reg. 15.

Nondum vero redierat David in Hieruſalem, & populus certatim eum illuc volebat reducere cum honore; ſed pro eo quod viri Juda locuti ſunt cum illis de decem tribubus, ſeparatus eſt omnis Iſrael a David, ſecutuſque eſt Sebam filium Bochri. 2. Reg. 20.

Sub Salomone filii Iſrael temporalium rerum abundantiam habuerunt, & honore maximo floruerunt; tamen a filio pro majori parte occaſione unius duri verbi continuo receſſerunt. 3. Reg. 12.

Audientes filii Iſrael terribilem potentiam Holofernis præoccupaverunt omnes vertices montium, & muris circumdederunt vicos ſuos, & congregaverunt frumenta in præparationem pugnæ. Poſt modicum vero cum vidiſſent ſe arctari ab exercitu Holofernis, congregati ſunt ad Oziam omnes ſimul, & dixerunt: Judicet Dominus inter nos, & te, quoniam feciſti in nos mala, nolens loqui pacifice cum Aſſyriis, &c. Judith ſeptimo.

Cum compleſſet Hieremias verba, quæ præceperat ei Dominus, ut loqueretur ad populum: apprehenderunt eum ſacerdotes, & omnis populus: dicentes: Morte moriatur. Hierem. 26. Et poſt pauca eodem capitulo, dixerunt principes, & omnis populus ad ſacerdotes: Non eſt viro huic judicium mortis, &c.

Acceſſerunt omnes a parvo, uſque ad magnum, ad Hieremiam Prophetam, & dixerunt: Omne verbum, in quo miſerit te Dominus ad nos, faciemus, ſive bonum eſt, ſive malum, cumque poſt decem dies nuntiaret eis Hieremias Domini voluntatem, dixerunt ei: Mendacium tu loqueris, non miſit te Dominus, ſed Baruch filius Neriæ incitat te adverſum nos, & audivit univerſus populus vocem Domini, &c. Hierem. 42. & 44.

Cito credidit duobus presbyteris ſe-

A nibus multitudo, & condemnaverunt Suſannam, &c. Dan. 13.

Cognovit Simon quod Tryphon cum dolo loqueretur, petens duos filios Jonathæ, &c. 1. Mach. 13.

Cum quadam die eſſet Dominus in civitate Nazareth, & dicerent ei Judæi, ſatis bono modo ut faceret ibi miracula, ſicut & in Capharnaum fecerat, poſt modicam increpationem, quam dixit eis, repleti ſunt omnes ira, & ejecerunt illum extra civitatem, & voluerunt præcipitare eum de ſupercilio montis. Luc. 4.

Quando ſatiaverat Dominus Jeſus quinque millia hominum de quinque panibus, &c. Joan. 6.

Videntes illi de populo Judæorum B Lazarum ſuſcitatum & multa alia miracula facta fuiſſe per Dominum Jeſum, venerunt ei obviam cum magno honore, attamen in ſero circumſpectis omnibus neminem invenit, qui eum ad hoſpitium invitaret, de his narratur Matth. 21. Mar. 11. Luc. 19. Joan. 12.

Ante quinque dies paſchæ Dominum Jeſum venientem in Hieruſalem recepit populus cum magno tripudio, & honore, & per hebdomadam omnis populus erat ſuſpenſus ad verba ejus; & mane veniebant ad eum in templo audire eum; feria vero ſexta in die paraſceves clamaverunt omnes, Crucifige eum. Lucæ 21. & 23. Joan. 18. & 19.

C Facta voce ſpiritus vehementis convenit multitudo & mente confuſa eſt, quidam autem irridebant, dicentes: Quia muſto pleni ſunt iſti. ſtans autem Petrus locutus eſt eis multa, diſcipulos excuſans; & verba Joelis allegans, quibus auditis compuncti ſunt corde; petentes quid facere deberent, & baptizati ſunt illo die circiter tria millia. Act. 2.

Quodam ſabbato pene univerſa civitas convenit audire verbum Dei, quod Paulus & Barnabas prædicabant. Judæi autem contradicebant blaſphemantes. Tunc paulus & Barnabas converſi ſunt ad prædicandum Gentibus, audientes autem Gentes gaviſæ ſunt. Paulo poſt Judæi concitaverunt religioſas mulieres, & primos civitatis, & excitaverunt perſecutionem

in

Digitized by Google

in Paulum & Barnabam, & ejecerunt eos de finibus ſuis; & illi excuſſo pulvere pedum in eos, venerunt Iconium. Act. 13.

Cum Paulus & Barnabas eſſent in Lyſtris civitate Lycaoniæ, & claudus per Paulum fuiſſet curatus, &c. Act. 14.

Quidam quæſtuarii habentes unam mulierem cum ſpiritu pythonico, a qua Paulus ejecit dæmonium, &c. Act. 16.

Paulo apud Epheſum exiſtente, & multa miracula faciente, Demetrius quidam argentarius faciens ædes argenteas Dianæ, &c. Act. 19.

Quadam die tanta fuit facta in Hieruſalem adverſus Paulum turbatio, & populi converſio; quod præcipitabant eum, & trahebant extra templum, & vix potuit eripi a Tribuno cohortis, qui cum militibus ſupervenit, poſtea vero cum narraſſet, quod ei acciderat eunti Damaſcum, levaverunt vocem, dicentes: Tolle de terra hujuſmodi, non enim fas eſt eum vivere. ſequenti autem die exclamavit Paulus in concilio: Viri fratres, ego Phariſæus ſum filius Phariſæorum, & facta eſt diſſenſio inter Phariſæos, & Saducæos, & ſoluta eſt multitudo; & ſurgentes quidam Phariſæi pugnabant, dicentes: Nihil mali invenimus in homine iſto; quid ſi ſpiritus locutus eſt ei, vel Angelus. Act. 23.

Dum calefaceret ſe Paulus ad ignem poſt naufragium tempore hiemali, vipera ex calore procedens invaſit manum ejus, quod videntes, &c. Act. 28.

Caput CXV.

De operatione bona.

POſuit Dominus hominem in Paradiſo voluptatis, ut operaretur, & cuſtodiret illum. Gen. 2.

In ſudore vultus tui viſceris pane tuo, &c.

Et poſt emiſit eum Dominus de Paradiſo voluptatis, ut operaretur terram, de qua ſumptus eſt. Gen. 3. & ſic nota quod Deus hominem voluit operari, & in ſtatu innocentiæ, & poſt peccatum.

Tempore quo ſolent reges ad bella procedere, David in domo ſua remanſit in illo otio, & ad ultimum eam proditionem commiſit. 2. Reg. 11.

Salomon ædificavit domum Dei, & domum ſuam; ſed nota quod prius domum Dei, & licet opus eſſet majus, tamen in minori tempore complevit eam. 3. Regum 6. & 7.

Egerunt ii, qui operabantur induſtrie, & ſuſcitaverunt domum Dei in ſtatum priſtinum, & firmiter eam ſtare fecerunt. 2. Paral. 24.

Ezechias Rex Juda operatus eſt bonum, & rectum, & verum coram Domino, volens requirere Dominum in toto corde ſuo, fecitque & proſperatus eſt. 2. Paralip. 31.

Anno ſecundo reditus filiorum Juda de Babylone, cœperunt fundare templum. Joſue vero filius Joſedech, & fratres ejus inſtabant ſuper eos, qui faciebant opus. 1. Eſdr. 3.

Præcepit rex Darius, ut ædificaretur domus Domini in Hieruſalem & daretur ſumptus de arca regis, nec impediretur opus. 1. Eſdr. 6.

Nota quod opera, quæ fecerunt filii transmigrationis in fundatione templi, & in ædificatione muri civitatis multos habuerunt impeditores; Eſdr. & Nehemiæ quaſi per totum.

Vidit Deus opera Ninivitarum, & miſertus eſt eorum. Jon. 3.

Otioſi arguuntur, ſed operari ad mercedem vocantur. Matth. 20.

Servus qui accepit quinque talenta, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque, commendatus eſt a Domino; ſimiliter & qui duo acceperat, & lucratus eſt alia duo; alius autem qui unum accepit, & non multiplicavit illud, ſed inutiliter reſervavit, reprobatus fuit. Matth. 25.

Illi duo diſcipuli, qui Dominum ſecum manere coegerunt, quamdiu fuerunt cum eo in verbis, non cognoverunt eum, ſed in opere hoſpitalitatis, & fractione panis. Luc. 24.

Opus Mariæ Magdalenæ, quando unxit Dominum recumbentem frementibus diſcipulis ab ipſo Domino approbatum eſt. Mar. 14.

Laudabilia opera patrum a filiis imitanda eſſe, oſtendit Dominus, dicens:

Digitized by Google

cens : Si filii Abrahæ eſtis , opera A Abrahæ facite . Jo. 8.

Opera bona comparat Apoſtolus ſemini , de quo ſator jacit multum , & multum metit . 2. Corinth. 9. Qui parce ſeminat , &c.

Graviter reprehendit Paulus Theſſalonicenſes otioſos , licet ipſos alias commendaret . 2. Theſſ. 3. Qui non vult operari , non manducet .

Tabitha erat Chriſti diſcipula plena operibus bonis , & eleemoſinis , quas faciebat ea ; ideo ipſa mortua moti fuerunt multi ad Rogandum Petrum pro ipſa ; qui ſuſcitavit eam . Act. 9.

In omni gente qui timet Deum , & operatur juſtitiam acceptus eſt Deo. Act. 10.

Apud Corinthum manebat Paulus , B cum Aquila , & Priſcilla ; quia ejuſdem artis erat , & operabatur . Actorum . 18.

Caput CXVI.

De intentione recta habenda in opere.

Occidit Cain Abel fratrem ſuum , David Goliath , Joab Abner , & Amaſiam , Herodes Antipas Joannem Baptiſtam , Agrippa Jacobum . Petrus etiam ſolo verbo Ananiam , & Saphiram , ſed conſidera varias intentiones & cauſas.

Abraham riſit in promiſſione filii naſcituri . Sara etiam riſit ; ſed riſus C Abrahæ fuit commendatus , Saræ vero reprehenſus . Gen. 18.

Dixit Pharao , Peccavi . Exodi 9. & 10. Dixit Saul , Peccavi . 1. Regum 26. Dixit David, Peccavi . 2. Reg. 12. Hoc ipſum dixit Manaſſes. 2. Paral. ultimo. Dixit etiam Judas. Matt. 27. Sed intentiones cordium valde diverſæ fuerunt.

Similia fere verba dixit Moyſes in Raphidim , quando petiit populus aquam ad bibendum . Exod. 17. Et ad aquas contradictionis . Num. 20. ſed prima vice non hæſitavit , ſicut patet ex pœna , quæ ſecuta fuit .

Filii Ruben , & Gad , & dimidia tribus Manaſſe ædificaverunt altare , ſed longe alia intentione , quam crederent alii filii Iſrael . Joſue 22.

Commendavit multum Dominus bonam voluntatem David , quam habuit de ædificatione templi , licet noluerit Deus , quod templum ædificaretur per ipſum . 2. Reg. 7.

Miſit David pro Uria, qui erat in exercitu, non ut ille quieſceret , ſed ut ipſe peccatum , quod cum ejus uxore commiſerat , facilius occultaret . 2. Reg. 11.

Ornavit ſe Judith valde curioſe , ſed omnis illa compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat , & ad liberandum populum Dei de manibus peſſimi inimici . Jud. 10.

Quod Mardochæus Aman nolebat adorare , vel coram eo genua flectere , non faciebat pro inobedientia , vel contemptu , ſed quia divinum honorem nolebat homini mortali deferre , ſicut ipſe teſtatur . Heſt. 13.

Dixit Herodes Magis , ut cum puerum inveniſſent, renunciarent ei , ut & ipſe adoraret eum , ſed valde aliud intendebat , & aliud prætendebat . Matt. 2.

Prohibuit Dominus duobus cæcis ab eo illuminatis , ne quis hoc ſciret, & tamen ſequitur, quod illi diffamaverunt eum in tota terra illa . Matth. 3. nec tamen illi arguuntur tranſgreſſionis.

Signanter addit Dominus finem , vel intentionem quam quiſque debet habere in bona *faciendo* , *vel mala patiendo* . Matth. 5. & Luc. 7. Beati eritis cum maledixerint vobis homines , &c. propter me , vel propter nomen meum . Item Matt. 10. Quicumque potum dederit , &c. Item Matth. 19. Omnis qui reliquerit domum , &c. propter nomen meum . Eleemoſynam dare , orare , & jejunare ſpecialiter præcepit Dominus , non propter homines fieri , ne contingat tam bona opera prava intentione corrumpi . Matt. 5. & 6.

Quidam ſequebantur Dominum, ut eum nequiter obſervarent Luc. 14. aliqui , ut de ejus panibus manducarent . Joan. 6. Alii, ut ipſi , vel eorum amici a languoribus ſanarentur. Joan. 7. Lucæ 6.

Herodes multo tempore cupiebat videre Jeſum, & non cauſa pietatis, ſed quia ſperabat ſignum aliquod videre

dere

Digitized by Google

dere a ipſo fieri, & ideo nihil profuit ei videre Jeſum. Lucæ 23.

Caput CXVII.

De acedia, vel negligentia.

AUdiens Jacob, quod alimenta venderentur in Ægypto, dixit filiis ſuis, Quare negligitis, deſcendite, & emite vobis neceſſaria. Gen. 42.

Panem Angelorum habebant filii Iſrael in deſerto, & tamen extædiati deſiderabant cibos Ægypti. Numerorum 11.

Acedia vel tædium boni eſt cauſa impatientiæ & carnalis deſiderii, item multiplicis mendacii, ſicut patet. Num. 11. Recordamur piſcium, &c.

Profecti ſunt filii Iſrael de monte Hor, &c. & tædere cœpit populum itineris & laboris, & locutus eſt contra Dominum & Moyſen, & ait: Anima noſtra jam nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo; quamobrem miſit Dominus in populum ſerpentes ignitos. Num. 21.

Negligenter cuſtodiebat Abner dominum ſuum Saul, quando David venit ad caſtra ejus, & neminem reperit vigilantem. 1. Reg. 26.

Dormiens percuſſus fuit Isboſeth filius Saul, & occiſus. 2. Reg. 4.

Tempore quo ſolent Reges ad bella procedere, remanſit David in domo ſua; ubi grave adulterium hac occaſione commiſit. 2. Reg. 11.

Placuit Joas regi Juda, ut inſtauraret domum Domini, & præcepit Levitis, ut circa hoc eſſent ſoliciti: porro Levitæ egere negligentius, qua de cauſa rex arguit Jojadam ſacerdotem. 2. Paral. 25.

Cum dormirent homines, venit inimicus, & ſuperſeminavit zizania in medio tritici. Matt. 13.

Arguuntur otioſi, & remunerantur operarii. Matth. 20.

Facta tempeſtate in mari, Jonas deſcendit ad inferiora navis, & dormiebat ſopore gravi, & acceſſit ad eum gubernator, & ait ei, Quid ſopore deprimeris? Surge invoca Deum tuum. Jon. 1.

Dure reprehendit Dominus ſervum malum, & pigrum, qui multiplicare neglexit commiſſum ſibi talentum. Matt. 25.

Virgines dormientes, quarum lampades non fuerant prius ornatæ, fuerunt poſtea a nuptiis excluſæ. Matt. 25.

Valde videntur fuiſſe acedioſi diſcipuli hora illa poſt cœnam, qui rogati a Domino vigilare, continuo dormiebant. Matth. 26. Mar. 14. Lucæ 22.

Caput CXVIII.

De pueris bonæ indolis.

NOn legitur Iſaac murmuraſſe, quando pater ejus ex præcepto Domini ipſum voluit immolare. Geneſis 22.

Joſeph accuſavit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo, quod erat in eo ſignum deteſtationis peccati, & patri dicenti, Veni mittam te ad fratres tuos, obedienter reſpondit. Præſto ſum. Gen. 37.

Samuel adhuc puer erat miniſter in conſpectu Domini, & dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei. 1. Reg. 2. & 3.

Quando David debebat in regem per Samuelem inungi, erat in agro parvulus, & paſcebat oves tamquam patri obediens, humilis, & abiectus. 1. Reg. 16.

Joas filius Joram regis puer ſeptem annorum cum regnare cœpiſſet, fecit quod bonum erat coram Domino cunctis diebus Jojadæ ſacerdotis. 3. Regum 12. 2. Paral. 24.

Octo annorum erat Joſias cum regnare cœpiſſet, fecitque quod placitum erat coram Domino 4. Reg. 22. & tamen peſſimos patrem, & avum habuerat.

Tobias cum eſſet junior omnibus in tribu Nephthalim, nihil tamen puerile geſſit in opere. Tob. 1. & idem cum poſtea filium genuiſſet, ipſum ab infantia timere Deum docuit, & abſtinere ab omni peccato. To. 1.

Sine Propheta, ſine Sacerdote, & magiſtro Daniel, & tres ſocii ejus legem Dei obſervantes, ſobrie, & juſte, & pie vixerunt inter pueros gentiles. Dan. 1.

Fratres illi ſeptem adoleſcentes miram ſapientiam in reſponſionibus, & patientiam in tribulationibus habuerunt. 2. Mac. 7.

Beatus Joannes Baptiſta puer creſcebat, & confortabatur ſpiritu, & erat in deſerto uſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael. Luc. 2.

Salvator noſter puer duodennis exiſtens ſecundum carnem, inventus eſt in templo in medio Doctorum audiens illos, & interrogans. Deinde deſcendit cum Maria, & Joſeph, & erat ſubditus illis. Lucæ 2.

CAPUT CXIX.

De ſocietate bonorum.

Conſiderandum eſt valde, quod ſi inventi fuiſſent decem viri juſti in quinque civitatibus; propter illos pepercisſet Dominus univerſis. Gen. 18.

Dixit Jacob ad Laban. Gen. 30. Modicum habuiſti antequam venirem ad te, & tunc dives effectus es, benedixitque tibi Dominus ad introitum meum. Item Gen. 39. benedixit Dominus domui Ægyptii propter Joſeph, & multiplicavit, &c.

Bene fuit aſſociatus Jacob, qui dixit. Gen. 35. faciamus altare Domino, qui exaudivit me in die tribulationis meæ, & fuit ſocius itineris mei.

Servivit Iſrael Domino cunctis diebus Joſue, & ſeniorum, qui noverant omnia opera Domini, quæ fecerat in Iſrael. Joſ. 24.

Filii Dan ceperunt Lais, & homines occiderunt, quia cum nullo hominum habebant quicquam ſocietatis. Jud. 18.

Ex parte Saulis miſſi lictores ad capiendum David morantem cum Samuele, & aliis Prophetis, prophetare cœperunt; venit Saul, & prophetavit etiam ipſe cum eis. 1. Reg. 19.

Propter honorem Joſaphat regis Juda, Deum colentis, Eliſeus Propheta impetravit aquas dari exercitui, in quo erant duo alii mali reges. 4. Reg. 3.

Homines Deum timentes volebat ſecum habere Tobias in convivio. Tob. 2. Et hoc ipſum docuit filium
A ſuum. Tob. 4. Noli manducare cum peccatoribus, &c. Idem etiam diligenter voluit ſcire, cum quo iturus eſſet filius ſuus. Tob. 5.

Dicebat Sara uxor Tobiæ junioris, Numquam cum ludentibus miſcui me, neque cum iis, qui in levitate ambulabant, participem me præbui. Tob. 3.

Audito crudeli mandato regis, quod debebant interfici cuncti ſapientes Babylonis, Daniel ivit ad ſocios ſuos, ut quærerent ſimul miſericordiam a Domino, & revelata eſt nocte viſio Danieli, unde occaſione Danielis ſervi Dei pepercit rex magis ſapientibus Babylonis. Dan. 2.

Poſt obitum Judæ Machabæi emerſerunt iniqui, & facta eſt fames va-
B lida, & impios inſtituit Bachides dominos regionis, & facta eſt tribulatio magna in Iſrael, quæ omnia mala forſitan non fuiſſent, ſi adhuc Judam ſocium, & dominum habuiſſent. 1. Mach. 9.

Cum primus illorum ſeptem fratrum in ſartagine torreretur, ceteri cum matre ad moriendum fortiter ſe hortabantur. 2. Mac. 7.

Veniebat Judas Machabæus ad capiendum Scytopolim civitatem, ſed propter Judæos, qui intus habitabant, erga quos Scytopolitæ benigni erant, nihil eis mali fecit; immo gratias agens hortatus eſt de cætero erga genus ſuum benignos eſſe. 2. Mac. 12.

C Quamdiu fuit Petrus cum Apoſtolis, multum fuit firmus, & ſecurus, ſed quando fuit in atrio ſummi ſacerdotis cum miniſtris illius calefaciens ſe ad ignem, Deum negare cœpit. Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22. Jo. 18.

Statim quando cæcus natus a Domino illuminatus, fuit extra Synagogam a Phariſæis ejectus, a benigno Domino Jeſu inter ſuos fideles receptus eſt. Jo. 9.

Cum eſſent diſcipuli omnes pariter perſeverantes unanimiter in oratione; venit Spiritus ſanctus in eos & ipſos inæſtimabiliter roboravit, & docuit. Act. 2.

De fidelibus, qui erant in Eccleſia primitiva, dicitur. Act. 2. Omnes qui credebant erant pariter, & habebant omnia communia; ſequitur: Sumebant

Digitized by Google

bant cibum in exultatione, & ſimplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem

Poſt converſionem ſuam Saulus veniens Hieroſolymam tentabat ſe jungere diſcipulis, & omnes timebant eum non credentes, quod eſſet diſcipulus. Barnabas apprehenſum illum duxit ad Apoſtolos, &c. Actorum nono.

Homines qui erant cum Paulo in navi tempore graviſſimæ tempeſtatis, occaſione ipſius Pauli, quem habebant ſecum fuerunt ſalvati; nam dixit Angelus Domini: Ecce donavit tibi Deus omnes qui navigant tecum. Actorum 27.

Caput CXX.

De ſocietate malorum.

Salubriter exivit Abraham de Chaldæa, ubi erant homines corrupti idololatria. Geneſ. 11. unde poſtea hoc ipſum pro beneficio Dominus ei commemorat, dicens: Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldæorum. Gen. 15.

Non ſolum corpore, ſed etiam cogitatione, & affectione eſt patria relinquenda; unde dixit Dominus ad Abraham, cum jam corpore exiſſet, Egredere de terra tua, &c. Gen. 12. nota promiſſiones ibi factas.

Quamdiu fuit Abraham cum perverſis hominibus in Ur Chaldæorum, non legitur ei Dominus apparuiſſe, licet bonus fuiſſe credatur: ſed poſtquam inde exivit, multoties fuit divinis apparitionibus viſitatus. Gen. 12. 15. 17. & 18.

Injurias & jacturas paſſus eſt Loth a peſſimis Sodomitis, cum quibus habitabat, vel impiorum occaſione. Geneſ. 13. 19. & 1. Per. 2.

Quam difficile ſit malorum conſuetudinem dimittere, patet per Loth, quem de medio Sodomorum Angeli vix extrahere potuerunt. Gen. 19.

Ludus Iſmaelis cum Iſaac diſplicuit Saræ. Gen. 21.

Fugientem Jacob malum fratrem ſuum Dominus multipliciter confortavit. Gen. 28.

Noluit Jacob ambulare cum malo A fratre, licet placaſſet eum muneribus, & ille ſatis inſtaret, & ſigna dilectionis oſtenderet. Gen. 33.

Dixit Moyſes ad turbam filiorum Iſrael: Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum. Num. 16.

Dixit Dominus Moyſi præcipe filiis Iſrael: Intrantes terram Chanaan diſperdite cunctos habitatores regionis illius: ſi autem nolueritis interficere, qui remanſerint, erunt vobis quaſi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus. Num. 33.

Occaſione Achan, qui tulit de anathemate Jericho, fuit populus in prælio ſuperatus. Joſue 7.

B Propter quoſdam filios Belial, qui in uxorem Levitæ deteſtabile flagitium perpetraverunt, omnes filii Benjamin paucis exceptis trucidati fuerunt. Jud. 19.

Noluerunt filii Iſrael delere habitatores terræ, ſicut præceperat Dominus, ſed percuſſerunt cum eis fœdus, & male accidit eis. Jud. 1. & 2.

Amicitia, quam habuit Amnon filius David cum Jonadab, dedit ei viam ad hoc, quod Thamar ſororem ſuam opprimeret. 2. Reg. 13.

Rebellionem diſponente Abſalom contra patrem ſuum iverunt multi com eo ſimplici corde, qui contra David nihil machinati fuiſſent, ſi cum bonis, & pacificis in Hieruſalem remanſiſſent. 2. Reg. 15.

C Propter quoſdam ſuperſtites de domo Saul, facta eſt fames in terra, donec ad petitionem Gabaonitarum crucifixi fuerunt. 2. Reg. 21.

Rex Juda Joſaphat fuit fere occiſus, vadens cum Achab ad prælium. 3. Reg. 22. Et reprehenſus fuit per Prophetam Domini dicentem: Impio præbes auxilium, & iis qui oderunt Dominum amicitia jungeris, & idcirco iram Domini merebaris, ſed bona opera inventa, &c. 2. Par. 19.

Ochozias rex Juda ambulabat in viis Achab, & fecit malum coram Domino, & cauſa hujus ſtatim ſubditur. Gener enim erat domus Achab. 3. Reg. 10.

Eliezer Propheta dixit Joſaphat regi Juda; Quia habuiſti fœdus cum Ocho-

Digitized by Google

Ochozia percuſſit Dominus opera tua, contritæque ſunt naves. 2. Paral. 20.

Venit homo ad Amaſiam Regem Juda, & ait: O Rex ne gradiatur tecum exercitus Iſrael: non enim eſt Dominus cum Iſrael, quod ſi putas in robore exercitus bella conſiſtere ſuperari te faciet Deus ab hoſtibus. 2. Paral. 25.

Ædificantibus filiis Juda templum poſt reditum de Babylone, hoſtes eorum voluerunt ædificare cum illis. Illi vero bono uſi conſilio renuerunt. 1. Eſdr. 3.

Cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboam fecerat, Tobias ſolus fugiebat conſortia omnium, & pergebat in Hieruſalem. Tob. 1.

Beatus Job dicit; Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum. Job 30.

B

Cum dixiſſet Iſaias, Vir pollutus labiis ego ſum, cauſam inſinuans ſubdidit, in medio populi polluta labia habentis ego habito. Iſai. 6.

Dictum fuit Ezechieli, Increduli & ſubverſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas. Ezech. 2.

Mali nocent ſibi invicem, nam duo ſenes ex hoc acceperunt audaciam accuſandi Suſannam: quia in eamdem malitiam convenerunt. Dan. 13.

Quamdiu Judas Machabæus confidens de divino auxilio geſſit bella pro populo ſuo bene ei ſucceſſit, cum vero conſtituit amicitiam cum gentibus Romanis, licet tunc potentiſſimus, cito ſuperatus fuit, & in bello occidit. 1. Mach. 9.

C

Simile accidit Jonathæ fratri Judæ. 1. Machab. 12.

Petrus exiſtens cum diſcipulis in nocte cœnæ Domini multum erat ſecurus, cum autem venit ad atrium ſummi ſacerdotis, Dominum ad vocem unius ancillæ negavit. Matt. 26. Mar. 14. Lucæ 22. Joan. 18.

Cæcus in via mendicans clamabat ad Dominum Jeſum, & qui præibant, increpabant eum, ut taceret. Lucæ 18.

Non fuit inter fideles Chriſti annumeratus cæcus ille natus, quem Dominus videre fecit, donec fuit a Phariſæis de Synagoga ejectus. Joan. 9.

Plures mali interdum in unam ma- A lam ſocietatem conveniunt, ut bonis inferant nocumentum: ita concordaverunt Balach & Balaam ad maledicendum filiis Iſrael. Num. 22.

Item Adoniſedech Rex Hieruſalem, & alii quatuor reges adverſus Gabaonitas, eo quod illi fecerant pacem cum Joſue. Item Jabin rex Azor, & alii reges triginta contra Joſue, & filios Iſrael. Joſ. 10.

Item quinque Satrapæ Philiſtinorum Chananæi, Sidonii, & Hevæi. Jud. 3. Item Madian, & Amalech, & ceteri Orientalium nationum. Jud. 6.

Sic etiam intelligitur Iſai. 7. Requievit Syria ſuper Ephraim, id eſt, decem tribus, & rex concordaverunt in unum ad regnum Juda funditus extirpandum. Rurſus etiam in paſſione Domini Herodes & Pilatus facti ſunt amici. Luc. 14.

Philippenſes commendat Apoſtolus, dicens: In medio nationis pravæ & perverſæ, inter quos lucetis, ſicut luminaria in mundo, &c. Phil. 2.

Petrus Apoſtolus dixit quibuſdam Judæis audientibus verbum Dei. Actor. 2. Salvamini a generatione iſta prava.

Proconſul Paulus deſiderabat audire verbum Dei, ſed erat cum eo Elymas magus Pſeudo-propheta Judæus, qui reſiſtebat Paulo, & Barnabæ quærens avertere Proconſulem a fide. Act. 13.

In civitate Lyſtris homines tantæ ſimplicitatis erant, quod ipſi Paulum, & Barnabam Deos ad terram deſcendiſſe putabant, cum autem vix ſedaſſet eos Paulus, & cœpiſſet eis viam oſtendere veritatis, ſupervenerunt quidam Judæi, qui ita ſuaſerunt turbis, quod Paulus fuit lapidatus ibi, & quaſi pro mortuo derelictus. Actorum decimoquarto.

Cum verbum Domini fortiter in Epheſo creſceret, & Dominus per Paulum ibidem miracula multa faceret, Demetrius quidam argentarius faciens ædes argenteas Dianæ, convocatis opificibus illius artis, ſeditionem contra Paulum concitavit. Act. 19.

Digitized by Google

Caput CXXI.

De proſperitate mundana.

ABundantia rerum temporalium ſæpe fit multorum occaſio peccatorum, ſicut in illa regione, quæ irrigabatur, ſicut paradiſus Domini, in qua habitabant Sodomitæ peſſimi. Gen. 14.

Gedeon cum parvus homo eſſet, & in area frumentum excuteret, bonus fuit, & eum Angelus Domini viſitavit; poſt obtentam vero victoriam male ſe habuit. Judic. 8.

Saul antequam rex eſſet, bonus fuit; & poſtquam regni gubernacula ſuſcepit, intumuit, & mandatum Domini præterivit. 1. Reg. 15.

Poſt multa bella, & victorias de inimicis obtentas, remanens David quietus in Hieruſalem commiſit adulterium, & exinde ſecutum eſt homicidium. 2. Reg. 11.

Occaſione multitudinis ſubditorum, David in ſuperbiam elatus eſt, & fecit populum numerari. Sed nota quam graviter tale peccatum fuit punitum. 2. Reg. 24.

Non erat argentum alicujus pretii, in diebus Salomonis, quia tanta erat in Hieruſalem argenti abundantia quata, & lapidum. 3. Reg. 10.

Sed nota quam mirabile, & terribile fuit quod plus nocuit ei rerum copia, quam profuerit tanta ſapientia. 3. Reg. 11.

Antequam Jeroboam haberet dominium ſuper decem tribus, non legitur fuiſſe malus, ſed magis adoleſcens bonæ indolis, & induſtrius; ſtatim vero, ut regnum adeptus eſt, fecit vitulos aureos, & avertit populum a Deo ne averteret ſe ab eo. 3. Reg. 12.

Amaſias Rex Juda debellavit Edom, & inde elevatum eſt cor ejus, & voluit contra Joas regem Iſrael præliari, ſed male ſucceſſit ei. 4. Reg. 14.

Cum roboratum fuiſſet regnum Roboam, & confortatum, dereliquit legem Domini, & omnis Iſrael cum eo. 2. Paral. 12.

Cum roboratus eſſet Ozias rex Juda, elevatum eſt cor ejus in interitum ſuum, ingreſſuſque in templum

A adolere voluit incenſum. 2. Par. 26.

Manaſſes rex in Hieruſalem fuit peſſimus, poſtea in Babylone, & coanguſtatus oravit Dominum, & egit pœnitentiam valde coram Domino. 2. Paral. 33.

Mundana proſperitas multiplicat carnales amicos, & congregat, quos adverſitas ſæpe fugat. Unde Tobia a cæcitate ſanato, & ditato, venerunt conſobrini ejus ad eum gaudentes & congratulantes ei. Tob. 11. Quod non leguntur feciſſe, quando prius erat cæcus, & uxor ejus ibat ad textrinum opus. Tob. 2.

Poſt victoriam obtentam de Arphaxad, exaltatum eſt regnum Nabuchodonoſor regis Aſſyriorum, & cor ejus

B elevatum eſt. Jud. 1.

Quamvis Aman eſſet ſecundus a rege potentiſſimo Aſſuero, & haberet multas divitias, filios & amicos; tamen ita torquebatur ex eo, quod Mardochæus ei genua non flectebat, quod nihil ſe habere putabat. Eſth. 5. Item nota brevitatem illius proſperitatis.

Quamdiu duravit plaga Domini ſuper Job, licet venerunt ad eum aliqui amici, fuerunt tamen ei conſolatores oneroſi, nec leguntur ei dediſſe aliquid. Poſtquam autem addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Job duplicia, venerunt ad eum omnes fratres ſui, & cuncti qui noverant eum, & dederunt ei unuſquiſ-

C que ovem unam, & inaurem auream unam. Job 42.

Statuam quam vidit Nabuchodonoſor, quæ percuſſa de lapide abſciſſo de monte redacta eſt in favillam æſtivæ areæ, ſatis indicat proſperitatem mundanam nihil eſſe. Dan. 2.

Filii Jambri faciebant nuptias magnas, & venerunt Judæi Jonatha duce, & occiderunt multos, & converſæ ſunt nuptiæ in luctum, & vox muſicorum in lamentum. 1. Mach. 9.

Ptolemæus rex Ægypti Alexandro rege Syriæ debellato, & in Arabiam fugato, exaltatus eſt, & abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & miſit Ptolemæo, & rex Ptolemæus mortuus eſt die tertia. 1. Mach. 11.

Adoleſcens qui quæſivit a Chriſto, quomodo poſſet habere vitam æternam

Digitized by Google

nam, multas poſſeſſiones habebat; & idcirco abiit triſtis, quando Dominus dedit ei conſilium perfectionis. Matt. 19.

Petrus negavit Dominum in atrio principis ſacerdotum. Matth. 22.

Magnum feſtum fecerunt Judæi Domino Hieruſalem venienti, & circumſpectis omnibus, cum jam veſpertina eſſet hora, exiit in Bethaniam, quaſi non inveniret, qui eum in hoſpitio reciperet. Mar. 10.

Ad contemnendam temporalium abundantiam multum valet exemplum de divite, cujus ager uberes fructus attulit, cum autem ſolicitus cogitaret deſtruere horrea, ait illi Deus: Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te, &c. Lucæ 12.

Emptores villæ, & boum, & ille qui uxorem duxerat, vocati ad cœnam magnam Domini, ſe excuſant tamquam aliis occupati. Pauperes autem & debiles, fuerunt introducti. Luc. 14.

Videns Dominus civitatem Hieruſalem pace temporali fruentem, & ſuperventuras miſerias ignorantem, flevit ſuper illam dicens: Si cognoviſſes, & tu (ſupplendum eſſet) fleres. Luc. 19.

Cum populus Herodi magno Regi veſtito veſte regali, & ſedenti pro tribunali acclamaret. Voces Dei, & non hominis; confeſtim percuſſit eum Angelus Domini, & conſumptus a vermibus expiravit. Act. 12.

Caput CXXII.

De curioſitate humana.

PRimariæ tranſgreſſionis occaſio ortum habuiſſe videtur ex eo, quod Eva ſerpentem curioſe audivit, & lignum vetitum curioſe reſpexit. Gen. 3.

Egreſſa eſt Dina filia Liæ, ut videret mulieres regionis illius, ſequitur, quod viſa, rapta, & oppreſſa fuit. Gen. 34.

Præcepit Dominus Moyſi, ut diceret populo: Cavete ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius. Omnis, qui tetigerit montem, morietur, & poſt pauca: Conteſtare populum, ne forte velint tranſcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Exo. 19.

Dixit Dominus ad Moyſen, ut Aaron, & filii ejus tantum intrarent Sancta Sanctorum; alii vero nulla curioſitate viderent, quæ erant in ſanctuario, priuſquam eſſent omnia involuta: alioquin morerentur. Numerorum. 4.

Ozias rex Juda ingreſſus templum Domini accepit thuribulum, & voluit adolere incenſum ſuper altare thymiamatis, quod non ad ſuum, ſed ad ſacerdotum pertinebat officium, ſtatimque orta eſt lepra in fronte ejus. 2. Paral. 26.

Cum viderent Judæi miracula a Domino fieri manifeſta, & utilia, a-
B lia videre volebant, & ſignum de cœlo quærebant. Lucæ 11.

Herodes Tetrarcha viſo Jeſu gaviſus eſt valde; non cauſa pietatis, ſed cauſa curioſitatis: quia ſperabat ſignum aliquod fieri ab ipſo, & propter hoc viſio illa Domini Jeſu nihil ei profuit, ſed magis obfuit, Luc. 23.

Curioſitatem diſcipulorum ſcire volentium tempus ſecundi adventus compeſcuit Dominus, dicens: Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Act. 1.

Curioſitas videtur fuiſſe, quando Simon magus voluit baptizari, quia ſcilicet videbat ſigna, quæ Philippus faciebat. Act. 8.

C Athenienſes omnes, & advenæ hoſpites ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut aliquid novi audire. Act. 17.

Prædicante Paulo in Epheſo civitate, multi qui fuerunt curioſe ſectati contulerunt libros, & combuſſerunt coram omnibus. Act. 19.

Reprehendit Apoſtolus quoſdam Theſſalonicenſes in quiete ambulantes, nihil operantes, curioſe agentes. 2. Theſſ. 3.

Adoleſcentiores viduas monet Apoſtolus eſſe vitandas: ſunt enim frequenter vagæ, & otioſæ, verboſæ, & curioſæ. 2. Tim. 5.

Digitized by Google

Caput CXXIII.

De magna fide mulierum.

COmmendat Apoſtolus. Heb. 11. fidem Rahab, quæ non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace: de quibus. Joſue 2.

Ruth adhæſit ſocrui ſuæ Noemi dicens: Populus tuus, populus meus: Deus tuus, & Deus meus. unde Booz poſtea dixit ei: Reddat tibi Donus Deus plenam mercedem ad quem veniſti, & ſub cujus confugiſti alas Ruth 1. & 2.

Mulier Sareptana credidit verbis Eliæ Prophetæ, licet ille rem ſatis difficilem illi faciendam juberet. 3. Regum 17.

Mundi creationem, & corporum reſurrectionem optime confitebatur illa mulier, mirabilis mater, quæ ſeptem filios uno die torqueri vidit, & ipſos ad moriendum pro Dei legibus fortiter animavit. 2. Machabæorum 17.

Circa myſterium Dominicæ Incarnationis fuerunt mulieres ad credendum promptiores quam viri. Nam Zacharias pater Joannis Baptiſtæ, de incredulitate fuit ab Angelo redargutus. Lucæ 1. Pro eo quod non credidiſti verbis meis, &c.

Eliſabeth non reprehenſibilis legitur extitiſſe, quæ ſtatim in adventu B. Virginis exclamavit: Et benedicta tu inter mulieres. Lucæ 1.

Similiter commendatur beata Virgo, quæ credidit Angelo dicenti ſibi, quod conciperet de Spiritu ſancto. Lucæ 1.

Item Anna vidua Prophetiſſa loquebatur de puero nato omnibus, qui expectabant redemptionem Iſrael. Lucæ 2.

Tantam fidem habebat ad Dominum mulier hæmoroiſſa, quod ſufficiebat ei, quod tantummodo tangeret fimbriam veſtimenti ejus; & ideo meruit audire verbum dulce: Confide filia, fides tua ſe ſalvam fecit. Matth. 9. Lucæ 8.

Nec longa expectatione, nec dura reſponſione deſtitit clamare ad Dominum mulier Chananæa. Idcirco tandem audivit: O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Matth. 15.

Mulier Samaritana plene confeſſa eſt, dicens: Scio quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus: & poſtea multi Samaritanorum crediderunt in Dominum Jeſum propter verbum mulieris illius. Joan. 4.

Confeſſio Marthæ quæ dixit. Jo. 11. Ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti, ſatis fuit ſimilis confeſſioni Petri. Matthæi decimoſexto.

De reſurrectione Domini, multos viros legimus dubitaſſe: & Dominum Jeſum illorum incredulitatem, & cordis duritiam exprobraſſe. Mar. 16. Matth. 28. De mulieribus autem nihil tale legitur: ſed reſurgens Dominus primo apparuit mulieri, ſcilicet Mariæ Magdalenæ, & illa currens diſcipulis lugentibus nuntiavit, Mar. 16.

Quædam mulier nomine Lydda purpuraria, audivit prædicationem Pauli, cujus Dominus aperuit cor, & baptizata eſt, & domus ejus. Act. 16.

Caput CXXIV.

De ſapientia mulierum.

SAra prudenter intellexit ludum inter Iſaac, & Iſmaelem non eſſe bonum, & voluit Dominus, ut Abraham illius acquieſceret voluntati. Geneſ. 21. Rebecca fuit valde argumentoſa ad procurandum, quod Jacob benedictionem a patre, quæ debebatur primogenito, obtineret. Gen. 27.

Et poſtea caute fecit eum iram fratris ſui Eſau declinare. Gen. 28.

Rahab meretrix diſcrete exploratores abſcondit, & per hoc ſe, & totam domum ſuam integraliter liberavit. Joſue 2.

Debbora uxor Lapidoth judicabat populum, & docuit Barac filium Abinoem, quid facturus eſſet ut populum Dei de manu Siſaræ liberaret. Judic. 4.

So-

Solicita fuit Noemi, & aſtuta ad A inveniendum modum quo Ruth, &c. Ruth 3.

Mater Samuelis Anna diſcrete ſe excuſavit ab eo, quod Heli ſacerdos ei impoſuit, quando filium a Domino poſtulavit. 1. Reg. 1.

Per ſapientem eloquentiam ſuam, & liberalitatem ſatis modicam Abigail viro ſuo vitam ſervavit, & David ab homicidio impedivit. 1. Reg. 25.

Sapiens Mulier Thecuitis induxit David ad hoc, ut filium exulem revocaret. 2. Reg. 14.

Obſidente Joab civitatem Abela, mulier ſapiens taliter locuta eſt ei, & poſtea populo civitatis, quod ille cum totius patriæ utilitate ab obſidione receſſit. 2. Reg. 20.

Bethſabee mater Salomonis ſapienter verbum propoſuit coram rege David, ut filius ſuus Salomon poſt illum regnare deberet. 2. Reg. 1.

Duarum mulierum coram Salomone contendentium, illa prudenter, & pie reſpondit quæ dixit: Obſecro Domine, date illi infantem vivum. 3. Reg. 3.

Magna ſapientia fuit in Regina Saba, quod ipſe venit audire ſapientiam Salomonis. 3. Reg. 10.

Mulier Sunamitis hoſpita Eliſei prudenter adhæſit ei, nec voluit eum dimittere propter Giezi, donec ejus filium ſuſcitaſſet. 4. Reg. 4.

Holda prophetis uxor Sellum Joſiam regem confortavit, & populo mala ventura, propter eorum peccata prædixit. 4. Reg. 22.

Sara filia Raguelis diſcrete, & devote oravit Dominum, ut eam liberaret de improperio, quod audierat ab ancilla. Tob. 3.

Miram prudentiam, & conſtantiam oſtendit Judith alloquendo populum, & decipiendo Holofernem tam potentem tyrannum. Judith 8. uſque ad finem.

Eſther cum magna cautela fecit petitionem ſuam, poſtquam regem ad prandium invitaverat, & ille vino incaluerat. Eſther 7.

Eliſabeth mater Joannis Baptiſtæ diſcrete cognovit adventum Virginis, & ipſam matrem Domini nominavit. Luc. 1.

Tam tacendo, quam loquendo patet Beatam Mariam Virginem mirabiliter fuiſſe prudentem. Tacendo quidem, quia pauca verba dixiſſe invenitur. Locuta eſt autem cum Angelo diſcrete quærendo, & diſcretius acquieſcendo. Luc. 1. Quomodo fiet iſtud. Item: Ecce ancilla Domini. Item eum ſancta Eliſabeth ipſam ſalutando. Et nota quod poſt laudes multas quas Eliſabeth illi dixit nihil ei directe reſpondit, ſed ad laudandum Dominum ſe convertit dicens: Magnificat, &c. Item locuta fuit cum filio ipſum dulciter interrogando: Fili quid feciſti nobis ſic. Luc. 2. Et pro verecundis pauperibus deprecando. Joan. 2. Vinum non habent. B Item locuta eſt miniſtris ipſos utiliter inſtruendo: Quodcumque dixerit vobis, facite. Joan. 2.

Maria Magdalenæ, valde prudenter agebat in eo, quod ad pedes Domini ſe ponebat. Ad pedes enim Domini veniam impetravit pro ſe. Luc. 7. vitam pro fratre. Joan. 11. Item audiebat divinam ſapientiam. Luc. 10. Et exhibuit Chriſto devotam reverentiam. Matth. 28.

Uxor Pilati bene locuta eſt ei, & ſi Pilatus ei crediſſet, prudenter egiſſet. Matth. 27.

Caput CXXV.

De pietate mulierum.

C Rebecca videns ſervum Aarahæ hominem peregrinum, & petem bibere, ſine mora reſpondit: Bibe Domine mi, quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cunctæ bibant, &c. Gen. 24.

Timuerunt obſtetrices Dominum, & non fecerunt juxta præceptum regis Ægypti, ſed conſervabant mares. Exod. 1.

Cernens filia Pharaonis vagientem puerum miſerta ejus, ait: De infantibus Hebræorum eſt hic, & faciens nutriri filium adoptavit. Exod. 2.

Rahab meretrix videns exploratores Joſue ad mortem quæri, compaſſa eſt eis, & ipſos abſcondens liberavit, & ſanos remiſit. Joſue 2.

Nuntii euntes ad David abſconditi fue-

Digitized by Google

fuerunt in puteo, & ſalvati per mulierem, quæ poſuit velamen ſuper os putei, & illos qui quærebant eos deluſit. 2. Reg. 17. A

Duarum mulierum coram Salomone contendentium illa pium cor habuit, quæ liti cedere noluit, cujus viſcera ſuper filium commóta fuerunt. 3. Reg. 3.

Vidua mulier Sareptana hoſpita Eliæ Prophetæ, & apud illam ſuſtentabatur utcumque. 3. Reg. 17.

Mulier Sunamitis induxit virum ſuum ad hoc, ut fieret in domo ſua Eliſeo locus aptus ad manendum. 3. Reg. 4.

Cum occideret Athalia omne ſemen regium, Joſabeth filia regis Joram, tulit Joas unum de filiis regis, & abſcondens ſalvavit eum. 4. Reg. 11. B

Compatiens papulo morti addicto Eſther magno ſe expoſuit periculo, & apud Aſſuerum regem Judæorum liberationem, & ſublimationem obtinuit. Eſther 7.

Pietas beatæ Virginis Mariæ multum apparet in hoc quod ad pauperes nuptias ire voluit, & deficiente vino non requiſita ab aliquo, ſed ſponte propterea verecundorum pauperum advocata dixit filio: Vinum non habent. Joan. 2. Per hoc etiam patet largitas ejus magis, quia cum a Magis aurum, thus, & myrrham, quæ obtulerant, accepiſſet, paulo poſt in purificatione ſua non potuit habere agnum quem offerret, & ſupponendum eſt, quod illa Magorum munera pauperibus erogaverat. Matth. 2. Luc. 2. C

Ambulans per mundum Salvator mundi in domo Marthæ, & Mariæ ſpecialius hoſpitium legitur habuiſſe. Lucæ 10. Joan. 12.

Mulier illa Chananæa miſeriam filiæ ſuæ propriam reputabat dicens. Matth. 15. Miſerere mei, fili David, filia mea male a dæmonio vexatur.

Mulieres miniſtraverunt Domino prædicanti, & per caſtella, & civitates eunti. Luc. 8. Aſtiterunt patienti & ſequebantur eum, dum ad crucem duceretur ab Apoſtolis derelictus. Luc. 23. & Joan. 19. Item ſtudioſe obſequi voluerunt ei in ſepulcro jacenti. Matth. 28. Mar. 16. Luc. 24. & Joan. 20.

Prætulit Dominus duo æra minuta pauperculæ viduæ, quæ miſit in Gazophylacium, muneribus divitum, quia ſcilicet illa de eo quod erat neceſſarium ei, dederat, & quia plus ponderat Dominus mentis pietatem quam muneris quantitatem. Luc. 21.

Blaſphemantibus, & depravantibus miracula Domini Scribis & Phariſæis: mulier quædam audiens verba ejus devote, extulit vocem dicens: beatus venter, qui te portavit, &c. Luc. 11.

Uxor Pilati magis conata fuit impedire Dominicam paſſionem, & injuſtam afflictionem ipſius, quam aliquis homo, de quo Scriptura teſtatur. Matth. 27.

Innuit Apoſtolus. 1. Cor. 9. Quod aliqui Apoſtoli circumducebant mulieres ſorores ad ipſis neceſſaria miniſtrandum.

Propter opera charitatis & eleemoſynas, quas Tabitha viduis faciebat, rogaverunt flentes Petrus, ut ad defunctam venirent & motus lachrymis earum Petrus, ponens genua oravit, & eam ſuſcitavit. Act. 9.

Exiens de carcere Herodis Petrus venit ad domum Mariæ matris Joannis, qui cognominatur Marcus, ubi multi congregati orantes. Per quod patet eam fuiſſe bonam mulierem, & hoſpitam diſcipulorum Domini. Act. 12.

Quædam mulier purpuraria nomine Lydda, credens ad prædicationem Pauli, & baptizata cum domo ſua deprecata eſt dicens; Si judicaſtis me fidelem eſſe, introite domum meam, & manete, & coegit nos. Act. 16. Ubi etiam ſatis innuitur quod mulieres prompte, & devote audiunt verbum Dei.

CAPUT CXXVI.

De fortitudine mulierum:

Barach filius Abinoem noluit ducere exercitum contra Siſaram, niſi Debbora uxor Lapidoth iret cum eo, quæ dixit ei: Ibo quidem tecum, ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu fœminæ tradetur Siſara. Judic. 4.

Di-

Dixit Booz ad Ruth quæ reliquerat patriam & Deos ſuos: Scit omnis populus, qui habitat intra portas urbis meæ, mulierem te eſſe virtutis. Ruth. 3.

Viriliter ſalvavit David virum ſuum Michol, cum quæreretur ad mortem a Saule patre ſuo. 1. Reg. 19.

Cum audiſſet Abigail virum ſuum Nabal, dure reſpondiſſe nuntiis David, feſtinavit, & tulit diverſa xenia: & David iratum placavit. 2. Reg. 25.

Gravem contumeliam ab ancilla prolatam valde patienter tulit Sara filia Raguelis, nec ei aliquid reſpondit, ſed ad orationem ſe convertit. Tob. 3.

Mira ſtrenuitas fuit in Judith quæ tantum factum auſa fuit cogitare, ſicut de Holofernis occiſione in proprio papilione. Jud. 8. Et deinceps.

Eſther regina expoſuit ſe periculo moriendi pro liberatione populi ſui, quando non vocata ad regem ire præſumpſit. Eſther 5.

Supra modum mater mirabilis, quæ pereuntes ſeptem filios ſub unius diei tempore conſpiciens bono animo ferebat, & fœmineæ cogitationi maſculinum animum inſerebat, 2. Mach. 7.

Fortiſſima fuit beata Virgo Maria, & continendo gaudium quod habuit de filii conceptione, nativitate, Magorum adoratione, & ipſius educatione, prædicatione, miraculorum operatione, & reſurrectione. Item ſuſtinendo dolorem quem paſſa fuit in ipſius filiis paſſione.

Valde fuit mirabile de audacia Mariæ Magdalenæ, quæ paſſioni Domini affuit, & toties ad ſepulcrum ejus venit. Recedentibus etiam diſcipulis dilectiſſimis non recedebat, ſed ſtans ibidem plorabat. Ipſam etiam nimis audacem faciebat amor, cum dicebat. Domine ſi tu ſuſtiliſti eum, dicito mihi. Joan. 20.

Caput CXXVII.

De aviditate mulierum.

PRima mulier vidit lignum pulchrum, & delectabile, & ſtatim A ſequitur, quod ſine deliberatione, ſine viri conſultatione tulit de fructu illius, & comedit. Gen. 3.

Sara licet eſſe bona, tamen ita deſiderabat habere liberos, quod prius voluit habere de ancilla filium, quam nullum. Gen. 12. Ingredere ad ancillam meam, &c.

Interrogata Rebecca an vellet ire cum ſervo Abrahæ, continuo reſpondit, Vadam, non dixit, nolo ire, ſi placet vobis, vel hujuſmodi. Gen. 24.

Filiæ Loth potius voluerunt de patre liberos ſuſcipere, quam ſine liberis permanere. Gen. 19.

Cernens Rachel, quod infœcunda eſſet invidit ſorori ſuæ, & ait mari- B to ſuo: Da mihi liberos alioquin moriar. Gen. 30.

Dina cupiens videre mulieres regionis illius, viſa fuit a quodam nomine Sichem & vi oppreſſa ab eo: quid ergo de illis, quæ volunt videre viros, & videri ab eis? ſi male frequenter eis accidat, non eſt mirum. Gen. 34.

Domina cui ſerviebat Joſeph non expectabat virum, quod ſolicitaretur ab illo, ſed ipſum nimis procaciter requiſivit. Gen. 39.

Axa filia Caleb obtinuit a patre terram irriguam, quia ſcilicet eam *ſuſpirando inſtanter petivit, Joſ. 15.*

Tantum inſtitit uxor Samſon apud eum, quod dixit ei obſcuram propo- C ſitionem, quam parentibus noluerat indicare. At illa ſtatim revelavit inimicis ſuis, quamquam eſſet in damnum viri ſui. Jud. 14.

Dalila per importunitatem ſuam evicit, ut Samſon diceret ei, in quo fortitudo ejus maxima conſiſtebat. Jud. 16.

Anna mater Samuelis præ deſiderio habendi liberos flebat, & non capiebat cibos. 1. Reg. 1.

Multum deſiderabat habere filium illa, quæ rapuit alienum, de qua. 3. Reg. 3.

Ita concupivit Jezabel vineam Naboth tradere viro ſuo, quod duos falſos teſtes nequiter procuravit, & fecit Naboth crudeliter lapidari. 3. Regum 21.

Cum vellet ire mulier Sunamitis

ad

Digitized by Google

ad Eliſeum, & vir ejus non plena- A
rie conſentiret, reſpondit illa: Vadam, ſtravitque aſinam; & præcepit puero; Mina, & propera, ne mihi moram facias in eundo, & hoc age quod præcipio tibi. 4 Reg. 4.

Athalia mater Ochoziæ regis concupiſcens regnare ſuper terram interfecit omne ſemen regium, excepto Joas infantulo, qui furtim abſconditus fuit. 4 Reg. 11.

Anna uxor Tobiæ circumſpiciebat quotidie, & circuibat vias, per quas ſpes remeandi videbatur, ut ſi fieri poſſet, procul videret filium venientem. Tob. 10.

Eſther fuit contenta ex eo, quod rex dederat ei domum Aman, & quod Judæi occiderant in ſola civitate Suſis B
viros quingentos: ſed etiam in craſtino fecit trecentos occidi. Eſther. 9.

Mulier Chananæa ſanitatem filiæ obtinuit precibus importunis. Matth. 15.

Mater filiorum Zebedæi non expectavit, quod Dominus remuneraret filios ſuos ſecundum exigentiam meritorum, ſed petiit ante tempus unum poni ad dexteram Domini in regno ſuo, & alium ad ſiniſtram. Matt. 20.

Ponit Dominus exemplum viduæ, quæ ita fuit moleſta judici, nec Deum timenti, nec homines, quod tandem ipſam de ſuo adverſario vindicavit. Luc. 19.

Herodias inſidiabatur Joanni Baptiſtæ, & tanto odio perſequebatur, quod C
magis elegit filiam ſuam petere caput Joannis, quam dimidiam partem regni Herodis. Mar. 6.

Puella quædam nomine Rhode intelligens Petrum pulſare ad januam, præ gaudio non aperuit ei, ſed dimittens eum foris cucurrit, & introſtantibus nuntiavit. Act. 12.

Caput CXXVIII.

De mulierum fallaciis.

OCcaſione Eva deceptus eſt Adam, licet non fuerit ſeductus in eo, in quo Eva fuit ſeducta, ſed tamen de ligno vetito Eva ſuadente comedit. Gen. 3.

Sara riſit audita promiſſione de conceptione filii: redarguta autem a Domino ejus diffidentia, ſeipſam mendaciter excuſavit. Gen. 18.

Duæ filiæ Loth volentes ex patre ſuo concipere, cum verbis eum fortaſſis ad hoc inducere non auderent: mediante vino propoſitum peregerunt. Gen. 19. Bene igitur alium hominem decepiſſent, quando nec patri proprio pepercerunt.

Rachel patrem proprium quærentem idola ſua pulchra adinventione deluſit. Gen. 38.

Domina Joſeph ipſum apud virum ſuum nequiter accuſavit, ut ſeipſam mendaciter excuſaret, & decipiens virum ſuum, de ipſo Joſeph ſe impiiſſime vindicavit. Gen. 39.

Obſtetrices Hebræorum licet piam intentionem habuerint in reſervatione puerorum, tamen Pharaonem regem Ægypti adinventione mendacii fefellerunt. Exod. 1.

Mulieres Moabitides filios Iſrael deceperunt, contra quos Balaam Ariolus cum omnibus magicis artibus ſuis nihil potuerat operari. Num. 25.

Rahab meretrix abſcondit exploratores Joſue, & illos, qui quærebant eos, fecit currere uſque ad vada Jordanis dicens, quod exierant clauſa porta. Joſ. 2.

Egreſſa Jahel in occurſum Siſaræ dixit ad eum: Intra ad me domine mi, ne timeas, & poſtmodum illum dormientem occidit. Jud. 4.

Uxor Samſonis fundens apud eum lacrymas dicebat: Odiſti me, idcirco problema non vis mihi exponere, cui ille in damnum proprium revelavit. Jud. 4.

Dalila moleſta fuit Samſoni jugiter per multos dies ſpatium ad quietem non tribuens, & defecit anima ejus, & ad mortem uſque laſſata eſt, tunc victus Samſon fortiſſimus ſtulte aperuit ei totum. Jud. 16.

Michol intelligens, quod Saul pater ſuus quærebat virum ſuum David uſque ad mortem, fecit eum fugere, & poſuit ſuper lectum ſuum, &c. 1 Reg. 19.

Viri qui nuntiare debebant David ſtatum Abſalom, fuerunt poſiti in puteo, & mulier quædam ponens velamen ſuper os putei ipſos re-

receſſiſſe mentita eſt. 2. Reg. 17.

Cum eraſiſſet Saul omnes Magos de terra, nihilominus una mulier fuit inventa, quæ erat in illa arte perita. 1 Reg. 28.

Mulier viſa ſatis a longe animum David, male incitavit. 2 Reg. 11 quid ergo quando de propinquo videt, & videtur, loquitur, & auditur.

Depravatum eſt cor Salomonis per mulieres, & quod plus factum inopinabile erat, ad tantam inſaniam deduxerunt eum, ut coleret deos earum. 3 Reg. 11.

Uxor Jeroboam ſimulavit ſe aliam ut Prophetam falleret non valentem videre præ nimia ſenectute. 3 Reg. 14.

Excogitavit Jezabel iniquum modum acquirendi vineam Naboth, quem Achab impiiſſimus, vel neſciebat, vel facere non audebat. 3 Reg. 21.

Fefellit Holofernem Judith, a facie cujus terra tremere videbatur. Judith 10. & deinceps, quamvis illa optima intentione fecerit, ſcilicet pro liberatione populi Dei.

Herodes metuebat Joannem Baptiſtam, ſciens eum virum juſtum, & ſanctum: & audito eo multa faciebat, & tamen Herodias quæ inſidiabatur Joanni tantum laboravit quod fecit eum in carcere decollari. Mar. 6.

Saphira uxor Ananiæ mentita fuit Petro de agri pretio, ſed mendacium illud fuit per Petrum graviſſime punitum. Act. 5.

Caput CXXIX.

De mulierum ſtultiloquio.

EVa legitur primo locuta fuiſſe cum ſerpente, quam cum Deo ad orandum, vel cum viro ſuo ad aliquam eruditionem percipiendum. Gen. 3.

Promittente Domino, quod Sara eſſet filium paritura, cum primo illa riſiſſet præ diffidentia, negavit poſtea ſe riſiſſe. Gen. 28.

Cernens Rachel, quod infœcunda eſſet, ait viro ſuo: Da mihi liberos, alioquin moriar, quaſi eſſet in ipſius

A Jacob poteſtate de ſterili fœcundam facere. Gen. 30.

Uxor Samſonis ſtatim ut ſcivit obſcuram propoſitionem viri ſui, indicavit civibus ſuis in damnum mariti. Jud. 16.

Cum vidiſſet Dalila, quod Samſon confeſſus eſſet ei omnem animum ſuum, quomodo ſcilicet fortitudinem ſuam amittere poſſet, inimicos illius vocavit, & ſtatim eis revelavit. Jud. 16.

Quia David pro magna devotione ſaltaverat coram arca Domini, Michol filia Saul ironice dixit ei; Quam glorioſus fuit hodie rex Iſrael, &c. 2 Reg. 6.

Cum dixiſſet Tobias de hædo. Vi-

B dete ne furtivus ſit, &c. Anna uxor ejus irata reſpondit; Manifeſte vana eſt ſpes tua, &c. Tob. 2.

Sara filia Raguel increpante ancillam juſte, illa impatienter, & iniurioſe reſpondit: Amplius ex te non videamus filium, aut filiam ſuper terram, &c. Tob. 3.

Cum contenderent coram Salomone duæ mulieres meretrices, illa ſtulte & nequiter locuta eſt, quæ dixit de infante, Nec mihi, nec tibi, ſed dividatur. 3 Reg. 3.

Uxor Aman audiens querimoniam, quam vir faciebat de Mardochæo reſpondit: *Jube parari excelſam trabem, & appendatur in ea*. Eſther. 5.

Sedente Job in ſterquilinio, & ſa-

C niem defluentem teſta radente dixit ei uxor ejus: Benedic Deo, & morere, ſed ille bene, & diſcrete reſpondit: Quaſi una de ſtultis mulieribus locuta es. Job 2.

Petitio matris filiorum Zebedæi non fuit a Domino approbata, quando dixit: Dic ut ſedeant hi duo filii mei, &c. Matth. 2.

Multa verba rudia, & ſimplicia dixit Domino mulier Samaritana, antequam impingeret in veritatem. Joan. 4.

Caput CXXX.

De mulierum ornatu ſuperfluo.

Thamar nurus Judæ filii Jacob volens ſocerum allicere, ut ex illo conciperet, depoſitis viduitatis veſtibus ornavit ſe, & aſſumpſit theriſtrum Gen. 38.

Audito adventu Jehu, qui occiderat Joram regem Iſrael; Jezabel depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornavit caput ſuum. 4 Reg. 9.

Teſtatur Judith, quod ornamenta quæ aſſumpſit, deceperunt Holofernem. Jud. 16. Induit ſe veſtimento lætitiæ, unxit faciem ſuam unguento, colligavit cincinnos ſuos mitra ad decipiendum illum, &c.

B De Eſther legitur, quod quando debuit ad regem intrare, non quæſivit muliebrem cultum, ſicut faciunt aliæ mulieres. Eſther 2.

Comminando dicitur Iſa. 3. Auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & diſcriminalia & multa alia ponuntur ibi.

Reprehenſibilem habitum malæ mulieris deſcribit Salomon. Prov. 7. Conſidero vecordem juvenem, occurrit illi mulier ornatu meretricio præparata ad capiendas animas, garrula, & vaga, quietis impatiens, &c.

Non movetur ſine cauſa Sapiens, qui ait. Eccl. 9. Averte faciem tuam a muliere compta: mulier enim compta, & ornata magis incitat ad peccatum.

Mulieri non ſit extrinſecus capillatura, aut circumdatio auri, aut veſtimentorum cultus. 1 Pet. 3.

Caput CXXXI.

De morte in generali.

Quia vera eſt ſententia Dei, quia dixit homini. Gen. 3. In quocumque die comederis ex eo, morte morieris, planum eſt quod ſtatim poſt peccatum homo moritur. Unde homo vivens quaſi continue moritur ſecundum Auguſt. 14. De Civitate Dei.

A Cum tot annis vixerint homines ante diluvium, tamen ſignanter dicit ſcriptura poſt deſcriptionem vitæ eorum, & mortuus eſt. Gen. 5.

Si patres antiqui mortem timebant, & longam vitam optabant, non erat mirum: nam ipſi non poterant adhuc in cælum aſcendere, nec divina perfrui viſione, donec Salvator advenit, qui aperuit januas paradiſi, unde ſanctus Loth admonitus ab Angelo, ut ſalvum faceret ſe in monte; timuit illo ire, ne forte apprehenderet illum malum, & moreretur ibi. Gen. 19.

Etiam mali optant bene mori. Num. 23. Moriatur anima mea morte juſtorum, dixit Balaam.

Quamvis Moyſes vellet obedire imperio Domini, qui noluit eum tranſire Jordanem, tamen ſatis videtur, quod libenter plus vixiſſet, ſi Dominus voluiſſet. Deut. 4. Iratus eſt Dominus contra me, &c. Ecce morior in hac humo, non tranſibo Jordanem.

Magna pars mercedis de cuſtodia Moſaicæ legis in longa vita conſiſtere videbatur. Deut. 32. Ponite corda veſtra in omnia verba quæ teſtificor vobis, quæ facientes longo perſeverabitis tempore in terra ad quam ingredimini poſſidendam.

Maluerunt Zebee & Salmana occidi manu Gedeonis ſtrenui viri, quam manu Jether juvenis filii ſui. Jud. 8.

Noluit David flere pro mortuo filio, C qui fleverat pro infirmo. 2 Reg. 12.

Cum ſederet elias ſubter unam juniperum petivit animæ ſuæ, ut moreretur, & ait: Sufficit mihi Domine, tolle animam meam, &c. 3 Reg. 19.

Ezechias rex Juda ambulavit coram Deo in veritate, & fuit valde bonus; tamen quando nunciatum fuit ei per Iſaiam, quod mori deberet, oravit Dominum fletu magno, ut adhuc vitam ejus prolongaret, &c. Iſa. 39.

Tobias audita provocantis uxoris reſponſione ingemuit, & cœpit orare dicens; Juſtus es Domine, &c. præcipe in pace recipi ſpiritum meum. Expedit enim mihi mori magis quam vivere. Tob. 3. poſtea ſequitur in capitulo 4. cum putabat orationem ſuam

Digitized by Google

exaudiri, ut mori potuiſſet, vocavit filium ſuum, &c.

Sara filia Raguelis accepta ab una de ancillis gravi contumelia, oravit Dominum, & dixit inter cetera. Peto Domine, ut de vinculo improperii hujus abſolvas me, aut certe deſuper terram eripias me. Tob. 3.

Coram rege Sedecia proſtravit Jeremias preces ſuas, ne remitteret eum in carcerem, in quo prius fuerat, ne moreretur ibi. Jere. 37.

Per mortem crucis, quam Salvator voluit ſuſtinere, oſtendit manifeſte, quod non ſolum mors, ſed etiam quodcumque genus mortis ab homine juſto pro divina obedientia, & juſtitia prompte debebat ſuſtineri.

Ante adventum Spiritus ſancti nimis timuerunt mortem Apoſtoli, qui comprehenſo Domino omnes eum reliquerunt, & fugerunt. Matth. 26. Poſtquam vero fuerunt virtute ex alto roborati, & induti, coram principibus, & tyrannis fiducialiter loquebantur, in Act. quaſi per totum.

Parum timebat, immo non timebat mortem Paulus qui dicebat, Non ſolum alligari, ſed etiam mori in Hieruſalem paratus ſum propter nomen Domini Jeſu Chriſti, &c. Act. 21.

Item ſi nocui Judæis, aut dignum morte aliquid feci, non recuſo mori. Act. 25.

Advertere eſt autem, quia cum plerumque inſidias devitans Judæorum de civitate in civitatem fugiebat non timore mortis hoc faciebat, ſed quia furori malorum cedens pluribus ſe vivum etiam reſervabat.

CAPUT CXXXII.

De ſepulturis.

CUm magna diligentia emit Abraham agrum, in quo uxorem mortuam ſepelivit. Gen. 23.

Noluit Jacob ſepeliri cum malis hominibus in Ægypto, ſed adjuravit Joſeph, ut eum mortuum ad patrum ſuorum ſepulcra deferret. Gen. 47.

Hoc ipſum repetiit poſt benedictionem filiorum ſuorum inſtante morte ſua, quod Joſeph ſolicitus implevit. Gen. 49. & 50. Exiens Moyſes de

A Ægypto tulit oſſa Joſeph ſecum, Exod. 13.

Commendavit David multum viros Jabes Galaad, eo quod cadavera Saul, & filiorum ejus reverenter tradiderant ſepulturæ. 1 Reg. 31 & 2 Reg. 1.

Pœna viri Dei, qui panem contra divinum mandatum in domo mali Prophetæ comedit, fuit una, quod non fuit ſepultus in ſepulcro patrum ſuorum. 2 Reg. 13. Jehu rex *Iſrael*, qui fecerat occidi Jezabel, fecit eam ſepeliri, eo quod ipſa fuerat filia regis. 4 Reg. 9.

Commendatur Tobias de hoc, quod periculo vitæ ſuæ corpora occiſorum rapiebat, & ſepulturam eis ſolicitus

B exhibebat. Tob. 1 & 2.

Prima admonitio inter illas ſalubres, quas fecit Tobias filio ſuo, fuit de ſua, & uxoris ſuæ ſolicita ſepultura. Tob. 4.

Judæi accuſatores impii Menelai fuerunt per judicium iniquum morte condemnati, erga quorum ſepulturam Tyrii liberaliſſimi extiterunt. 2 Mach. 4.

Poſt prælium contra Gorgiam commiſſum venit Judas Machabæus, ut corpora proſtratorum tolleret, & cum parentibus ſepeliret. 2 Mac. 12.

Diſcipuli beati Joannis Baptiſtæ audito quod *decollatus erat ab Herode*, venerunt, & tulerunt corpus ejus & ſepelierunt illud. Mat. 14. Mar. 6.

C Apparet Dominum Jeſum Chriſtum de ſua ſepultura curaſſe, per hoc quod reſpondit Judæ murmuranti de unguento, quod ſecundum eum venundari debuiſſet, Sine, inquit, illam, ut in diem ſepulturæ meæ ſervet illud. Joan. 12.

Sepultus fuit Dominus per Joſeph, & Nicodemum in ſepulcro novo exciſo in petra, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Matt. 27. Mar. 15. Luc. 23. Joan. 19.

Curaverunt viri timorati Stephanum a Judæis lapidatum ſepelire, & fecerunt planctum magnum ſuper eum. Act. 8.

CA-

Digitized by Google

Caput CXXXIII.

De horrenda morte malorum.

CAin qui occidit Abel fratrem ſuum, occiſus eſt a Lamech. Gen. 4.

Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulphur, & ignem de cœlo, & ſubvertit quinque civitates deteſtabili peccato furentes, & omnem circa regionem. Gen. 19.

Sichem filius Hemor, qui oppreſſit Dinam filiam Jacob, interfectus fuit a filiis Jacob, & omnes maſculi civitatis. Gen. 34.

Aquæ maris rubri operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, nec unus quidem remanſit. Exo. 14. & quidem ſatis juſte, ut cujus cor non potuit, dum viveret emolliri, corpus ejus in aqua totaliter mergeretur.

Nadab, & Abiu filii Aaron offerentes ignem alienum coram Domino, devorati ſunt ab igne Domini, & mortui. Levit. 10.

Præcepto Domini filii Iſrael eduxerunt blaſphemum extra caſtra, ac lapidibus oppreſſerunt. Lev. 24.

Chore, & Datan, & Abiron, & eorum complices Moyſi rebellantes deſcenderunt in infernum operti humo. Num. 16.

Alii etiam murmurantes, & diverſa committentes peccata variis mortibus interierunt in deſerto, ita quod de ſexcentis millibus hominum pugnatorum, duo tantum terram promiſſionis intraverunt.

Quoniam Achab tulit de anathemate Jericho furtive, lapidavit eum omnis Iſrael, & cuncta quæ illius erant igne conſumpta fuerunt. Joan. 7.

Comprehenderunt filii Iſrael Adonibezec cæſis ſummitatibus manuum ejus, ac pedum, itaut fecerat ipſe ſeptuaginta regibus, adduxeruntque eum in Hieruſalem, & ibi mortuus eſt. Jud. 1.

Tulit Jabel uxor Haber Cinæi clavum tabernaculi, & defixit in cerebrum Siſaræ, qui ſoporem morti ſocians defecit, & mortuus eſt. Jud. 4.

Si Zebee, & Salmana ſervaſſent fratres Gedeonis, pepercisset eis Gedeon, A & quia eos occiderunt, & ipſi a Gedeone occiſi fuerunt. Judic. 8.

Una mulier jaciens ſuper caput Abimelech fragmen molæ confregit cerebrum ejus, qui vocavit armigerum ſuum, & juſſit ſe ab eo interfici, & reddidit ei Dominus malum, quod fecerat interficiens ſeptuaginta fratres ſuos. Jud. 9.

Cum audiſſet Heli arcam Domini eſſe captam, cecidit de ſella retrorſum juxta oſtium, & fractis cervicibus mortuus eſt. 1 Reg. 4.

Superbum Goliath, & Blaſphemum, David puer inermis non habens uſum armorum gladio illius proprio interfecit. 1 Reg. 17.

Saul qui tam inique invidia motus B perſecutus fuerat David, tandem arripiens gladium & irruens ſuper eum mortuus eſt. 1 Reg. 31.

Adoleſcens qui dixit ſe Saul occidiſſe, jubente David occiſus eſt, cui putabat proſpera nunciare. 2 Reg. 1.

Simile accidit duobus latronibus, qui caput Isboſeth filii Saul tulerunt ad David. 2 Reg. 4.

Primogenitus David Amnon oppreſſit ſororem ſuam Thamar, & paulo poſt occiſus eſt jubente Abſalom fratre ſuo, cum comederet cum eo. 2. Reg. 13.

Videns Achitophel, quod non fuiſſet factum conſilium ſuum, quod dederat contra David, abiit in domum ſuam, & ſuſpendio interiit. 2. Reg. C 17.

Libidine dominandi Abſalom multum afflixit patrem ſuum David, ſed antequam aſſecutus eſſet propoſitum, ſuſpenſus fuit inter cælum, & terram. 2. Regum 18. Seba filius Bochri concitavit populum contra David, & fugiens in Abelam civitatem, ubi putabat habere refugium, & auxilium, & decapitatus fuit ibidem. 2. Reg. 20.

Quamvis Joab fuit miles ſtrenuus & fidelis: quia tamen occidit duos milites proditioſe juſſus eſt occidi moriente David. 3. Reg. 2

Regi Iſrael peſſimo Ela rebellavit Zambri, & occidit eum, qui poſt ſeptem dies ingreſſus eſt regium palatium, & ſuccendit ſe cum ipſa domo. 3 Reg. 16.

Digitized by Google

Vulneratus Achab in bello mortuus eſt veſperi, & linxerunt canes ſanguinem ejus in eodem loco, in quo linxerant ſanguinem Naboth, qui diſſimulante ipſo Achab cum emendare deberet, & poſſet, fuerat lapidatus. 3 Reg. 22.

Cum aſcenderet Eliſeus in civitatem Bethel, quidam pueri male eruditi illudebant ei, egreſſique ſunt duo urſi, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros. 4 Reg. 2.

Unus de ducibus qui erat cum rege Iſrael noluit credere verbis Eliſei futuram abundantiam prædicentis, in craſtino vero conculcavit eum turba hominum ad ſpolia currentium, & mortuus eſt. 4 Reg. 7.

Benadab rex Syriæ, qui multa mala intulit filiis Iſrael, fuit demum ad Hazael ſervo ſuo jugulatus. 4 Reg. 8.

Videns Jehu impiam Jezabel, quæ multorum fuerat cauſa malorum, iuſſit eam præcipitari deorſum, & fuit ita equorum ungulis conculcata, quod licet fuerit filia regis, non fuit tradita ſepulturæ. 4 Reg. 9.

Athalia mater Ochoziæ interfecit omne ſemen regium, ut poſſet regnare ſuper populum, & poſtmodum turpiter interfecta fuit juſſu Jojadæ ſacerdotis. 4 Reg. 11.

Rex Juda malus, & ingratus Joas, qui fecit Zachariam *filium Jojadæ* pontificis crudeliter lapidari, poſtea occiſus eſt a ſervis ſuis. 4 Reg. 12.

Sennacherib rex Aſſyriorum ſuperbiſſimus, & in Deum cæli blaſphemus, poſtquam de terra Juda confuſus aufugit, a filiis ſuis occiſus fuit. 4 Reg. 19.

Sedecias rex Juda malus apud Deum, & homines, comprehenſus eſt fugiens, ante cujus oculos rex Babylonis proprios filios fecit occidi: deinde exoculatus in Babylonem fuit ductus, & ibidem miſerabiliter mortuus. 4 Reg. ult.

Multas terras cepit, & deſtruxit Holofernes, tandem dormiens inebriatus per manum mulieris decapitatus fuit. Jud. 13.

Superbiſſimus Aman, qui faciebat ſe ab hominibus adorari, ſuſpenſus eſt in patibulo, quod ipſe paraverat Mardochæo. Eſt. 7.

A Balthaſar rex Babylonis non eſt correctus per exemplum Nabuchodonoſor patris ſui, qui ante eum fuit mutatus in beſtiam, & cum eſſet in convivio, vidit ſcripturam Mane; Thecel, Phares, & eadem nocte interfectus eſt, & regnum ejus ad Medos, & Perſas translatum. Dan. 5.

Accuſatores Danielis iubente Dario rege miſſi ſunt in lacum leonum, & a leonibus devorati. Dan. 6. Simile accidit. Dan. 14.

Poſtquam Alexander rex *decidit* in lectum, dicitur quod cognovit, quia moreretur, quaſi antea mortis memoriam, ſeu notitiam non haberet. 1 Mac. 1.

Percuſſus fuit Alcimus proditor, & diſſolutus fuit paralyſi, nec ultra po-
B tuit loqui, & mandare de domo ſua, & mortuus eſt cum tormento magno. 1 Mach. 9.

Contriſtatus eſt rex Antiochus de hoc quod Andronicus injuſte occiderat Oniam ſummum ſacerdotem, & juſſit Andronicum occidi in eodem loco, in quo in Oniam impietatem commiſerat. 2 Mac. 4.

Multis ſacrilegiis a Lyſimacho commiſſis in templo, congregata eſt multitudo adverſus eum, & ipſum ſecus ærarium interfecerunt. 2 Mac. 4.

Jaſon impius, qui proprium fratrem Oniam captivaverat, & multos de patria *ſua expulerat, peregre periit*, & inſepultus, & illamentatus abjectus fuit. 2 Mach. 5.

C Antiochus qui multorum torſerat viſcera, paſſus dirum dolorem viſcerum miſerabili obitu peregre in montibus vita defunctus eſt. 2. Mach. 9.

Menelaus qui malitioſe obtinuit modico tempore principatum, de alta turri fuit præcipitatus in cinerem inferius congeſtum. 2 Mac. 13.

Homo ille dives cuius ager uberes fructus attulit, cum cogitaret deſtruere horrea ſua, & facere maiora, plus credebat habere de vita: ait autem illi Dominus, Stulte hac nocte, &c. Luc. 12.

Terribile eſt valde illud exemplum de divite famoſo Epulone, qui mortuus eſt, & ſepultus in inferno, &c. Luc. 16.

Herodes ſedens pro tribunali, & veſtitus veſte regali concionabatur ad po-

Digitized by Google

A populum: populus autem acclamabat Dei voces, & non hominis : confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo, & conſumptus a vermibus expiravit. Act. 12.

Caput CXXXIV.

De pretioſa morte juſtorum.

Cum eſſent in agro Cain & Abel, conſurrexit Cain adverſus Abel fratrem ſuum, & interfecit eum. Gen. 4. rationem autem tangit Joannes dicens, Quoniam opera ipſius Abel erant juſta. 1 Jo. 3.

B Ambulavit Henoc cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. Gen. 5.

Mortuus eſt Abraham in ſenectute bona, provectæque ætatis, & plenus dierum, congregatuſque eſt ad populum ſuum. Gen. 25.

Completi ſunt dies Iſaac centum octuaginta annorum, conſumptuſque ætate mortuus eſt, & appoſitus eſt populo ſuo ſenex, & plenus annorum, Gen. 35.

Jacob finitis mandatis, quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum ſuum, & obiit, & appoſitus eſt ad populum ſuum. Gen. 49.

Cum adiuraſſet Joſeph fratres ſuos, atque dixiſſet: Deus viſitabit vos, aſportate vobiſcum oſſa mea de loco iſto, mortuus eſt &c. Gen. 50.

Aſcenderunt Moyſes, & Aaron iuxta mandatum Domini in montem Hor, coram omni multitudine, cumque Aaron expoliaſſet ſe veſtibus ſuis, induit eis Eleazarum, & mortuus eſt ibi Aaron. Num. 20.

Moyſes ſervus Domini mortuus eſt in terra Moab iubente Domino, & ſepelivit eum Dominus, ſed non cognovit homo ſepulcrum eius uſque in præſentem diem. Deut. 34.

David poſt inſtructionem filii ſui Salomonis, & orationem, quam fecit ad Dominum pro eo, & toto populo, mortuus eſt in ſenectute bona, plenus dierum, divitiis, & gloria. 1 Paral. 29.

Cum pergerent ſimul Elias, & Eliſeus, ecce currus igneus, & equi ignei diviſerunt utrumque, & aſcendit Elias per turbinem in cælum. 4. Reg. 2.

Spiritus Domini induit Zachariam filium Joiadæ, & dixit populo; Quare tranſgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit. Qui congregati adverſus eum miſerunt lapides iuxta regis imperium, & ſic interfectus eſt. 2 Paral. 24.

Tobias in hora mortis ſuæ, vocavit Tobiam filium ſuum, & ſeptem iuvenes nepotes ſuos, dixitque eis prope eſt Ninive interitus, &c. Tob. 14. Et de Tobia filio eius, dicitur paulo poſt, Completis anni nonaginta novem in timore Domini, cum gaudio ſepelierunt eum omnis cognatio eius.

Vixit Job poſt flagella centum quadraginta annis, & vidit filios filiorum uſque ad quartam generationem, & mortuus eſt ſenex, & plenus dierum. Job 42.

Noluit David flere pro filio innocente mortuo, qui fleverat pro infirmo, ſed multum flevit pro parricida ſuſpenſo. 2 Reg. 12. & 18.

Poſt inſtructionem, & confortationem filiorum Mathathias benedixit eos & defunctus appoſitus eſt ad patres ſuos. 1 Mac. 2.

Videns Judas Machabæus multitudinem hoſtium, & paucitatem ſuorum, ait : Si propinquaverit tempus noſtrum, C moriamur in virtute propter fratres noſtros. 1 Mac. 6.

Eleazarus propter multa tormenta ſibi illata, vita deceſſit univerſæ genti memoriam mortis ſuæ ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens. 2 Mac. 6.

Septem illis fratres cum pia matre ſua finem miro modo laudabiliter fecerunt. Et poſſunt ibi multa notari virtutis exempla. 2 Mac. 7.

Pro veritate & maritali honeſtate Jo. Baptiſta decollatus fuit ab Herode Tetrarcha, Mat. 14. Mar. 6.

De illo famoſo paupere Lazaro ſcriptum eſt. Luc. 6. Factum eſt ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ, &c.

Qualitercumque vixerit ille Latro, cui pendenti dixit Chriſtus : Hodie me-

mecum eris in paradiſo, feliciter mortuus eſt. Luc. 23.

Dum lapidaretur beatus Stephanus invocabat Dominum, & dicebat: Domine Jeſu accipe ſpiritum meum. Poſitis autem genibus exclamavit voce magna dicens: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum, & cum hoc dixiſſet, obdormivit in Domino. Act. 7. Cui mortem noſtram facit ſimilem Redemptor, & Salvator noſter Dominus Jeſus Chriſtus, qui ſecundum Auguſtinum 4. De Trinitate per unam ſimplicem mortem ſuam, noſtram deſtruxit duplam. Qui (ut ait idem Auguſtinus de Civitate Dei) tantam fidei contulit gratiam, ut mors, quam vitæ conſtat eſſe contrariam, inſtrumentum fieret, quo tranſiretur ad vitam. Quam nobis concedat ipſe verus auctor ſalutis æternæ, qui eſt via, veritas, & vita, qui vitæ & mortis habet imperium. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit, & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Animadvertas, Lector, præcedens Opuſculum a Sixto Senenſi l. 4. ſuæ bibliothecæ Nicolao Anapo inſcribi, qui ex ordine Prædicatorum Patriarcha fuit Hieroſolymitanus, & ſub Sigiſmundo claruit ad ann. Domini 1430. Id quod fortaſſe Sixtus fecit, quod in recentioribus quibuſdam editionibus, huic auctori tribueretur.

Digitized by Google

SERIES OPUSCULORUM, ET EXPOSITIONUM,

Quæ Tomo hoc Nono continentur.

Sententiæ ſententiarum carmine digeſtæ.	pag. 1
De tribus ternariis peccatorum infamibus.	40
Confeſſionale.	52
Speculum Animæ.	94
Expoſitio Miſſæ.	128
Expoſitio in librum Eccleſiaſtes.	148
Biblia pauperum.	244

Digitized by Google

INDEX
RERUM, ET VERBORUM,
Quæ Tomo Octavo, & Nono
OPERUM S. BONAVENTURÆ CONTINENTUR.

A

ABuſio litterarum multa continet peccata. pagin. 111 *col.* 1 *a tom.* 9
Acceptio perſonæ quid. pag. 116 *col.* 2 *a b tom.* 9
Acedia quid. pag. 119 *col.* 1 *c to.* 9
de Acedia quomodo pœnitens interrogandus. pag. 75 *col.* 1 *b c to.* 9
Actuum quadruplex differentia. pag. 95 *col.* 1 *c & ſeq. to.* 9
Adam habuit ſapientiam innatam. pag. 45 *col.* 2 *c tom.* 8
Adulatio quandoque mortalis, & quandoque venialis. pag. 99 *col.* 2 *a b tom.* 9
Advocatio injuſta, quam frequenter peccata contineat. pag. 111 *col.* 1 *a to.* 9
Ægyptus quomodo interpretatur. pag. 52 *col.* 1 *c to.* 9
Affectio carnalis quid. pag. 115 *col.* 2 *a & ſeq. to.* 9
Affectiones ſunt ſeptem. pag. 61 *col.* 2 *a to.* 9
Affectus ſunt quatuor, & qui ſint, & quomodo boni, vel mali. pag. 66 *col.* 2 *c to.* 8
Agens quanto perfectius habet formam, qua agit, tanto eſt in agendo potentius. pag. 4 *col.* 1 *c to.* 8
Alleluja quid ſignificet. pag. 131 *col.* 1 *c to.* 9
Altaris ſignificatio, pag. 132 *col.* 2 *c &* 133 *col.* 1 *a to.* 9
Amen quid ſignificet. pag. 144 *col.* 1 *a b to.* 9
Amor ſui quomodo cauſa omnis peccati. pag. 46 *col.* 2 *c to.* 9
Amor ecſtaticus qualis ſit. pag. 39 *col.* 1 *a to.* 8
Amor divinus qualis. pag. 68 *col.* 1 *a to.* 8
Anima rationalis eſt ultimum, quod Phyſicus conſiderat. pag. 21 *col.* 1 *a b to.* 8
Anima rationalis eſt capax infiniti, tam quoad effectum, quam quoad cognitionem. pag. 5 *col.* 1 *a tom.* 8
Anima rationalis tres habet operationes. pag. 42 *col.* 1 *c & ſeq. to.* 8
Antiquorum opinio de animarum productione, ſcientiarum oblivione, & corporibus unione. pag. 66 *col.* 2 *a b to.* 8
Appetitus ſimilitudinis Creatoris eſt animæ eſſentialis, ideo erit in damnatis in inferno. pag. 22 *col.* 2 *b to.* 8
Aquæ in calice appoſitio quid ſignificet. pag. 133 *col.* 1 *b c to.* 9
Argumentum ab auctoritate quare infirmum, & inartificiale appelletur. pag. 3 *col.* 1 *b to.* 8
Ars procedit per modum quæſtionis, reſponſionis, oppoſitionis, ſolutionis, diffiniendo, dividendo, argumentando, & concludendo. pag. 10 *col.* 2 *a to.* 8
Avaritia quomodo venialis. pag. 106 *col.* 1 *c &* 2 *a to.* 9
de Avaritia quomodo pœnitens interrogandus. pag. 57 *col.* 2 *a b to.* 9

B

BEatitudo increata eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus. pag. 8 *col.* 2 *c to.* 8
Beatitudo creata eſt motus omnis veri boni conſolatione privatus. ibid.
Beatitudo noſtra in cujus potentiæ actu conſiſtat. pag. 38 *col.* 2 *a to.* 8
Beatitudo creata ſcientiæ ethicæ finis, & miſeriis plena. pag. 8 *col.* 2 *c to.* 8
Bellum, ut ſit juſtum, tria requirit. pag. 104 *col.* 2 *a to.* 9

Ca

C

Calumnia quid. pag. 103 col. 2 a to. 9
Canon Miſſæ cur a littera. T. incipiat. pag. 135 col. 1 a to. 9
Canonis ſacri Miſſæ qui auctores. pag. 134 col. 2 c to. 9
Canonis Miſſæ expoſitio. pag. 134 uſque ad 137 to. 9
Canones pœnitentiales. pag. 61 col. 2 c uſque ad 80 col. 1 c to. 9
Carnalis affectio quid. pag. 115 col. 2 a to. 9
Carnalis aſſimilatur porco, & quare. pag. 18 col. 2 a to. 8
Carnalitas, & cupiditas avertunt hominem a lege Dei; & duos mentis oculos excæcat. ibid. col. 1 c
Carnalitas eſt amor fœdus. ibid.
Charitas quid ſit. pag. 44 col. 2 b to. 9
Charitatis ordo quis. pag. 117 col. 1 c to. 9
Chriſti reſurrectionem ſeptem media oſtendentia. pag. 23 col. 2 a & ſeqq. to. 8
Chriſtianus quid debeat velle, & quærere. ibid. b
Chriſtus eſt finis legis. pag. 14 col. 1 a to. 8
Chriſtus eſt medium ſeptiforme eſſentiæ, ſcilicet per æternam generationem: naturæ per incarnationem: diſtantiæ per paſſionem: doctrinæ per reſurrectionem: modeſtiæ per Aſcenſionem: juſtitiæ per judicii examen: concordiæ per ſempiternam beatitudinem. ibid. & ſeq. & 19 col. 2 b & ſeq. to. eod.
Chriſtus dicitur caput, & quare. pag. 21 col. 1 c to. 8
Chriſtus dicitur medium, ut ſol, & quare. ibid. col. 2 b
Chriſtus ob ſuam paupertatem, humilitatem, & humanitatem dicitur medium, & centrum, & ideo in quo eſt noſtra ſalus. ibid. c & ſeq.
Chriſtus dicitur medium in ſua aſcenſione, quatenus docet nos debere imitari ipſum aſcendentes de virtute, in virtutem, quod fit per fidem virtutis medium. pag. 23 col. 2 c to. 8
Chriſtus fuit medium uniens potentiam infinitam cum penuria, immortalitatem vitæ cum vitæ mortalitate, & impaſſibilitatem cum paſſibilitate, & concludens impaſſibilitatem paſſibilem. ibid. col. 1 a
Chriſtus debet eſſe noſtræ locutionis initium, & quare. pag. 18 col. 2 c & ſeq. to. 8
Chriſtus eſt geminæ ſubſtantiæ quantum ad naturam, & geminæ potentiæ quantum ad officium, ſcilicet Deus & homo, rex & ſacerdos. pag. 15 col. 2 c & ſeq. to. 8
Chriſtus nullo legis ſcriptæ regimine indigebat. pag. 6 col. 1 a to. 8
Chriſtus etiam ſecundum quod homo non poterat peccare, nec quoad ſe in bono proficere, cum eſſet ſumme perfectus, ſecundum creaturæ capacitatem. pag. 5 col. 2 a & ſeq. to. 8
Chriſtus decies poſt reſurrectionem apparuiſſe legitur. pag. 146 col. 2 a to. 9
Chriſtus in ſacramento, cur ſub ſpeciebus panis & vini lateat. pag. 138 col. 2 c to. 9
Chriſti corpus multis de cauſis in Miſſa elevatur. ibid. col. 1 a & ſeq.
Chriſtus legis moralia executus eſt, judicialia temperavit, cæremonialium veritatem exhibuit, & figuralium veritatem elucidavit. pag. 5 col. 2 b to. 8
Chriſtum triplicem habebat ſapientiam, & quid qualibet earum cognoſcebat. pag. 45 col. 2 c to. 8
Chriſtus habuit triplicem gratiam. pag. 46 col. 1 b to. 8
Circumſtantiæ quæ dicantur. pag. 95 col. 2 c & ſeq. to. 9
de Circumſtantiis quomodo pœnitens interrogandus. pag. 60 col. 2 b & ſeq. to. 9
Comminatio quid. pag. 105 col. 1 b to. 9
Concupiſcentia quaſi vulnus inſanabile. pag. 43 col. 1 c to. 9
Concupiſcentia ſimilis animali enhydro. ibid.
Confeſſor qualiter in generali interrogare debeat. pag. 55 col. 2 a & ſeq. to. 9
Confeſſor non reſpiciat vultum pœnitentis. pag. 53 col. 2 c & ſeq. to. 9
Confeſſor alloqui debet pœnitentem pio, & ſuavi alloquio, & ad confeſſionem, & compunctionem allicere. pag. 54 col. 1 c & ſeq. to. 9
Confeſſor in judicio pœnitentiæ, perſonam non accipiat. pag. 55 col. 1 a & ſeq. to. 9
Confeſſor non adigat juramento pœnitentem ad abrenuntiandum peccato, niſi

in

Digitized by Google

in caſibus a jure expreſſis. pag. 61 col. 1 c to. 9
Confeſſor non abhorreat peccata pœnitentium. pag. 54 col. 1 b to. 9
Confeſſionis utilitates. ibid. col. 2 a & ſeq.
Confeſſionis locus qualis. pag. 53 col. 1 b & ſeq. to. 9
Confeſſorum, cur in canone Miſſæ non fiat commemoratio. pag. 136 col. 2 c & ſeq. to. 9
Conſcientiæ error quis. pag. 122 col. 1 a to. 9
Contemplationis ſpecies ſunt tres. pag. 47 col. 2 c to. 8
Contentio quid. pag. 104 col. 2 c to. 9
Contritus non vere dicitur aliquis quatuor modis. pag. 80 col. 1 c to. 9
Convitium quid. pag. 105 col. 1 c to. 9
Cor cum ſole maximam habet ſimilitudinem. pag. 21 col. 1 b to. 8
Corpus Chriſti multis de cauſis in Miſſa elevatur. pag. 138 col. 1 a & ſeq. to. 9
Correptio proximi omnibus eſt in præcepto. pag. 117 col. 2 a to. 9
Crudelitas quid. pag. 104 col. 1 b to. 9
Crucis ſacræ encomium. pag. 135 col. 1 c & ſeq. to. 9
Crucis trina ſignatio in Miſſa quid myſterii habeat. pag. 135 col. 2 c & ſeq. to. 9
Crucis ſigna, cur quinque ſuper calicem, & hoſtiam fiant. pag. 137 col. 1 c to. 9
Cupiditas, & carnalitas avertunt hominem a lege Dei, & duos mentis oculos excæcant. pag. 18 col. 1 c to. 8
Cupiditas eſt amor privatus. ibid.
Cupiditas aſſimilatur cani, & quare. ibid. col. 2 a
Curioſitas opponitur divinæ laudi, & quare. ibid. b

D

Damnificatio quid. pag. 103 col. 2 c to. 9
Detractio quid ſit. pag. 102 col. 1 a & ſeq. to. 9
Detractio duobus modis committitur. ibid.
Deum eſſe hominem eſt miraculum miraculorum. pag. 45 col. 2 a to. 8
Deus, Angelus, & homo quomodo differenter doceant. pag. 42 col. 2 c to. 8
Deus in tribus excedit auctoritatem cujuslibet creaturæ. pag. 3 col. 2 b to. 8
Deus habet primitatem inanteibilem, poteſtatem illimitabilem, & æquitatem inobliquabilem. ibid.
Deus magnus medicus magnum ſuſcepit ægrotum, genus ſcilicet humanum. pag. 12 col. 1 a to. 8
Deo convenit eſſe ſecundum rationem triformem. pag. 19 col. 2 a to. 8
Dies ſex, quibus mundus fuit conditus, quid denotent. pag. 47 col. 2 a & ſeq. to. 8
Digiti, quibus Chriſti corpus contingimus quomodo ſervandi. pag. 134 col. 2 a to. 9
Dilectio naſcitur ex impletione legis. pag. 18 col. 1 a to. 8
Dilectionis excellentia. ibid. & ſeq.
Diſciplina duplex. pag. 34 col. 1 b to. 8
Dominicæ diei obſervatio quomodo moralis, & quomodo cæremonialis. pag. 106 col. 2 b c to. 9
Dominicæ diei obſervatio eſt de jure divino. ibid.
Donum intellectus quomodo nobis detur, & quid nos ad ipſum diſponat. pag. 40 col. 1 c & ſeq. to. 8
Donum intellectus quale ſit, & an ſit multiforme. ibid.
Dotes Beatorum, tam animæ, quam corporis quibus virtutibus correſpondeant. pag. 30 col. 1 b & ſeq. to. 8
Duellum eſt peccatum mortale, & plura de eo. pag. 104 col. 2 b to. 9

E

Ebrietas quando peccatum mortale. pag. 113 col. 2 a b to. 9
Eccleſia eſt convocatio rationalium. pag. 17 col. 1 a to. 8. eſt unio rationalium. ibid.
Eccleſia dicitur columna, & firmamentum, & quare. ibid. col. 2 a
Eccleſia eſt natio diligens. pag. 18 col. 1 a to. 8
Epiſcopi ad populum ſalutatio in Miſſa quid ſignificet. pag. 130 col. 2 b to. 9
Epiſtola quid ſignificet, & unde ſumatur. pag. 131 col. 2 b to. 9
Error quid. pag. 98 col. 2 c to. 9
Errantes circa mundi creationem, ſcilicet quod fuerit æternus, unde occaſionem ſumpſerint. pag. 20 col. 1 c to. 8
Eſſe convenit Deo ſecundum triformem rationem. pag. 19 col. 2 a to. 8

Evan-

Digitized by Google

Evangelium quid ſignificet, & de modo, & loco ipſum dicendi. pag. 131 *col.* 2 *b & ſeq. to.* 9

F

Favor mali quot modis fiat. pag. 117 *col.* 1 *c to.* 9
F. in fidei rebus non deſunt rationes, ſed latent. pag. 3 *col.* 1 *b to.* 8
F. in fidei rebus vis auctoritatis ad aſſentiendum inclinat. ibid. c
Figuræ quamplurimæ explicantur librorum legalium. pag. 14 *col.* 2 *c & ſeq. to.* 8
Fortitudo politica, purgatoria, purgati animi, & exemplaris, quæ ſit. pag. 24 *col.* 2 *a & ſeq. to.* 8 *&* 64 *col.* 2 *c & ſeq. to. eod.*
Furtum quid. pag. 107 *col.* 1 *& ſeq. to.* 9

G

Graduale quid ſignificet. pag. 131 *col.* 1 *c to.* 9
Gratia quam faciat hominem fortem. pag. 28 *col.* 2 *c & ſeq. to.* 8
Gratia, alia curans, alia corroborans, alia conſummans, & quando quælibet detur, & conſummetur, & contra quid ſit. pag. 30 *col.* 1 *b & ſeq. to.* 8
Gratiarum atque ſcientiarum origo eſt Chriſtus. pag. 28 *col.* 2 *a to.* 8
Gratiam gratum facientem accipiens Deo gratiam reddere teneri optimis exemplis oſtenditur. ibid. & ſeq.
Gratiam volens, Virginem Matrem adeat. pag. 27 *col.* 1 *a to.* 8
Gratiarum copia deſcendit in nos per Verbum incarnatum, ipſpiratum, & crucifixum. pag. 26 *col.* 2 *c & ſeq. to.* 8
Gratiæ quis ortus, uſus, & fructus. ibid. b & 30 *col.* 2 *a to. eod.*
Gratiæ optima deſcriptio. ibid. & ſeq.
Gratitudo hominis erga Deum in quibus conſiſtat. pag. 40 *col.* 1 *c to.* 8
Gula quid. pag. 112 *col.* 1 *a to.* 9
Gulæ incontinentiæ fructus. ibid. c

H

Hebræa lingua dicitur loquela ſanctitatis, quia nullum habet vocabulum, quod proprie ſignificet aliquod turpe, ſed cum aliquid tale vult exprimere, hoc facit per verba tranſumpta, & accomodata. pag. 12 *col.* 1 *c &* 2 *a to.* 8
Hæſitatio quid. pag. 98 *col.* 2 *c to.* 9
Homo ſolus ex inferioribus creaturis poteſt peccare. pag. 47 *col.* 2 *a & ſeq. to.* 9
Homo, Angelus, Deus, quomodo differenter doceant. pag. 42 *col.* 2 *c to.* 8
Homo eſt ad imaginem Dei, & quomodo ipſa imago ſit naturalis, vel gratuita. pag. 38 *col.* 1 *a & ſeq. to.* 8
Hominem eſſe Deum eſt miraculum miraculorum. pag. 45 *col.* 2 *a to.* 8
Humilitas falſa quid. pag. 100 *col.* 1 *b to.* 9
Humilitatis virtus, & utilitas. pag. 22 *col.* 1 *a & ſeq. to.* 8
Hymnus Angelicus quid ſignificet, & a quo ſit editus. pag. 130 *col.* 1 *c & ſeq. to.* 9
Hypocriſis quid. pag. 100 *col.* 1 *c & ſeq. to.* 9

I

Jactantia quandoque mortalis, quandoque venialis. pag. 100 *col.* 2 *b to.* 9
Jejunare immunde quis dicatur. pag. 57 *col.* 2 *c to.* 9
Jejunium frangens peccat mortaliter. pag. 112 *col.* 2 *c to.* 9
Idumæus quid ſignificet. pag. 52 *col.* 1 *b c to.* 9
Ignorantia multiplex. pag. 121 *col.* 2 *a b to.* 9
Ignorantia ſecunda plaga. pag. 43 *col.* 2 *a & ſeq. to.* 9
Immiſericordia quando peccatum. pag. 111 *col.* 1 *c &* 2 *a to.* 9
Immodeſtia quid. pag. 112 *col.* 2 *c to.* 9
Impœnitentia duplex. pag. 122 *col.* 2 *c to.* 9
Improperium quid. pag. 105 *col.* 1 *c to.* 9
Inanis gloria quid. pag. 99 *col.* 2 *c to.* 9
ex Incontinentia quæ oriantur. pag. 117 *col.* 2 *b c to.* 9
Incuria quid. pag. 99 *col.* 2 *c to.* 9
Infirmitas tertia plaga animæ. pag. 43 *col.* 2 *b c to.* 9
Inboneſtas quid. pag. 114 *col.* 1 *c to.* 9
Inboneſtas habitus. ibid. col. 2 *c*
Inimici & mali ſunt diligendi, non tamen vitium. pag. 103 *col.* 1 *b to.* 9
Injuſtitia in contractibus quando committatur. pag. 109 *col.* 2 *a to.* 9
Inobedientia duplex. pag. 98 *col.* 1 *b to.* 9

Inſi-

Digitized by Google

Inſidiæ quid. pag. 101 *col.* 2 *a to.* 9
Intellectus triplex. pag. 43 *col.* 1 *b to.* 8
Intellectus noſter, ut eſt janua ſcientiarum, eſt a tribus. pag. 42 *col.* 1 *b & ſeq. to.* 8
Introitus Miſſæ quid ſignificet. pag. 129 *col.* 2 *c to.* 9
Inventæ rei retentio quando peccatum. pag. 107 *col.* 2 *b to.* 9
Invidia quid. pag. 101 *col.* 1 *a to.* 9
Invidia eſt contra pacem, & quare. pag. 18 *col.* 2 *a to.* 8
de Invidia quomodo pœnitens interrogandus. pag. 56 *col.* 2 *b c to.* 9
Joannes divinæ ſapientiæ terminator. pag. 19 *col.* 1 *a to.* 8
Ira quid. pag. 103 *col.* 1 *c to.* 9
Ira quotuplex. ibid.
de ira quomodo pœnitens interrogandus. pag. 56 *col.* 2 *c &* 57 *col.* 1 *a to.* 9
Iracundia eſt contra pacem, & quare. pag. 18 *col.* 2 *a to.* 8
Irreconciliatio quid. pag. 105 *col.* 2 *c to.* 9
Irregularitas, & de ejus diſpenſatione. pag. 85 *col.* 1 *a & ſeq. uſque ad* 93 *to.* 9
Irritatio quid. pag. 105 *col.* 1 *a b to.* 9
Judex quomodo debeat judicare. pag. 33 *col.* 1 *c to.* 8
Judicium perverſum quid. pag. 101 *col.* 2 *b to.* 9
Juramentum duplex eſt, aſſertorium, & promiſſorium. pag. 110 *col.* 1 *a to.* 9
Juramentum promiſſorium quando obliget. ibid. & ſeq.
Juramenti tres comites. pag. 109 *col.* 2 *c to.* 9
Jus civile, ſecundum legem divinam regulatur, & ordinatur, ſi ſit bonum, & ſervandum. pag. 9 *col.* 2 *c to.* 8
Juſtitia politica, purgatoria, purgati animi, & exemplaris, quæ ſit. pag. 25 *col.* 1 *a to.* 8 *&* 65 *col.* 1 *a & ſeq. to. eod.*
Juſtitia originalis in quo conſiſtebat. pag. 41 *col.* 2 *b to.* 9

K

Kyrie eleiſon quid ſignificet. pag. 130 *col.* 1 *c &* 2 *a to.* 9

L

Lætitia inepta fructus gulæ quando peccatum mortale. pag. 113 *col.* 2 *& ſeq. to.* 9
Lamech qui occidit Cain putans occidere feram non excuſatur. pag. 121 *col.* 2 *b to.* 9
Laudes divinas quis perſolvat. pag. 18 *col.* 1 *c to.* 8
Laus divina non eſt, ubi non eſt pax: nec pax eſt, ubi non eſt divinæ legis obſervatio. pag. 17 *col.* 2 *a to.* 8
Legem quomodo Chriſtus ſervaverit, temperaverit, adimpleverit, & elucidaverit. pag. 5 *col.* 2 *b & ſeq. to.* 8
Legis perfectæ circumſtantiæ oſtendentes ejus excellentiam, & nobilitatem. pag. 1 *to.* 8
Legislatores, & principes non ſunt legibus propriis de neceſſitate ſubiecti. pag. 5 *col.* 2 *c to.* 8
Lex Scripturæ ſacræ eſt a ſolo Deo inſtituta. ibid. col. 1 *c*
Lex Moſaica fuit a Deo per angelicum miniſterium, quoad principaliorem partem toti populo ſenſibilibus verbis expreſſa. ibid.
Lex Scripturæ ſacræ fuit confirmata ſignis legem præcedentibus, concomitantibus, & ſubſequentibus. ibid. col. 2 *a*
Lex omnis ordinata habet Deum cauſam efficientem, & exemplarem. pag. 5 *col.* 1 *a to.* 8
Lex inferior a ſumma, & æterna lege emanat. ibid.
Lex dupliciter ſe habet ad gratiam. pag. 26 *col.* 1 *c to.* 8
Lex Dei quid præcipiat, & a quibus retrahat. pag. 18 *col.* 1 *c to.* 8
Lex procedit narrando, præcipiendo, prohibendo, comminando, & promittendo. pag. 10 *col.* 2 *a to.* 8
Lex humana eſt conſtitutio populi, qua majores natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt. pag. 5 *col.* 1 *c to.* 8
Loqui quibus non debemus, ſeu qui ſint diſpoſiti audire divinum verbum. pag. 18 *col.* 1 *c & ſeq. to.* 8
Loqui quibus debemus, & unde incipere, & quo terminare locutionem debeamus. ibid. a & 2 *b*
Ludus alearum ſeu taxillorum quando peccatum. pag. 108 *col.* 2 *b c to.* 9
Luxuria quid. pag. 114 *col.* 1 *b to.* 9
Luxuriæ ſpecies ſex, vel octo dici poſſunt, & quomodo. pag. 57 *col.* 2 *a b & ſeq. to.* 9
de Luxuria quomodo pœnitens interrogandus. pag. 56 *col.* 1 *a to.* 9

Ma-

Digitized by Google

M

Machinatio quid. pag. 101 col. 1 c to. 9
Maledictio quid. pag. 105 col. 2 b to. 9
Medium ſyllogiſmi ob ſuam evidentem convenientiam cum extremis compellit rationem ad aſſentiendum concluſioni. pag. 22 col. 2 a to. 8
Metaphyſicæ ens primum ſubiectum eſſe non poteſt. pag. 2 col. 2 b to. 8
Metaphyſicus cognoſcit Deum, ut principium, & finem, non autem ut Patrem, & Spiritum ſanctum, & etiam, ut cauſam exemplantem, non autem, ut Filium. pag. 19 col. 2 b to. 8
Mataphyſicus ſolus cognoſcit Deum, ut cauſam exemplantem, quamvis multa alia cognoſcat una cum aliis ſcientiis. ibid. & c
Miſſa unde dicta, & ejus ſignificatio uſque ad offertorium. pag. 129 col. 2 a & ſeq. to. 9
Miſſæ canon cur a littera T *exorditur*. pag. 135 col. 1 a to. 9
Moralis philoſophus cognoſcit Deum, ut finem. pag. 19 col. 2 c to. 8
Morbus ſpiritualis quadruplex, & quas partes inficiat, & quomodo homo ab ipſo ſanetur. pag. 67 col. 1 a & ſeq. to. 8
Moyſes eſt divinæ ſapientiæ inchoator. pag. 19 col. 1 a to. 8
Murmuratio quid. pag. 98 col. 2 a to. 9

N

Nomen hoc Deus ſignificat currere, urere, & intueri. pag. 3 col. 2 a to. 8
Nomen Dei Tetragrammaton quare ineffabile dicatur. ibid. b
Nomen hoc Deus, quare dicatur ineffabile, & quomodo tria comprehendat, in quibus ſuperexcedens Dei dignitas oſtenditur. ibid.
Nomina in abſtracto eſſentiam ſignificantia dicunt incompoſſibilitatem permixtionis oppoſitorum. pag. 4 col. 2 a to. 8
Novum teſtamentum continetur in veteri, ſicut rota in rota, cum nihil aliud ſit quam vetus ſpiritualiter expoſitum. pag. 15 col. 2 b to. 8
Novum teſtamentum in quolibet libro tractare de Verbo incarnato oſtenditur. ibid. & c
Novum teſtamentum continet libros viginti ſeptem. ibid.

O

Oblivio quotuplex, & qualis ſit peccatum. pag. 122 col. 1 c & ſeq. to. 9
Obſervationi divinæ legis quid contrarietur. pag. 18 col. 1 c to. 8
Offertorium unde dicatur. pag. 132 col. 2 a to. 9
Opus Dei triplex. pag. 37 col. 1 c to. 8
Oratio in Miſſa cur collecta dicatur. pag. 130 col. 2 b to. 9
Originale peccatum eſt unum in omnibus. pag. 41 col. 2 a b to. 9
Originale peccatum habet communitatem, & quare. ibid.
Originale peccatum qualitatem habet ab aliis peccatis differentem, & quomodo. ibid. col. 1 c
Originale peccatum habet æqualitatem. ibid. col. 2 c
Originale peccatum habet unitatem. ibid. col. 1 c
Originalis peccati effectus. pag. 43 col. 1 b c tom. 9
vide de hoc plura verbo peccatum.
Oſanna vox Hebræa quid. pag. 134 col. 1 c to. 9
Oſtentatio quid. pag. 100 col. 2 a to. 9
Otioſum nihil in natura. pag. 65 col. 2 c to. 8

P

Paci quid opponatur. pag. 18 col. 2 a to. 8
Pater dicendo ſe genuit ſpeciem a ſe expreſſam, & totius paternæ ſcientiæ, & potentiæ expreſſivam. pag. 19 col. 2 c to. 8
in Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum peccare qui dicantur. pag. 123 col. 1 a & ſeq. to. 9
Pax non eſt, ubi non eſt divinæ legis obſervatio. pag. 17 col. 2 a to. 8
Peccatum originale, veniale, & mortale, in quo diſtinguantur. pag. 41 col. 1 c & ſeq. to. 9
Peccatum non vitatur, niſi prius cognoſcatur. pag. 49 col. 1 a to. 9
Peccatum veniale multipliciter expiatur. pag. 46 col. 1 c to. 9
Peccatum veniale quot modis dicatur. pag.

pag. 45 col. 2 c to. 9
Peccatorum venialium tres differentiæ. pag. 46 col. 1 a to. 9
Peccatum mortale, & veniale quomodo differant. pag. 41 col. 1 a to. 9
Peccati mortalis effectus. pag. 44 col. 2 a & ſeq. to. 9
Perſonæ divinæ ſunt æquales, & quomodo æquæ nobilitatis, ſit uni perſonæ terminare perſonas, originare, & præſentare. pag. 19 col. 2 b to. 8
Philoſophi multa deſumpſerunt ex Scriptura ſacra. pag. 10 col. 2 c & ſeq. to. 8
Phyſicus cognovit Deum, ut principium. pag. 19 col. 2 b to. 8
Phyſicus quot, & quæ conſideret. pag. 21 col. 1 a & ſeq. to. 8
Pœnitentia falſa ſex modis dicitur. pag. 80 col. 2 c & ſeq. to. 9
Pœnitentiæ qualitas ſecundum qualitatem culpæ injungenda. pag. 83 col. 1 b & ſeq. to. 9
Pœnitentiæ imponendæ arbitrariæ ſunt. pag. 61 col. 2 c & ſeq. to. 9
Pollutio quot modis accidat. pag. 118 col. 2 a b & ſeq. to. 9
Potentia naturalis quomodo ſit qualitas, vel ſubſtantia. pag. 37 col. 2 c & ſeq. to. 8
de Præcepto primo decalogi, quomodo pœnitens interrogandus. pag. 58 col. 1 b c & ſeq. to. 9
de Præcepto ſecundo, quomodo pœnitens interrogandus. pag. 58 col. 2 c & 59 col. 1 a to. 9
de Præcepto tertio, quomodo pœnitens interrogandus. pag. 59 col. 1 a to. 9 item de reliquis ſeptem. ibid. uſque ad pag. 60 col. 1 per totum
Præcognoſcenda de ſubiecto in ſcientia ſunt duo, videlicet quia, & quid nominis. pag. 2 col. 2 b to. 8
Præſumptio opponitur divinæ laudi, & quare. pag. 18 col. 2 b to. 8
Præſumptuoſus aſſimilatur veſpis, & quare ibid.
Proditio quid. pag. 101 col. 2 a to. 9
Prudens quibus debeat ſermonem depromere, unde incipere, & ubi terminare. pag. 17 col. 1 a to. 8
Prudentia politica, purgatoria, purgati animi, & exemplaris quid ſit. pag. 64 col. 2 b & ſeq. to. 8
Puſillanimis quis dicatur. pag. 19 col. 2 a to. 9

R

RAncor quid. pag. 103 col. 1 a to. 9
Rapina quid. pag. 108 col. 1 a b to. 9 & ejus ſpecies. ibid.
Religioſi in retentione proprii, quando peccent. pag. 107 col. 2 c to. 9
Reſtitutionis dilatio, & irrecompenſatio quando peccatum. pag. 111 col. 2 a & ſeq. to. 9

S

S. In ſcripturarum fluvio agnus peditat, & elephas natat. pag. 6 col. 2 a to. 8
S. Franciſcus habuit virtutes purgati animi. pag. 24 col. 1 c to. 8
Sacerdos debet diſcere canones pœnitentiales. pag. 62 col. 2 a b to. 9
Sacerdos audiens confeſſiones cavere debet ab illicita delectatione. pag. 53 col. 2 a b & ſeq. to. 9
Sacordos quibus non poſſit pœnitentias injungere. pag. 82 col. 1 a & ſeq. to. 9
Sacerdos proprius alicujus ſex modis dicitur. pag. 81 col. 1 b c to. 9
Sacerdos toto tempore vitæ debet injungere, ut ſubditi pœniteant, & quomodo. pag. 83 col. 2 c to. 9
Sacerdos per oblivionem omittens aliquod ex ſacerdotalibus indumentis graviter peccaret. pag. 128 col. 2 a to. 9
in Sacerdotibus nimius defectus ex quinque notatur. pag. 81 col. 2 a & ſeq. to. 9
Sacerdotalia indumenta, quæ & quid ſignificent. pag. 128 col. 2 a & 129 col. 1 per totum. to. 9
Sacrilegium quid & quotuplex. pag. 107 col. 2 b c to. 9
Saluti duo ſunt neceſſaria, cognitio ſcilicet veritatis, & exercitatio virtutis. pag. 26 col. 1 c to. 8
Sanctus quare tot replicemus in Miſſa. pag. 134 col. 1 b to. 9
Sapientia facit animam deiformem, & domum Dei, illuſtrat intellectivam, inflammat affectivam, & roborat operativam potentiam. pag. 126 col. 1 b to. 8 31 col. 2 b to. eod.
Sapientia duplex, & quid ſit quælibet, & quæ bona. ibid. col. 1 a & ſeq. to. 8
Sapientiæ domus quæ: & quæ, & quot ſint ejus columnæ. pag. 32 col. 1 a & ſeq. to. 8

Digitized by Google

Sapientiæ quis ſit ortus, porta, domus, & forma. pag. 26 col. 1 a to. 8
Sapientiæ janua ſextuplex. pag. 34 col. 2 a to. 8
Sapientiæ forma mirabilis. ibid. c
Sapientiæ porta, & modus adiſpicendi eam. pag. 33 col. 2 c & ſeq. to. 8
Scandalum quid. pag. 101 col. 1 c & 2 a to. 9
Schiſma quid. pag. 99 col. 1 a to. 9
Scientia mundana fluvius eſt torridus exſiccans flumina gratiarum, turbidus obfuſcans ſplendores intellectuum, tepidus tepefaciens amores affectuum, & turgidus tumefaciens expreſſiones affatuum. pag. 6 col. 2 b to. 8
Scientia mundana nullam poteſt animam adimplere, & quare. pag. 9 col. 1 a to. 8
Scientiarum divinarum, & earum fructus, & dignitas. pag. 8 col. 1 b & ſeq. to. 8
Scientia metaphyſica, mathematica, de anima, & moralis, qua ratione ſint nobiles. pag. 2 col. 2 a & ſeq. to. 8
Scientiæ ethicæ finis, qui & qualis ſit. pag. 8 col. 2 c to. 8
Scriptura ſacra præter communem modum tractandi ſcientialem, habet proprium, & quis ſit ille. pag. 12 col. 2 b to. 8
Scriptura ſacra non ſolum dictionem, vel ſyllabam, ſed nec litteram habet ſuperfluam. pag. 13 col. 1 c to. 8
Scriptura ſacra quare utatur metaphoris. pag. 1 col. 2 a & ſeq. to. 8
Scriptura ſacra eſt ſpecioſiſſima propter pulchritudinem claritatis, quam habet ex eo, quod eſt infallibilis certitudinis. pag. 1 & ſeq. præcipue pag. 9 col. 1 a uſque ad 13 col. 2 b to. 8
Scriptura ſacra eſt communiſſima propter amplitudinem charitatis, quam habet ex eo, quod movet nos ad divinum amorem, & affectum, tamquam ad finem intrinſecum. pag. 1 & ſeq. to. 8
Scriptura ſacra omnes alias ſcientias in nobilitate cujuslibet cauſæ excedit. pag. 2 col. 1 c to. 8
Scriptura ſacra peculiari modo eſt a Deo. pag. 5 col. 1 b to. 8
Scriptura ſacra eſt per verbum increatum edita, & inſtituta, per verbum inſpiratum recitata, per verbum incarnatum conſummata, & per verbum authenticatum promulgata. ibid.
Scriptura ſacra perſpicuiſſima propter certitudinem veritatis, quam habet ex eo, quod eſt divinitus revelata, & inſpirata. pag. 1 & ſeq. & præcipue pag. 9 col. 1 a uſque ad 13 col. 2 b to. 8
Scriptura ſacra eſt affluentiſſima propter plenitudinem bonitatis, quam habet ex eo, quod eſt de Deo imperſcrutabili, & inenarrabili. pag. 1 & ſeq. & præcipue. pag. 6 col. 2 a uſque ad 9 col. 1 b to. 8
Scriptura ſacra non præcipit, niſi charitatem, nec culpat niſi cupiditatem. pag. 7 col. 2 c & ſeq. to. 8
Scriptura ſacra eſt paradiſus. pag. 8 col. 1 a to. 8
Scriptura ſacra quare a quibuſdam perverſis hominibus injuſta, inſipiens, inhoneſta, & ſuperflua fuerit reputata, quorum errores confutantur, & contrarium oſtenditur. pag 9 col. 2 a & ſeqq. to. 8
Scriptura ſacra quomodo correſpondeat aliis ſcientiis, & ex ea philoſophi multa deſumpſerint. pag. 10 col. 2 c & ſeq. to. 8
Scriptura ſacra continet quidquid perfectionis eſt in qualibet alia ſcientia, ita quod ibi omne noxium damnatur, & omne utile abundantius ibi invenitur. pag. 10 col. 2 b to. 8
Scriptura ſacra continet collectim omnes perfectiones, quæ ſparſim in ſingulis aliis ſcientiis reperiuntur. pag. 2 col. 2 a to. 8
Scriptura eſt eminentiſſima propter altitudinem dignitatis, quam habet ex eo, quod eſt inviolabilis auctoritatis, cum ſit a Deo. pag. 1 & ſeq. uſque ad 6 col. 1 c to. 8
Scripturæ ſacræ traditionis ſtylus tepentia corda ſuccendit. pag. 9 col. 1 b to. 8
Scriptura ſacra eſt efficaciſſima propter magnitudinem virtutis, vel poteſtatis, quam habet ex eo, quod eſt de fine nobiliſſimo, valdeq; deſiderabili. pag. 1 & ſeq. to. 8
Scriptura ſacra nihil eloquentius, & de qua eloquentia hoc ſit verum. pag. 11 col. 1 c & ſeq. to. 8
Scriptura ſacra dividitur in hiſtoriam, anagogiam, allegoriam, & tropologiam. pag. 7 col. 1 a to. 8
Scriptura tota eſt de Deo, ſeu Verbo incar-

Digitized by Google

carnando. pag. 14 col. 1 c to. 8
Scripturæ ſacræ laudes inſignes, & utilitates. pag. 6 col. 2 c & 7 col. 1 a & ſeq. 13 col. 1 c & ſeq. to. 8
Scripturæ ſacræ hiſtoria retrahit animam a terreſtribus, anagogia refovet eam in cœleſtibus, allegoria dirigit ipſam in credendis, tropologia vero eandem ordinat in agendis. pag. 7 col. 1 a. to. 8.
Scripturæ ſacræ modus procedendi, eſt, procedere narrando, præcipiendo, prohibendo, comminando, & promittendo. pag. 10 col. 2 a to. 8.
Scripturæ ſacræ traditio, quomodo comparetur cryſtallo, & conveniat cum ſuis proprietatibus. pag. 9 col. 1 b & ſeq. to. 8
Scripturæ ſacræ lex eſt a ſolo Deo inſtituta. pag. 5 col. 1 b to. 8.
Scripturæ ſacræ fluvius eſt voluptuoſiſſimus, luminoſiſſimus, ignitiſſimus, & impetuoſiſſimus. pag. 6 col. 2 a & ſeq. to. 8
Scripturæ ſacræ ſex perfectiones inſinuantur. pag. 2 col. 1 a to. 8.
Scripturæ ſpiritualis ſenſus triplex, & quid ſit quilibet, & an quilibet adhuc ſubdividatur. pag. 35 col. 2 b & ſeqq. & 91 col. 2 b & ſeq. to. 8
Scripturæ ſacræ quantum ſit neceſſaria auctoritas ſumma, & inviolabilis. pag. 3 col. 1 a to. 8
in Sententia injuſta multa ſunt, quæ habent rationem mortalis. pag. 110 col. 2 c to. 9.
Sequentiæ cur ſic dictæ, & a quo factæ. pag. 131 col. 2 a to. 9
Sermo eſt incipiendus a Chriſto, & quare. pag. 18 col. 2 c to. 8
Silentium Miſſæ Chriſti humilitatem refert. pag. 134 col. 2 c to. 9.
Simonia quid, & quotuplex. pag. 110 col. 1 a to. 9.
Sinagoga eſt congregatio gregum, & hominum brutaliter viventium. pag. 17 col. 1 a to. 8
Singularitas quid. pag. 100 col. 2 b to. 9.
Sol cordi comparatur. pag. 21 col. 1 b. to. 8
Sortilegium quid. pag. 99 col. 1 a to. 9
in Spiritum ſanctum ſex modis peccatur. pag. 122 col. 2 a b & ſeq. to. 9
de Superbia quomodo pœnitens interrogandus. pag. 56 col. 1 c & 2 a b to. 9
Suſpitio quid. pag. 101 col. 2 a to. 9
Symbolum quotuplex. pag. 132 col. 2 b c to. 9

T

Tactus peccata quæ. pag. 118 col. 2 c to. 9
Talias imponere ſine cauſa ad extorquendas pecunias, rapina eſt. pag. 108 col. 1 b c to. 9.
Teſtamentum vetus eſt quadripartitum in libros legales, hiſtoriales, vel exemplares, prophetales, & ſapientiales, & quare. pag. 14 col. 2 a to. 8
de Timore. pag. 119 col. 2 c to. 9
Torpor, ſive tepor quid dicatur. pag. 120 col. 1 a to. 9
Tractus in officio Miſſæ quid ſignificet. pag. 131 col. 2 a to. 9
Trina crucis ſignatio in Miſſa quid myſterii habeat. pag. 135 col. 2 c to. 9
Trium Patriacharum cur mentio fiat in Miſſa. pag. 140 col. 1 b to. 9
Turtur qualis avis ſit, & quid denotet. pag. 36 col. 2 b to. 9

V

Vanum eſt quod non confert ad plenitudinem contenti. pag. 9 col. 1 a to. 8
Veniale peccatum quot modis dicatur. pag. 45 col. 2 c to. 9
Verbum dicitur medium eſſentiæ, quia eſt verbum Patris ſumma, & prima veritas, & lux ducens nos in cognitionem omnis veritatis. pag. 20 col. 1 a to. 8
Verbum Dei dicitur lignum vitæ plantatum in medio Paradiſi, & quare pag. 20 col. 2 a to. 8
Verbum Dei in veteri teſtamento humanandum præfigurabatur figuris, præmonſtrabatur exemplis, promittebatur Patribus, prædocebatur ſapientialibus documentis, prophetabatur oraculis. pag. 14 col. 2 a to. 8
Verbum Dei incarnandum, quomodo, & in quibus figuris legalibus præfigurabatur. ibid. b
Verbum Dei ducit nos in cognitionem Patris, & quomodo. pag. 20 col. 2 c to. 8
Verbi multa nomina ponuntur. pag. 19 col. 2 c & ſeq. to. 8.
Veritas ſciri non poteſt, niſi per æternæ veritatis ſplendentiam, & quare. pag. 20

Digitized by Google

20 *col. 1 a to. 8*
Veſtigium Trinitatis, in quibus rebus reperiatur; & ad quam cognitionem nos ducat. pag. 37 col. 2 a to. 8
Veteris teſtamenti quemlibet librum tractare de Verbo incarnando optime oſtenditur. pag. 14 col. 2 a & ſeq. to. 8
Vexatio quid. pag. 103 col. 2 b to. 9
Virtutes Cardinales, unde Cardinales dicantur, & de earum nobilitate, præſtantia, conditione, & effectibus. pag. 62 col. 2 b & ſeq. & 66 col. 2 a to. 8
Virtutes morales multæ aliæ virtutes ſequuntur. pag. 64 col. 2 b & ſeq. to. 8
Virtutes aliæ politicæ, aliæ purgatoriæ, aliæ purgati animi, & quomodo, & ubi Salomon de his tractet. ibid.
Virtutes Cardinales quid ſint, & de earum partibus. pag. 63 col. 1 b & ſeq. to. 8
Virtus alia politica, alia purgatoria, alia purgati animi, alia exemplaris, & quæ ſit quælibet. pag. 24 col. 1 b to. 8 & 66 col. 1 b & ſeq. to. eod.
Virtus eſt robur mentis ad bonum faciendum, & malum evitandum. pag. 63 col. 1 a to. 8
Virtus vera non eſt, quæ intentionem ad Deum non dirigit. pag. 66 col. 2 a to. 8
Virtus auctoris, & pondus auctoritatis ſemper æquantur. pag. 4 col. 2 c & 5 col. 1 a to. 8
Virtutum moralium officia. pag. 64 col. 1 c & ſeq. to. 8
Viſio triplex. pag. 47 col. 1 c to. 8
Viſio ſextuplex. ibid. & ſeq.
Viſus peccata quæ. pag. 118 col. 1 a b to. 9
Vivere poteſt homo ſine mortalibus, ſine venialibus minime. pag. 142 col. 1 b to. 9
Voce alta in Miſſa cur quædam a Sacerdote dicantur, quædam in ſilentio. pag. 146 col. 2 a to. 9
Votum quid. pag. 120 col. 1 c to. 9
de Voti omiſſione quid ſciendum.

Finis indicis rerum, & verborum, quæ tomo octavo, & nono Operum S. Bonaventuræ continentur.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized b